1613


NAZIONALE
8
14 — L
15
ROMA
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE


SACRARVM CAEREMONIARVM IVXTA ROMANVM RITVM,

EX VSV CLERICORVM REGVLARIVM ACCVRATA DISTRIBVTIO.

A P. D. ANDREA PISCARA CASTALDO eiusdem Ordinis Presbytero.

NOVISSIME CAPITVLI GENERALIS auctoritate in lucem edita.

OPVS, NON IPSIS REGVLARIBVS MODO, verum etiam alijs quibusuis ecclesiasticis apprimè vtile.





NEAPOLI,

Ex Typographia Io. Iacobi Caroleni. M. DC. XIII.

Superiorum Permissu.

De Sacris Cæremonijs. Deuteronomij. IIII. 7.

EN populus ſapiens,& intelligens,gens magna.Nec eſt alia natio tam grandis,quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris.quæ eſt enim gens ſic inclyta,vt habeat cæremonias, iuſtaq; iudicia, & vniuerſam legem, quam ego proponam hodie ante oculos veſtros? Cuſtodi igitur temetipſum,& animam tuam ſollicitè.

1.Corinthiorum XIIII. 40.

Omnia autem honeſtè,& ſecundum ordinem fiant in vobis.

Lactantius lib.3.Diuinarum inſtitutionum.

Nihil aliud eſt in vita, quò ratio, quò conditio noſtra nitatur,niſi Dei, qui nos genuit cognitio,& religioſus,ac pius cultus.

Idem lib.6.cap.9.

In Dei cognitione & cultu rerum ſumma verſatur, in hoc eſt ſpes omnis, & ſalus hominibus, hic eſt ſapientiæ gradus primus, vt ſciamus quis ſit in nobis verus Pater,eumq; ſolum debita pietate proſequamur, huic ſoli deuotiſsimè ſeruiamus,in eo promerendo actus omnis,cura,& opera collocentur.

Auguſt. hom. 48.

Maiores noſtri ideò copijs omnibus abundabant, quia Deo decimas dabant, & officia eccleſiaſtica religioſè perſoluebant.

Ex cap.2. lib.1. Conſtitutionum Cler. Reg.

Ritus,& cæremoniæ,aptè,compoſitè,& decorè exerceantur:Hoc enim Clericorum eſt munus,& maximè conſpicuum. Itaq; Præpoſiti per ſe,aut ſi occupati fuerint,per idoneum ſacerdotem curent diligentiſsimè,vt Miſſalis,& Breuiarij Romani Rubricæ accuratè obſeruentur. quandoq; Clericos,& Sacerdotes conuocent, nè in ſollemnibus, priuatiſque Miſsis, aut officijs, proceſsionibus, ſacriſq; functionibus,quæ maiore hebdomada, præcipuiſq; ſollemnitatibus per annum ſolent celebrari, error aliquis,aut varietas Sacerdotibus, vel Clericis noſtris obrepat. Nihil deniq; in eiuſmodi eccleſiaſticis rebus ſeruandis prætermittatur: ſed omnia ſtudioſè,exquiſitè,maturè,cum ſilentio,modeſtia,dignitate,& decore fiant. ſi quid tamen eſt,cuius formula ex rubricis peti non poſsit, à peculiari noſtro de Cæremonijs libello petatur ; vel ſi ex eo planè ſumi non poſsit,priſtino Congregationis noſtræ more ſtetur.

Ex decretis Capituli Generalis. An.1610.

Ritus in ordine proceſsionum, & in peculiari de Cæremonijs libello à P.D. Andrea Piſcara Caſtaldo noſtri ordinis Presbytero auctoritate noſtra præſcripti accuratè obſeruentur.

D.Io. Antonius Angriſanus Congregationis Clericorum Regularium Præpoſitus Generalis.

Cum Sacrarum Cæremoniarum Liber Capituli Generalis auctoritate à R.P.D. Andrea Piſcara Caſtaldo noſtræ Congregationis Sacerdote editus Patres deputati viderint, ac in Generali Congregatione præſentis anni 1610. probauerint, præceperintq; Patres, vt ipſum omnes noſtri accuratè obſeruent, eiuſdem Capituli decretis inhærentes, vt typis mandetur facultatem concedimus.In cuius rei fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas,& ſigillo noſtro munitas damus Romæ apud S. Siluestrũ in mõte Quirinali die 25. Maij 1610.


D.Io.Antonius Præpoſitus Generalis.

D.Io. Baptiſta de Aprile Secretarius.

Cæremoniale hoc summo studio, & labore conscriptum à Reu. admodum P. D. Andrea Piscara Castaldo viro erudito, & Rituum ecclesiasticorum disciplinæ peritissimo, accuratè perlegi. In eo nihil omnino deprehendi, quod repugnet Cæremonijs, & Ritibus S. R. Ecclesiæ, & fidei orthodoxæ, immo multa animaduerti suis quæq; locis vberius explicata, & copiosè illustrata, vt nihil præterea amplius desiderari possit. Itaq; poterit dari facultas, vt illud ad vsum Congregationis Clericorum Regularium pro quibus susceptus est tantus labor typis excudatur, & excusus aliorum etiam, qui rerum ecclesiasticarum studio oblectantur, vtilitati, & commodo pateat.

Rutilius Gallacinus Canonicus Regist. fol. xxx.

Imprimatur. Petrus Antonius Ghibertus Vicarius Generalis.



D. MATTHAEVS CVDNER
ANGLVS LONDINENSIS
CLERICVS REGVLARIS.

Lectori Ecclesiastico S.

ESSE bonum pretij, nisi sit benè, nullius, omnes
Norunt, qui fieri se studuere bonos.

Nec verò officium officium est, conditio rerum,
Si qua deficitur conditione sua.

Est autem officium, quo non augustius vllum,
Quid quid agas, totum rite referre Deo.

Ergo liber; qui id præstetur, qui præstat abundè,
Tu, quanti fuerit, Lector amice puta.



INDEX

INDEX CAPITVM.

LIBRI PRIMI.

De officijs ministrorum Ecclesiæ.

Cap. I.

LIBRI SECVNDI.

De modo exercendi ecclesiastica ministeria, ac singulas functiones.

14 De

INDEX

LIBRI TERTII.

De his, quæ proprijs quibusq; temporibus sunt peragenda.

FINIS.

PRAEFATIO.





DIVINAM Maiestatem sacris ritibus, externisque caremonijs, natura duce, humanum genus primo colere cœpit. Hinc quidquid est vbiuis gentium, varios sacrificandi ritus, excogitarunt. Inditem totidem superstitiones. Itaq; rectè S. Leo [a] Romanorum vanam fuisse Religionem. Omitto sacros Codices innumeros in veteri lege caremoniarum, & sacrificiorum modos continentes; hos enim per Moysen, tunc populus ille iure edoctus, iure est amplexatus. At [b] vbi venit plenitudo temporis, cum apparuit gratia Dei saluatoris nostri, erudiens nos, caremonialia illa antiquata sunt; & Primo per Apostolos, deinde per Summos Pontifices Catholica fidei Magistros veras, ac misticas accepimus, virtute quidē, [c] vt vsurpem verba Augustini, maiores, vtilitate meliores, actu faciliores, numero pauciores; paucas quidem, vt idem ait, [d] pro multis, easdemq; factu facillimas, intellectu augustissimas, & obseruatione iustissimas. Has pro eo, ac poterimus, exequi oportet; hac nostra gloria est, hac omnis corona, quandiu enim sumus in hoc saculo à rebus qua sub aspectum cadunt, ad res, qua aspectum fugiunt, ducimur. Sic musica [e] Propheta animus ad Diuinas reuelationes attollebatur. Et in Psalmis legimus [f] Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. & [g] Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meū. & [h] Leuemus Corda nostra cum manibus ad Dominum. [i] Omnis namq; Regia filia gloria intrinsecus est per animi virtutem; in fimbrijs tamen aureis, in operibus, videlicet, qua charitas, vt docet Apostolus, [k] exigit, varietatibus verò circundata, ait Augustinus, [l] varijs videlicet obsequijs, ac Dei colendi ritibus, ne exteriorem cultum, & varias caremoniass, qua sunt pietatis retinacula reiecisse videretur. Hoc demum maiorum nostrorum (præcipuè pijssimi Pontificis Pauli Quarti) consilium fuit, vt in vtroq; homine, ecclesiasticam conditionem, tunc penè collapsam, ad Dei cultum ritè peragendum, pulchritudinis studium habentes, vita sanctitate, morum integritate, doctrinaq; sana, iuxta dies pristinos, & annos antiquos, instaurarent. Hoc in primis, [m] homines illi virtutum diuites, suo confirmarunt exemplo; hanc obsequentibus filijs praclaram, sanctamq; reliquerunt hareditatem, & [n] cum generationibus suis hanc semper sunt adepti gloriā, vt propterea [o] qui de illis orti sunt, in laudibus habeantur. Ea de causa in generalibus Congregationibus sæpe Patres decreuerunt, quod & in constitutionibus [p] cautum est, vt Romana, Apostolicaq; caremonia à nostris accuratè obseruentur; neue in arbitrarias quis desiscat, quod maximè dedecet, Patrum auctoritate in præsenti definitas, & certas, quò vniusmodi, suiq; semper similis post hac earum sit vsus pra-

[a] Leo ser. de SS. Apost. Pet. & Paulo.
[b] Gal. 4. tit. 2.
[c] D. Aug. 9. Faust.
[d] D. Aug. l. 9. de doctr. christ. c. 9.
[e] 4. Reg. 3
[f] Ps. 83.
[g] Ps. 63.
[h] Ierem. 3
[i] Ps. 44.
[k] Galat. 5
[l] Aug. ad Casulanum.
[m] Eccles. 44.
[n] Ibidem.
[o] Ibidem.
[p] Cōstit. cl. reg. l. 1. c. 2.

scripsi-


scripsimus. Etenim Ecclesiastica cæremonia, [q] *præterquam quod est Diuinitus reuelata, etiam iure scripto, ac summa ratione per Patres iam inde ab nascentis Ecclesiæ incunabulis decreta est, vt sciamus quemadmodum Deus ex sua sententia sit colendus: eo enim creati sumus, vt rerum omnium opificem agnoscentes, ipso fruamur, eumq; vt decet, veneremur: quod vt ornatè, atq; vt equū est, exhibeatur, certus erit præscribendus ordo; nam si in theatris, in Principum aulis, in militia, ac denique in omnibus ordo certus requiritur, quanto magis in diuinis sacramentis, in sanctis sacrificijs, sacrisq; Dei mysterijs, cæremoniarum censura debetur, cùm ab hominibus Deo suus sit honor præstandus? Itaq; aucta in dies pietate, auctæ etiam cæremoniæ, (tamē vt ipsarum sanitas, & integritas nè violetur) & instauratæ sunt. Postremo hisce temporibus Clementis Octaui fel. mem. iussu Cathedralibus ecclesijs præscriptæ sūt,* [r] *in quibus, quia multa habentur, quæ ab Episcopis tātum, & in eorum Ecclesijs fieri conuenit, multa quoque desiderantur, quæ alibi exercenda contingat; idcirco in præsens curauimus, vt ea omnia, quæ ad erudiendos nostros in Dei cultu, & sacrorū administratione requiruntur, accuratè habeantur, quæ tamē à Rubricis Missalis, Breuiarij, & Cæremonialis Romani nihil contineant alieni. Vt autem omnia præsto sint, ordine, opinamur, non incommodo, vniuersam rē in partes diuisimus tres: in Prima Ecclesiæ ministri singillatim quid, quemadmodum exequi debeant præstituitur. In altera modus, quò Diuina officia, & sacrificia, celebranda sint vberius explicatur. In tertia deniq; singulorum temporum functiones suo ordine traduntur. In quibus omnibus perturbationem, obscuritatemq; vitantes, nihil eorum, quæ ad Ecclesiasticū spectant cultum prætermittentes, minutiora, etiam quæ alibi non habentur, vsitatis, ecclesiasticisq; vocibus, facili stilo, ita ordinauimus, vt libri in capita, ipsa verò in numeros, vt par est, distinguamus. Addito præterea duplici, capitum videlicet, ac rerum Indice, omnem adimere difficultatem, ac laborem, ecclesiastico Lectori intendimus.*

[q] Innoc. Tertius.

[r] Cærem. episc.



SACRA-



SACRARVM CAEREMONIARVM IVXTA ROMANOS RITVS, ET VSVM CLERICORVM REGVLARIVM.

Liber Primus.

DE OFFICIIS MINISTRORVM ECCLESIAE.



De Magistro cæremoniarum. *Cap. I.*

1 E quid indistinctè fiat, curabit Præpositus vt ex Sacerdotibus aliquis, qui in ministerio ecclesiastico, & sacris actionibus sit eruditus, cæremonijs exercendis præficiatur. is officio, & moribus alios antecellat oportet, ita tamen, vt omnibus tam paribus, quam subditis facilem se, lenem, & comem præbeat. Primum autem studeat vt festis sollemnibus omnia ordine, & loco disponantur; altaria, & sacra supellex, atq; alia necessaria sint commodè distributa, vt cum res postulauerit, in promptu sint omnia. Cærem. Episc. l. 1. c. 5.

2 Recognoscat singulos ministros, quem cuique operi destinare conueniat, eosq; opportuno tempore pro cuiuslibet qualitate ad singula munia, vel per schedulas, vel viua voce, (prout videbitur) destinabit; nec omnino prætermittat, quin prius ministraturos, & si opus fuerit, ipsũ quoque celebrantẽ de singulis exequendis admonitos reddat, & experimentis instructos. nam si quid erroris acciderit, aut incautè aliquid factum fuerit, ipsi vni cæremoniario adscribi solet; Ideo doceat oportet priuatim singulos, quę publicè sunt exequturi, ne qua cum offensiuncula postea error aliquis in Diuinis committatur, proinde etiã simulatis gestibus, quæ seriò ac maturè sunt facturi, ne cum Cærem. Bonon. l. 1. c. 2.

tempus exequendi aderit cũ tumultu,ac strepitu (quod summoperè cauendum est) sed cum silentio, vt decet,omnia peragantur.idcirco opportunè singulis prouideat.

3 Omnes autẽ actus,& errores, qui in celebratione accidunt, non quidẽ clarè, & apertè, sed nutu tantum emendentur, omniq; semota perturbatione, placidè, ac modestè singula leniter significentur.

De officio Sacristæ. Cap. II.

1 SAcristæ,electo à Præposito,præsto sint,& pareãt clerici omnes, quibus singula munera, & Ecclesiæ ministeria, inspecta prius cuiusl.bet aptitudine,partiantur, eius præcipuè cura erit,vt vasa sacra,sanctorum reliquiæ,& sanctum oleum decenti seruentur loco.

Bruch. Decr.l.5. c.9.

2 Vt sacra Eucharistia perpetuo in altari clauibus obserata, propter mures,& nefarios homines decẽter conseruetur,& octauo quoq; die, vel ad summum quintodecimo à Sacerdote ad id designato mutetur.

Bruch. decr.l.2. cap. 52. & 53.

3 Vt aquam benedictã singulis quibusque diebus Dominicis,vel hebdomadarius, vel alius Sacerdos ad id deputatus, ante Missarum sollemnia faciat in vase nitido, & tanto mysterio conuenienti,qua populus intrans Ecclesiam se aspergat.

C. N.

4 Ad ipsum etiã spectabit Missarum celebrandarũ seriem præscribere,pro quibus benè distinguendis, & ordinandis, habeat in sacrario tabulam, in cuius vtraq; parte tabellæ inserantur exemptiles, in quibus nomina Sacerdotũ à dextris,à sinistris verò Clericorũ sint inscripta, vt quotidie quo quis tẽpore,& ordine sacrum facere, vel clericus ei ministrare debeat,opportunè præuideat, aduertens præterea,ne alicuius incuria earum ordo præscriptus perturbetur, neue plusquam decet Missæ retardentur, aut simul concurrant.

5 Curabit prçterea,vt altaria pro tẽporũ, officiorumq; ratione decenter, & opportunè ornentur: vt paramenta, linteamina, vasa, cerei, ac cætera supellex pro vsu ecclesiæ integra, ac munda asseruentur,& cum res postulauerit,reficiantur,atque omnia in armarijs diligẽtissimè à clericis seruentur, & cum opus fuerit, opportunè depromantur.Et vt nihil omnino depereat,librum apud se habeat,in quo omnia præcipuè vasa aurea, & argentea,ac paramenta sint adnotata. Rub.gen. Miss.20. Const.cl. reg. 1.p. c.3. Act.eccl. Med.p.2. 2.

6 Omnem insuper diligentiã adhibeat, vt ecclesia tota, & singula eius sacella sint semper munda, ac propterea semel saltim in hebdomada (die Sabbathi,vt cõsueuimus,post Vesperas) dato signo, ab omnibus scopis mundetur, ita vt tam illius pauimentum, quam parietes, columnæ, & laquearia munda sint,& nitida.Clerici per vices aquã pro scopis ministrent, & eodem ordine sordes asportent,telas araneatũ à parietibus detergeant, puluerem à cancellis, & scamnis discutiant. Decr. capituli an. 1601.

7 Vt autẽ magis accuratè, quæ ad sacrarij ministerium spectant adimpleantur, consueuimus munia inter clericos, atque etiam Sacerdotes, maxime eos, qui non fuerint confessionibus audiendis occupati,arbitrio Patris Præpositi,diuidere,qui omnes eidem Sacristæ tanquam duci, ac rectori pareant. C. N.

De officio Clericorum Sacristiæ inseruientium.Cap. III.

1 COnstituãtur Sacristæ adiutores vnus,vel etiã in Ecclesijs maioribus C. N.

ioribus duo Clerici, qui per hebdomadam, vel aliter prout visum fuerit Sacristiæ inseruiant eiusq; mandata accuratè exequantur: horum partes erunt sacram supellectilem nec non & omnia ecclesiastica instrumenta suis locis custodire, ac tempore opportuno depromere, vigilantes maximè, ne eorum incuria aliquid deperеat; & ne paramenta aliquod detrimentum patiantur, neue à tineis absumantur; opportuno, & sereno tempore aliquando, implorato (si opus fuerit) etiam aliorum auxilio, extrahant ea ex armarijs ad locum aeri expositum, puluerem, & si quæ fortè ipsis armarijs adhæserint sordes diligenter excutiant.

Act. eccl. Med. par. 2. l. 2. 2 Linteamina ad sacrosancti sacrificij ministerium spectantia munda suis quæq; locis asseruent, & statutis temporibus permutent; albas videlicet, amictus, cingulos, altariũ mappas, ac præcipuè superiores; manilia quoq; pro manibus Sacerdotum abstergendis; superpellicia, ac reliqua omnia ecclesiæ vsui inseruientia.

C. N. 3 Pro dierum, ac festorum qualitate paramenta pro Missis, & officijs celebrandis opportunè depromant; videlicet pro vesperis, pluuiale cũ stola coloris conuenientis, & si officium sit primæ, vel secundæ classis, etiam amictum, albam, ac cingulum: thuribulum, & nauiculam, cãdelabra, vas aquæ benedictæ, & asperſorium, ac deniq; Breuiarium cum puluino. Sic etiam cum matutinum sollemniter celebratur, vesperi omnia præparabunt. Pro Missis aũt sollemnibus celebrandis depromant pluuiale, casulam, dalmaticam, tunicellam, stolas cum manipulis, missalia, velum oblongum pro Subdiacono, calicem & eius ornamenta, puluinum, thuribulum, nauiculam, & si sit dies Dominicus vas aquæ benedictæ, & asperſorium, ampullas cum peluicula, & mappula, omnia in loco peculiari seorsum à loco in quo reliqui Sacerdotes induuntur; post nonam verò diligenti cura in locum ex quo fuerunt deprompta reponant.

4 Diebus verò sollemnioribus omni alia cura postposita, vnanimiter quæ agenda erunt curabunt, ipsiq; Sacristiæ solliciti assistent; inuigilantes semper, vt locus Sacristiæ semper sit nitidus, ac decenter ornatus, maximè verò diebus festiuis.

De officio Laici Sacristiæ inseruientis. Cap. IIII.

1 Assignari etiam poterit (maximèq; in ecclesijs maioribus, & vbi Clerici studijs philosophiæ, vel sacræ Theologiæ operam dant) vnus ex fratribus Laicis, qui Sacristiæ inseruiat. Is Sacerdotes quo tẽpore sacrum facere, & Clericos ministrare oporteat opportunè monebit. Campanas, cum opus fuerit pulsabit; oleum pro lampadibus in vasis præparabit; lucernas, vel candelas pro matutinis concinnabit; vinum, & aquam pro Missis celebrandis apponet: ignem pro thuribulo in vase ad id deputato in Sacristiam deferet, & sollemnioribus diebus in thymiamaterijs accommodabit: & in omnibus diligenti cura, superiorum arbitrio, non tamen in altari, sed extra presbyterium, & cancellos, inseruiet. C. N.

2 Sacristiam, & chorum quoties opus fuerit scopis mundet; puluerem parietibus inhærentem euerrat, telas aranearum deleat, atq; abstergeat: capsulas quoq;, quæ ad cõspuendum cum calce tam in choro, quam in sacellis sunt, pluries in hebdomada li-

gneo instrumento euerlas mundet; aliquãdo etiam soli exponat,& cum res postulauerit sordida amota calce puriorem imponat.

3 Fontes pro manuum lotione nitidas,ac mundas conseruet,quotidie abstergat, & Sabbatho maiori adhibita diligentia mundet,singulis item diebus aquam apponat.

4 Fontes quoq; aquæ benedictæ, quæ sunt in Ecclesia,maiores, ac minores die Sabbathi absterget: salem, & aquam pro noua aqua die Dominico ex ritu benedicẽda præparabit, quam recenter benedictam in fontibus reponet, ac reliqua omnia, quæ ei fuerint demandata diligenter exequetur.

De officio custodis Ecclesiæ. Cap. V.

1 MAximè decet, præsertim in Ecclesijs maioribus, vt aliquis minister constituatur, cui curæ sit, non tantum ipsam à latronibus custodire,verum (vt antiquitus,teste Clemente, quidam ex Diaconis in templo inambulabat contemplans, ne quis fieret strepitus,ne quis nutus faceret, aut mussitaret) ita is modo studiosè (quod post Concilium Coloniense, & Lugdunense à Patribus sacro sancti Concilij Tridentini monitum est,) sæculares omnes actiones, vana atq; adeò profana colloquia,deambulationes,strepitus, clamores arceat,vt domus Dei verè domus orationis esse videatur, ac dici possit,Nõ enim,vt ait Chrisostomus, tonstrina, aut vnguentaria taberna Ecclesia est,aut officina forensis, sed locus Angelorum, locus Archangelorum, Regia cœli,cœlum ipsum;atque adeò iuxta laudabilem constitutionem Pij V. fel. mem. discurrentes per Ecclesiam mendicos præ foribus stare iubeat.

Clemen. l.8.consti.apost. c.11.

Concil. Trident Sess.22.

Chrisost hom.3.1 ad Cor.

Constit. Pij V.incip.cum primam.

2 Parualus clamantes,& alios Diuina officia perturbantes extra eijciat: Infideles verò,& mancipia non baptizata sacris interesse mysterijs ne permittat; notoriè quoq; excommunicatos cum Diuina celebrantur officia exire cogat: canes latrantes, quælibet bruta animalia expellat.

3 Sordes & immunditias, si quas aduerterit,statim diluat.

4 Mane diluculo fores Ecclesiæ aperiens claues suis locis seruet;post Missarum verò celebrationem, facta prius diligenti perquisitione,ne quis intus maneat,fores claudat;Ante vesperas rursus eas aperiat, ac hora congrua post modum iuxta locorum consuetudinem claudat.

5 Diebus festiuis hora ante vesperas aperiãtur fores Ecclesiæ;nec quoadusq; aduesperascat claudãtur:diebus verò sollemnioribus Paschæ, Natalis Domini,Patroni Ecclesiæ,Indulgentiarum, ad quas populus frequens concurrit,feriæ quintæ in cœna Domini, cum celebratur oratio quadraginta horarum,& similibus, non obserentur à prandio nisi post solis occasum.

6 Patentibus Ecclesiæ ianuis ipse semper assistat, vel aliquem vice sui ad illam custodiendã relinquat.

7 Cum Diuina celebrantur officia, tunc maximè caueat ne fiat strepitus,neue confabuletur aliquis, præcipuè verò maiori hebdomada, cum celebrãtur matutini tenebrarum, ne permittat ab aliquo ante tempus fragori dari initium.

8 Vbi ex laudabili consuetudine viri à mulieribus sunt diuisi inuigilet;ne confusè in alterutram partem procedant, sed vt viri à mulieribus

segre-

segregati maneant,muneri suo satisfaciens, modestè,ac leniter moneat.

9 Deniq; in Ecclesia assistens, vt munus suum impleat,vel deuotè genuflexus oret, vel etiam sedens orationes recitet,aut aliquid legat;confabulationes, & colloquia vitet, interrogatis verò breuiter,ac modestè, submissáq; voce respondeat, in omnibus veri religiosi Ecclesiæq; ministri exemplum præbens.

De munere Clericorum qui ad Altaria ornanda eliguntur. Cap. VI.

N.C.

1 Altare maius,in quo sacrosanctum Christi corpus asseruatur,præ cæteris splendidius exornandum est, & vt maiori studio, & qua decet diligentia pertractetur;duo ex Clericis alijs aptiores ad id deputentur. Hi pro temporum, & officiorum qualitate ipsum ornabunt,nunquam tamen sine superpelliceo ad illud accedant.

2 Antequam iniuncto eis muneri manus admoueant,flexis genibus,venerabile Sacramentum adorent; & breuibus ad Deũ fusis præcibus omni reuerentia omnipotẽti Deo in sacro altari inseruiant, ac ministrent. Silentium strictè obseruent, de exequendis tamen,se mutuo,vel per nutus,vel submissa voce,si opus fuerit, moneant.

Act. Eccles. Med. p.2.l.2.

3 Velamen, quo altare tegitur detrahentes complicabunt.Tapetum à parte anteriori Altaris extrahendo bradellam,seu scabellum aliquantulum elongabunt; mappas seu tobaleas amouẽtes complicabunt,sic etiã & pallium; suis quælibet locis reponent.

4 Amoto priori pallio,& tobaleis, antequam alia paramenta affigant, diligenter puluerem ex Altari discutiant,mox pallium adaptent,hinc inde aptantes illud in medio: tobaleas verò ita accommodabunt,vt adhibitis aciculis, præcipuè in angulis, & fronte Altaris,retia,& fasciæ nè conterantur.

5 Ex tribus tobalèis,quæ super Altare sunt extendendæ, sit vna oblonga hinc inde vsq; ad terram pertingens,duæ verò aliæ breuiores, vel saltim vna duplicata,omnes mundæ, & à Præposito benedictæ: pro ceris quoq;,quæ ex candelis profluunt,linteamen superius adhibere consueuimus; Altaris planitiem non excedẽs. Rubr. gen. Miss. 20.

6 Omnibus his peractis, Altare vt prius eius velamine operiant,scabellum,atq; tepetum accommodẽt,tum breuiter Deum orando recedant.

7 Altaris maioris pallia mutabuntur iuxta festorum, atq; officiorum qualitatem,etiam in semiduplicibus, & Vigilijs,quãdo de eis fit officium: In Missis verò cantatis pro defunctis, quæ celebrari solent post primam, adhibeãt palliolum exemptile,quod statim peracto officio mortuorũ amoueatur, remaneatq; Altare ornatum paramentis reliquo diei officio decentibus.

8 Quando officium incipit à Capitulo Vesperarum, color Altaris sit conueniens officio subsequenti. Cærem. Peni. de Roys.

9 Diebus ferialibus post prandium vsq; ad horas Missarũ sequentis diei Altare maneat opertũ velamine, vndequaq; ad terrã vsq; defluente,quò paramenta melius conseruentur, Missarum verò horis discooperiatur; ad vesperas autem sufficit si pars anterior eleuetur, ita vt Altaris facies appareat, at diebus festis semper dum Ecclesiæ fores patent sit detectum.

10 Cætera Altaria,quæ sunt in Ec-

clesia, pari disciplina, à Clericis ad id deputatis, opportuno tempore, pallijs coloris pro temporum, ac festorum qualitate decentis, exornentur; ita vt Altari maiori omnino correspondeant; quodlibet etiam propriũ habeat velamen vndequaq; defluẽs, quo Missarum post horas tegatur.

11 Omni studio diebus festis pro sollemnitatum qualitate Altaria ipsa flosculis naturalibus, vel saltim artificialibus diligenter ornabuntur, modo infra præscripto. l.2.c.1.

12 Quotidie post nonam puluerem ab Altari instrumento ex caudis vulpium ad id apto discutiant, ipsumq; Altare suo velamine cooperiant, & tapetum scopis superficie tenus mundent; semel tamen in hebdomada die Sabbathi puluerem ex tapato euellant.

13 Cum reliqui, dato signo, Ecclesiam scopis mandant, quilibet sui Altaris, ac sacelli curã habeat: vt ipsum ab immunditijs tergat; alter verò ipsorũ, qui ad Altare maius fuerint designati, pauimentum, quod est intra presbyterium, aperto capite, ob reuerentiã sanctissimi Sacramenti euerret.

14 Suũ munus diligenter exequantur cõgrua hora nimirum festis diebus habentibus primas vesperas, ante earum celebrationem, ipsum Altare paramentis congruentibus exornabunt; etiam si officium incipiat à Capitulo, & post secundas Vesperas, saltim post horam demptis sollemnibus, alia pro sequenti die apponant: In dubijs Sacristam consulant, à quo etiam de qualitate paramentorum, & totius ornatus cultus, instrui eos oportet:- Rubr. gen. Miss. 18.

De Sacerdote ad Sanctissimam Eucharistiam ministrandam deputando. Cap. VII.

1 VT sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, qua decet reuerentia opportunè fidelibus ministretur, & cum res postulauerit reficiatur, aliquis ex Sacerdotibus modestia, deuotione, ac morum grauitate conspicuus ad id specialiter designetur; hic pro temporum, & sollemnitatum qualitate, habita eorum, qui communicari solent ratione, vt sufficiens hostiarum numerus consecretur, opportunè prouideat. Bruch. dec.l.5. c.11.

2 Pyxides, quæ ad sanctissimã Eucharistiam custodiendam adhibẽtur, sint tanto Sacramẽto dignæ, vbi corpus Dominicum diligẽter custodiatur, ac propterea erunt ex auro, vel argẽto deaurato, saltim duæ in vnaquaq; Ecclesia sint, vt cum ad communicandum Sacramẽtum defertur, altera in tabernaculo remaneat, vbi verò præ inopia ex auro, vel argento haberi non poterunt, pes ex auricalco, seu stanno innaurato erit; vas verò, seu cuppa erit ex argento saltim intus auro illita; & omnino sint omnes à Prælato benedictæ, benedictione, quæ habetur in fine Missalis nuper emendati: omnes autem paruo conopeo sericio, atq; auriphrygiato coloris tempori cõuenientis semper cooperiantur. Act. Ecc. Med. Ex Cõc. Turon. c.4. Act. eccl. Med.

3 Tabernaculum itẽ paruũ atq; gestatoriũ pro processionibus ex auro, vel argento, eoq; certis locis inaurato, vel saltim vbi præ inopia haberi non poterit, lunula erit argentea, ipsum verò vas ex auricalcho, auro bene illito, atq; à Prælato eadem bene-

dictione,qua pyxides benedicetur.

4 Octauo quoq; die diligenter ipse deputatus pyxides purificabit,atque ieiunus fragmenta assumet; ac propterea decet, vt summo mane in Altari, vbi sanctissimum Sacramentum seruatur primus omnium, vel post alios vltimus celebret,nec vinum purificationis nisi post purificatas pyxides sumat, idq; peracto Missæ sacrificio,ne astantes tedio afficiantur.

Cōc.Lat. sub Inn. 3.c.20.

5 Post celebrationem festi,& octauæ sanctissimi Corporis Christi, ac post celebrationem orationis quadraginta horarum,& quoties sanctissimum Sacramentum in tabernaculo fuerit expositum; sacram hostiam ex tabernaculo cũ celebrat assumat in Missa;nec eam populo sumendam vnquam tradat,diligenter aduertens ne in lunula aliquod fragmentũ fortè remaneat, & accurato studio vino eam diluat, ipsam verò ablutionem, vel assumat, vel in piscinam sacrarij proijciat.

Act. Ecclef. Med. l.2.l.2.

6 Diebus verò festis in maioribus Ecclesijs, quibus fideles ad Sacram Communionem frequentes accedere solent,præter pyxidem,quæ in ciborio maioris Altaris quotidie conditur,duas alias præparabit sufficienti hostiarum quantitate iuxta communicandorum numerum refertas, quarum alteram ad Altare pro communione ad partem virorum paratam,alterã ad partem mulierum hora competenti deferat.

7 Cum transferendum est Sacramentum ad Altaria,omnibus à ministro in Altari paratis,lotis prius manibus,superpelliceo indutus,ac stola coloris tempori,& officio congruentis, veloq; oblongo super humeros imposito, astantibus duobus acolythis cum intortitijs, ostiolum tabernaculi aperiet, factaq; genuflexione,pyxidem paruo conopeo eiusdem coloris cum reliquis paramentis,auroq; intexto, sinistra velo tecta accipiet, dextera verò eiusdẽ veli extremitate conteget, vtraq; manu ipsam ante oculos eleuatam tenens, ad locum designatum præcedẽtibus acolythis cum intortitijs, transferet; interim submissa voce alternatim cum ipsis Clericis Psalmos, & Hymnos deuotè recitabit, nihil per viam attendens; ad locum præparatum perueniens supra corporale intra paruũ tabernaculum reponet, ac statim genuflectet,ostiolumq; claudet,& tunc deposito velo iunctis manibus, altero tantum acolytho sine intortitijs præcedẽte,reuertetur; eodem quoq; modo, & ordine post nonam ad Altare maius ipsum Sacramentum reportabit.

Cōc.Ec. Rom.

Cęr.epis. l.2.c.33.

8 Cum Sacramentum ministrat ea omnia obseruet,quæ infra l. 2. c.38. nu.7.sunt adnotata: quod si ad infirmum communionẽ deferat,quomodo sit procedendum requirat ibidem nu. 13.

De ministro seruitio communionis deputando. Cap. VIII.

1 PRæter Sacerdotem, deputandus erit, & Clericus seruitio Sacræ Communionis, qui quotidie, & præcipuè diebus festis omnia necessaria, ac opportuna aptabit. N.C.

2 Et primo sedulo curabit is,vt Altaria,in quibus sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum diebus festis ministrabitur, sint cæteris magis ornata: sit in ipsis paruum ciborium, & corporale,vbi Sacramentum sit reponendum, hinc inde habens quatuor candelabra munita cãdelis,quæ ante Sacramentum ardeant, atque inter

ipsa candelabra vasa flosculis ornata interponantur.

3 Scamnum ante cancellos in quo sumenda est sacra Communio serico tegatur velo, coloris tempori conuenientis, vel saltim albo.

Côc. Antisiod. can. 36. & 39.

4 Sit à latere Euangelij mensa linteo mundo apposita, in qua vascula vini, & aquæ iuxta locorum consuetudinem pro purificatione communicandorum, fulta operculis, & mappulæ ad abstergendum reponantur; vinum autem pro purificandis semper sit album.

Damasc. in Pont.

5 In maiori Altari hinc inde tam pro viris, quam pro mulieribus communicandis vascula apponat operculis munita, & mappulis, vela præterea quæ sternuntur supra cancellos, aliud quoq; pro Communione nostrorum, quod à duobus Clericis hinc inde est tenēdum, prout & à tēporibus S. Gregori Papæ fuisse in vsu testatur Baronius, quod & hominicarium dicebatur.

Baron. Annal. tom. 8. an. Chri 690. lv.

6 Pro nostrorum communione opportuno tempore ponat supra credētiam, quæ est in choro duo vascula mappulas, & opercula habentia.

7 Clauium tabernaculi curam gerat quas cum opus est Sacerdoti tradat; claues quoque cancellorū habeat in promptu; ne tunc cum tempus vrget, illas perquirat; sed omnia opportunè præuideat.

8 Paruula conopea, quibus pyxides obteguntur similiter pridie quā deseruiant præparet; & cum eis stolam Sacerdotalem coloris tempori conuenientis, velum quoque oblongum super humeros Sacerdotis imponendum, ac denique intortitia pro asportando sanctissimo Sacramento.

Vsus Ec. S. Petri Rom.

9 Summo mane mundabit vascula, & immisso vino, & aqua suis locis partiatur, sollicitè cum res postulauerit superaddat vinum, & aquam, studens, vt vasa aquæ semper sint plena, & æstate præsertim sæpè recens famatur.

10 Vasculū & purificatorium pro ablutione digitorum Sacerdotis in quolibet Altari, vbi Sacramentum ministratur, atq; in Sacristia perquirat, ac paret.

11 Opportuno tempore, videlicet sub horam Primæ, antequam in Altari, in quo collocandum est sanctissimum Sacramentum aliquis ad celebrandum accedat, accensis primo in eo candelis ipse, & alius Clericus, quem asciscet sibi adiutorem, intortitijs accēsis præcedant Sacerdotem Sacramētum deferentem, & cum ad Altare peruenerint, facta ibi genuflexione, reddit intortia Clerico consocio; ipse verò Sacerdoti ministrabit.

12 Post nonam eodem ordine Sacerdotem, ac Sacramentum recomitetur tabernaculum clauibus obserabit, eas verò in armario, in quo Calices, & vasa Sacra cōduntur reponet.

13 Vela, linteamina, atque etiam parua conopea pyxidum suis quæq; locis recondat: vasa quoq; mundabit diligenter, & bene abstersa in suis armarijs clauibus obseratis recōdet.

14 Vinum purificationis, vel ieiunus assumat, vel in sacrarium proijciat, & vasculum prius lotum in suū locum referet; clauibus quoque sacrarium obserabit, ipsasq; custodiet.

15 Si fortè Sacramētum in terram decidat, vel velum tetigerit, Sacerdoti, cum locum, vel velum purificat ministrabit, & lotionem in sacrarium ipse proijciet.

16 Quoties sanctissimum Sacramētum qualibet ex causa in aliquem locum erit transferendum, ipse decenter locum ornabit luminibus, & vbi pyxis erit locanda, corporale explicabit,

cabit, vel pallam apponet; sic & vbicunque Communio ministratur, semper super Altare corporale, vel pallam apponet.

17 In maiori ara quotidie mane supra credentiam, præparabit vas aquæ, pro purificatione eorũ, qui sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpturi sunt, mappulam mundam, velum quoque: & post Nonam omnia suis locis reponat: feria quarta, & sexta maiori diligentia, etiam in sacellis, in quibus Communio fieri solet, præcipuè tempore Quadragesimæ; & certis quibusdam diebus, cuiusmodi sunt sextæ feriæ mensis Martij, & festiuitates, quæ à populo præcipua deuotione coluntur; quæ necessaria sunt præparabit.

18 Vasa vini, & aquæ pro purificãdis sint distincta, & locis separatis conseruentur, similiter & mappulæ; singula verò vasa habeant opercula, vel saltim palla linea munda, amyloque indurata conteganrur.

19 Peculiare habeat armariũ prope Sacristiã, in quo vini, & aquæ vascula seruabit, mappas etiam ad abstergenda vasa; prope armarium verò sit aquæductus ad abluenda vasa, vbi etiam proijciat aquam, non tamen ablutionem, nam hæc in sacrarium est proijcienda. Act. eccl. Med. p. 2. l. 1. c. 20.

20 Habeat & aliud armarium in Sacristia capsulis ductilibus, vbi vela, linteamina, & parua conopea pyxidum distinctè, & politè, omnia clauibus obserata conseruabit.

21 Sacrarij piscinæ curam habeat, quæ in loco congruo, ac remoto, propè Sacristiam est construenda, habens fenestellam, quæ clauibus obseretur: clauium verò sit altera apud ministrum Communionis, altera verò apud eum, qui calices, & vasa sacra custodit. Act. eccl. Med. p. 2. l. 1.

De deputato ad Calices præparandos. Cap. IX.

1 EX Clericis in sacris cõstitutus aliquis ad præparãdos calices eligatur, is summa diligentia, ac studio curet, vt nitidi, ac mũdi vnà cum reliquis sacris vasculis seruentur, ac propterea pluries per annum, maximè appropinquantibus præcipuis festiuitatibus ipsos lixiuio, vel aqua feruida, adhibito prius sapone, diligenter eluet à sordibus, & absterget, ablutionisq; aquam in sacrarij piscinam proijciet. Act. Eccles. Med. p. 2. l. 2.

2 Vas habeat peculiare in quo ipsos calices, ac reliqua sacra vasa, purificatoria quoque, & corporalia abluat.

3 Summo mane quotidie lotis manibus, & breuibus ad Deum effusis precibus, calices accommodabit, & ex ordine sic eos instruat, vt prius patenam, tum paruam pallam lineam, deinde velum sericeum coloris paramentorum, postea corporalia complicata intus bursã coloris similiter paramentorũ recondita, vel subtus collocata superimponat. Nam declaratum nobis à peritis Romæ fuit, vbi plures Missæ sunt celebrãdæ, necesse non esse, vt corporalia intra bursam ponantur: at in Missa cantata, & vbi vna tãtum priuata Missa celebratur, intra bursam poni debere; ipsiusq; veli extremitates semper in anteriori parte supra bursam reuoluet. Diebus verò ferialibus, necnon etiam simplicibus semper aliquem calicem, bursam, & velum nigrum pro Missis defunctorum parabit. Ritus Miss. Ro. 1. 1. C. M. R.

4 Post Nonam pariter lotis manibus, ac prius breuiter, vt moris nostri est, orando, cõplicabit vela, absterget calices, purificatoria adaptabit; & C. N.

om-

omnibus proprijs locis bene dispositis, armaria clauibus obserabit.

5 Calices pretiosiores pro diebus sollemnioribus, & Missis sollẽnibus, atque etiam pro Prælatis, ab alijs segregatos proprio loco suis sacculis lineis, vel sericeis thecis inclusos diligenter conseruabit.

6 In eodem armario, vel alio loco decenti clauibus obserato, conseruabit pyxides, tabernaculum gestatorium, & alia vasa sacra; præcipuè quod oleo sancto inseruit vascula, inscriptione distincta contineat.

7 Calices in suis armariolis bene ornatis cõseruentur; ipsa verò armariola suas habeãt fenestellas, & ostiola, quæ clauibus claudantur; conseruentur autem semper munda, & nitida, ac propterea quotidie ab ipsis puluis discutiatur.

C. N. 8 Cuilibet Sacerdoti suũ assignetur purificatorium ex instrumento ligneo in ostiolis armarij, vel alibi, loco congruo pendens, proprij cuiuslibet nominis inscriptione suo ordine affixum; designentur quoque alia purificatoria pro Sacerdotibus exteris, quibus in nostris Ecclesijs celebrare contingit. In quolibet quoque armario pendeat aliud purificatorium, vel linteum commune ad extergendos calices. Vt autem purificatoria sint munda, & nitida, prout decet, sæpe permutentur, & quotidie diligenter aptentur.

Act. eccl. Med. p. 1. l. 2. 9 Purificatoria, ac corporalia immunda ter lauabit in vase ad id parato, & aquam lotionis proijciet in sacrarium; antequam autem expurgentur, ac lauentur, seorsum ab alijs linteaminibus conseruentur.

10 Purificatoria munda in suis armarijs ab alijs linteaminibus distincta, intra capsulas ductiles asseruentur; singuli autem habeant signum crucis in medio, acu elaboratum, quo ab alijs linteaminibus secernantur.

11 Corporalia ex lino tantum esse debent, nec serico, vel auro intexta, sed alba, & munda, ab Episcopo, vel Præposito benedicta vnà cũ duabus pallis, quarum altera sit intra corporale pro hostia, absque vllo ornatu, altera qua cooperiendus est calix supra patenam: & tã corporalia, quàm pallæ supra calicem imponendæ, acu ornata, atque diligenter elaborata erunt à personis peritis, quæ amylo inducto, durescere ea faciant, complicata, ac bene aptata: ipsa verò in capsulis ductilibus ferialia à festiuis inscriptionibus distincta in armario clauibus obserato conseruentur. Ritus Miss. 1. 1. c. consulto de cõs. d. 1. C. N. Act. eccl. Med. p. 1. l. 2.

12 Vela, & bursæ corporalium omnium colorum quælibet in suis capsulis, pretiosiora quidem pro diebus sollemnibus à ferialibus, & communibus, inscriptione foris apposita, sint distincta.

13 In festo Corporis Christi, & vbi publicè exponendum erit sanctissimum Sacramentum in oratione quadraginta horarum, præparabit calicem cum duabus hostijs, & insuper tabernaculum portatile cum sua lunula.

14 Oleum sanctum quotannis feria quinta in Cœna Domini renouabit, vetus gossipio igni comburat, vas diligenter mundabit lixiuio, adhibito etiam sapone, & benè mundato, atque absterso, nouum ex Cathedrali Ecclesia accipiens, in suis armarijs conseruabit. c. Presbyteri. de cons. l. 4. & d. 95. Bruch. l. 4. c. 26. Inn. 1. p. c. 270.

15 Calices recenter consecratos, mica panis absterget, ac diligenter diluet, atque mundabit, aquam verò lotionis in piscinam sacrarij proijciet.

De officio eius, qui hostiarum curam habet. Cap. X.

Act.eccl. Med.par. 2.l.2.

1 HOstias pro Missis celebrãdis Clericus ad id deputatus pręparabit, curans diligẽter, vt vigesimo quoque die ad summum recentes apponãtur, neque antiquiores amplius sint in vsu. Imago sacra Crucifixi, & non alia in maioribus, & Pietatis in minoribus impressa sit. & vt ex decreto Anitij Papæ cautum est cap. 3. vt nitidè, ac studiosè fiant, diligenter obseruetur, cum sine illis Missæ nequeant celebrari.

Bruch. decr. l. 5. c. 29.

2 Instrumento ferreo forma rotunda imprimente ad incidendas adamussim minòres hostias vtatur, maiores verò forpicibus ad id tantum paratis incidat.

Act.eccl. Med. vbi supra.

3 Cribrum è retibus confectum ad expurgandas hostias minores à fragmentis antequã consecrẽtur, habeat.

4 Vasa pro seruandis hostijs sint argentea, vel eburnea, vel ossea; quod si sint lignea, intus deaurentur, vel panno serico aptè vestiantur; ad hostias verò comprimendas integumentum plumbeum panno serico politè obuolutum, in ipsis vasculis, seu hostiarijs, adhibeat.

5 Sint & alia vasa similia pro conseruandis hostijs minoribus, quæ nõ solum sint in Sacristia, verum etiam in sacellis, in quibus solet fieri sacra Communio.

6 Summo mane quotidie apponet in hostiarijs sufficientem earum numerum pro Missis celebrandis, ac pari modo hostiarum minorum pro cõmunicandis.

7 Pro diebus festis præparabit sufficientem numerum hostiarum minorum, præuidens, vt pridie consecrentur; prius tamen omnem adhibeat diligentiam, ne sit inter eas aliqua maculosa, vel non perfectè orbicularis, sed omnes sint puræ, nitidæ, & à fragmentis purgatæ. In pyxide, seu in vase, in quo fieri debet earum cõsecratio benè, ac diligenter eas disponat.

8 Quoties, vt suum exequatur munus, hostias tangere contingit, prius lauet manus, linteamina munda adhibeat, ita etiam ferreis instrumentis perpolitis vtatur, quæ alio vsui nunquam inseruiant.

De officio Clericorum, quibus incumbit præparare ampullas, & alia necessaria pro celebratione Missarum. Cap. XI.

1 NOuirij, & adolescẽtiores Clerici alternatis hebdomatis, vt moris nostri est, ampullas, & alia necessaria pro celebratione Missarum præparabunt. Is ergo, cui ex ordine vicis suæ contigerit, summo mane, breui prius ad Deum habita oratione, vinum, quod album, & optimum semper erit, vnà cum aqua, omni adhibita diligentia lineo pãniculo colabit, atque ab omni sorde diluet. Bruch. decr. l. 5. c. 29.

2 Ampullas vitreas, vel chrystallinas, decora forma, binas, inter se pares, ac similes, tot numero quot altaria, in quibus erit celebrãdũ, lauabit, ac lineo absterget, ita vt nihil aquæ in eis remaneat, & sic benè lotas, panno lineo mundo supposito, ex ordine supra scamnum aptabit, vnam vino, alteram verò aqua implens, quod si aliquid defluxerit statim absterget. Rub. gen. Miss. 20.

3 Opercula item vitrea, vel etiam stannea perpolita, atque accuratè elaborata, quibus operiantur, singulæ habeant.

4 Peluiculas pariter vitreas, vel chryſtallinas, pari diligentia lauabit, atque abſterget.

5 Vaſa autem, in quibus vinum, & aqua conſeruantur ſint etiam vitrea, ac munda, ſingula quæque ſuo ſint munita operculo, eaq; in ſuo armario munda recondat; ita vt in eis ſemper ſit vinum, & aqua, vt ſuperaddi poſſit cum res pòſtulauerit.

6 Præparatis iam ampullis cũ ſuis peluiculis, ac mappulis ſuperpelliceo indutus accedat ad altaria, & Iconas cum ſuis ornamentis, candelabra, tabernaculum ſanctiſſimi Sacramenti cum ſuo conopeo, & quæcũque picta, vel inaurata iuncta ſunt altaribus caudis vulpinis à puluere mundabit, mox velamina abſtrahens ab ipſis altaribus, ea complicabit, ſuiſq; locis reponat. Apponat deinde in medio altari ante Crucem tabellam ſecretorum, à latere epiſtolæ puluinum coloris pallij, in gradu verò altaris campanulam: ſupra credentiam mappam mundam ſternet: tum verò cum peluicula, ac mappa ampullas ita ex ordine ſuperimponat, vt peluicula prope mappulam mediũ credentiæ locum obtineat, ampullæ verò hinc inde, continens quidem vinũ à dextris, aquam verò à ſiniſtris, roſtro dexteram reſpiciente, collocentur, & ita ſingula altaria præparabit.

Act. Ecc. Med. p. 2. ... 2.

7 Poſt Nonam ampullas lauabit, & abſterget, ſimiliter peluiculas, & opercula, manutergia quoque, & mappas credentiarum cõplicabit, & ſuis capſulis conſeruabit, omnia in proprium locum reponens: videlicet ampullas, & peluiculas in parte ſuperiori armarij; vaſa verò vini, & aquæ in parte inferiori; in medio autem in capſulis ductilibus linteamina; aquã verò lotionis in aquæductum, quem prope armarium eſſe decet, proiiciet.

N.C.

Tabellas ſecretorum, puluinos, & campanulas in Sacriſtiam, vel in aliquo loco in ipſis ſacellis ad id præparato recondat.

8 Diebus verò feſtis ampullas, & mappullas pulchriores, prout à Sacriſta illi fuerit impoſitum, præcipuè pro Miſſa Conuentuali, præparabit.

9 Die Sabbathi diligẽter ampullas purgabit, adhibitis ouorum putaminibus bene contritis & ligneolo aliquo inſtrumento, ſeu calamo ad ſordiculas benè eluendas, poſtea iterum aqua benè lotas, panno lineo abſtergat, & omnia munda ei, qui eiuſdem muneris partes impleturus eſt aſſignet. N. C.

De officio eius, qui ſacerdotalia indumenta in Sacriſtia præparare debet. Cap. XII.

1 PEr vices pari modo Clerici iuniores indumenta ſacerdotalia propriuatis Miſſis celebrãdis præparabũt quotidie poſt Veſperas ante Solis occaſum: is igitur cui incumbit, breuiter prius Deum orando, caudis vulpinis armaria, & ſcamna Sacriſtiæ mundabit, ſtragulum, ſeu pannum ſupra ſcamnum ſternet, ac diligenter aptabit, ita vt æqualiter pendeat: ſupraq; ipſum paramenta diſponet, prius caſulam ſternens, cui ſtolã cum manipulo ſuperimponet, mox cingulum, & albam, & ſupra amictum expandet. N. C.

2 Paramenta erunt plura, vel pauciora, iuxta numerum eorum, qui celebraturi ſunt, in quo ſtandum eſt conſuetudini locorum.

3 Color paramentorum in duplicibus quidẽ, ac ſemiduplicibus ſemper erit conueniens officio diei, eiuſ- Rub. gen. nu. 18.

demq;

dẽq; qualitatis, ac ornatus Altaris, qui officio currenti in omnibus cõueniens esse debet: diebus verò ferialibus, excepto tempore quadragesimę præparentur etiam aliqua paramẽta nigra pro Missis defunctorum celebrandis, quod etiam in festis simplicibus obseruetur.

4 Vigilijs verò, & ferijs quatuor tẽporũ q̃ obuiã veniunt infra octauas, etsi officium sit de octaua, Altarisq; ornatus illi conformis, tñ quia Missæ celebrandæ de vigilia esse debent, Sacerdotũ indumenta erũt violacea.

5 Diebus Rogationum, videlicet, feria tertia, & quarta post quintam Dñicam Paschæ, quamuis paramẽta Altaris sint coloris accommodati officio, quod celebratur; in Missis tamen Rogationum, erunt violacea.

6 Qñcunq; iuxta rubricas dicẽdæ erunt duæ Missæ, præparabũtur quidem paramẽta coloris officio currenti conuenientis, vnum tñ erit coloris violacei ꝓ Missa vigiliæ, vel quatuor temporum, seu feriæ Aduentus, aut Quadragesimæ, & omninò in omnibus paramenta sint coloris conuenientis Missæ, quæ celebratur iuxta rubricam Missalis Romani, cap. 19.

7 Eodem loco in medium apponet poluinos coloris conuenientis paramentis Altarium; scopulas etiam nõ solum pro mundãdis paramẽtis, verum etiam pro vestibus Sacerdotum ibidẽ imponet: Missalia quoq; iuxta numerum paramẽtorum cum signaculis bene concinnatis ibidem, vel in aliquo armariolo prope scamnum ad id deputato præparabit: cãpanulas, item si commodè seruari nõ pñt in sacellis, in Sacristia præparabit.

8 Diebus festis, iuxta qualitatem sollemnitatum, pulchriora, & pretiosiora paramẽta instruat, prout à Sacrista fuerit ei demandatum.

9 Aduertat diligenter ne paramẽta sint lacera, neue aliquid in eis inconcinnum, & indecens sit, & si res postulauerit curet, vt resarciantur: alia mundas cum opus est apponat; amictus verò sæpius mutet. Rit. Miss. 1. 22.

10 Post nonam vna cum alijs Clericis albas, & amictus complicabit, & omnia suis locis benè disposita reponat: stragulum, quod est supra scamnum prius scopula mũdabit, ac deniq; complicatum suo loco condat: Tandem caudis vulpinis, vel alio instrumento scamnum, & armaria purgabit, ac benè mundabit.

11 Die Sabbathi, antequam ei, qui eius loco succedit hoc munus dimittat, linteamina munda apponat, signacula Missalium diligenter cõcinnabit, & omnia benè deposita in ꝓprijs armarijs polita relinquat.

De Ministro cereorum, seu candelarum, Cap. XIII.

1 IS cui cãdelarum cura fuerit iniuncta, singularum quãtitatem, ac pondus, ad diiudicandum quibus pro temporum, locorum, ac functionũ qualitate vti oporteat, benè agnoscat; vt cum tempus ratioq; postulauerit habeat in promptu; ac propterea propria habeat armaria, in quibus suis locis conseruabit intortitia, ita diligenter, vt ne leuiter quidem inflectantur, reliquas verò candelas omnes distinctas, ac suis proprijs locis dispositas. prouideat proinde opportunè, vt cerei, ac candelæ quibus per anni circulum opus habet sint in promptu, præcipuè, vt cera sit alba, & munda, ac propterea candelas recenter factas soli atq; aeri per aliquod tempus exponat.

2 Ad Altare maius semper sex integros cereos cõueniẽtis ꝓportionis

ſex candelabris tabernaculo proximis apponat ; diebus Dominicis huiuſmodi ſex cerei ſinguli ſint ſex vnciarum,in feſtis verò ſecundæ claſſis vnius libræ ; at in maioribus ſollemnitatibus erunt duarum librarũ, vel maioris etiam ponderis, habita tamen proportione loci.

3 In duobus candelabris eminentibus intortitia pro eleuatione ſanctiſſimi Sacramenti diebus ferialibus ad minus ſint duarum librarum, in feſtis verò ſecundæ claſſis trium, & in ſollemnitatibus maioribus quatuor ad minus librarum ſint ſingula.

4 In Altaribus, quæ ſunt in ſacellis,prope Crucem hinc inde ſemper ſtatuantur quatuor candelabra cum ſuis cãdelis, quarum quælibet quatuor vnciarum pondus contineat ; pro eleuatione verò ſanctiſſimi Sacramẽti adhibeantur intortitia duarum librarum.

5 Pro celebratione Miſſarum priuatarum diebus ferialibus candelæ erunt ſingulæ duarum vnciarum, feſtis verò diebus trium, in maioribus verò ſollemnitatibus quatuor vnciarum.

6 Veſpertinis horis ferialibus ſingularum candelarum pondus duarum vnciarum,vel etiam minus pro facultate locorum exiſtat.

7 Ad matutinum adhibeantur cãdelæ tenuiores ; feſtis verò ſecundæ claſſis quatuor candelæ accendãtur, ſic ẽt in feſtis primæ claſſis tertij ordinis: at in feſtis primæ claſſis ſecũdi ordinis accẽdentur ſex,& maioribus ſollemnitatibus,quæ ſunt primi ordinis,accẽdẽtur ẽt cerei ſupra parietes dũ matutinũ, & laudes cõcinuntur.

8 Cerei ſupra parietes apponendi in maioribus ſollemnitatibus ſinguli duas põderabunt libras plus,vel minus, habita loci ratione.

9 Duo quoq; candelabra cum ſuis cereis diebus feſtis pro ceroferarijs præparabuntur, quorum cerei eiuſdem erunt quantitatis, ac ſex alij qui ſunt in Altari.

10 Pro eleuatione ſanctiſſimi Sacramenti in Miſſis Conuentualibus habeat præ manibus duo funalia,ſeu intortitia, diebus verò ſollemnioribus erunt quatuor:pro deducendo verò Sacramento ad Altaria pro cõmunicandis,habeat quoq; duo intortitia:pro communicandis verò infirmis ſint in promptu quatuor.

11 Quotidie diluculo præparabit cãdelas,& intortitia pro celebratione Miſſarum priuatarum, poſt nonã ſuis in locis, quæ ſuperſunt reponat, & alias pro veſperis præparabit,poſt cœnam verò pro matutinis candelas cum alia candelula in ſuo inſtrumento, quod dicunt bugiam pro lectionibus accommodabit.

12 Diebus feſtis ante veſperas pręparabit in Altari ſex cereos, & quoties opus fuerit proprio inſtrumento ipſos expurgabit, & ceram, quæ defluxerit in vaſe ad id præparato reponet,ita omnino ipſos adaptans,vt cũ opus fuerit commodè accendi poſſint,æquali diligentia cerei,qui ſunt in parietibus diebus ſollemnibus aptentur.

13 Pro Proceſſionibus die Purificationis, & ſanctiſſimi Sacramenti tam maiori hebdomada, quam feſto Corporis Chriſti,vel ẽt celebratione quadraginta horarum candelę ſint quatuor vnciarũ ſingulę;in exequijs verò duarũ,vel triũ vnciarum.

14 Feſto Purificationis,iuxta locorum conſuetudinem, candelas benedicendas numero, & quantitate ſufficientes comparet.

15 Feria quinta in cœna Dñi,feſto & per octauam Corporis Chriſti,

necnon in celebratione quadraginta horarum sufficientem candelarũ numerum opportunè præparabit.

16 Diligenter item curet, vt candelæ, ac cerei omnes, tam longitudine, quam rotunditate æqualem proportionem seruent.

17 In officio, & Missis die commemorationis omnium defunctorum, in processione ad tumulum, & in exequijs, & officijs, quæ pro nostris defunctis celebrantur, cerei omnes, ac candelæ sint ceræ communis: pro secularibus verò defunctis apponãtur, quæ ab ipsis offeruntur iuxta locorum consuetudinem.

18 Pro matutinis tenebrarum triduo maioris hebdomadæ: & in officio Missæ feria sexta in Parasceuæ cerei omnes erunt ceræ communis.

19 Quotannis Sabbatho sancto pro Paschate cereum pulchrè ornatum, ac tres candelas pariter auro ornatas præparabit.

Cer. Ep. Bon. ec. 20 Thus nauiculæ immittere ad eundem spectat, adhibitis etiam in sollemnitatibus, aromatibus, ita tñ, vt semper thuris quantitas excedat.

21 Candelabra ex auricalcho nitida seruabit, cum res postulauerit à Ec. M. puluere, & cera, si fortè defluxerit, mundabit, pluries in anno maximè in præcipuis sollemnitatibus diligentissimè poliantur.

22 Curet etiã diligenter, vt in singulis Altaribus sint bacilli suis candelulis inuoluti ad accendendos cereos, sint item & alij cum operculis ex tenui lamina stannea, quorũ pars inferior patulo circuitu finiatur, superior verò in acumen desinat, ad extinguendos cereos.

23 Alia quoque opercula minora bina in singulis Altaribus ad extinguendas candelas sine bacillis, habeat.

De Ministro Lampadarum. Cap. XIV.

1 Cum perpetuò ante sanctissimũ Eucharistiæ Sacramentũ diu noctuq; lampas ardere debeat, eius cura alicui ex Clericis demandabitur, is ter in die mane, vesperę, & meridie concinnabit, post matutinum videlicet, prandium, & cœnam. Conc. Aquisgran. c. 29.

2 Vt autem nitidas à sordibus eas seruet, vas habeat ex stanno confectum cum suo manubrio, similiter emunctorium, seu forfices, quibus ellychnij extremã partem, quæ iam exusta, lumini officit præcidat, atque in præfatum vas stanneum proijciat.

3 Oleũ pro lampadibus adhibeatur optimũ, vt clarè luceant, & haud facilè extinguantur: lecythum insuper ad infundẽdum oleum in ipsis lampadibus similiter ex stanno aptè elaboratũ habeat: ellychnia ex bõbyce tenuiori, & optimo plura habeat.

4 Cum lampades præparat prius aquã mũdam apponat, desuper oleũ infundens non superfluũ ne effluat, nec tã modicum, vt lumẽ nõ emicet.

5 Diebus festis valdè mane oẽs lãpades accendat, & sic accẽsę maneãt tota die, donec fores Ecclesię obserẽtur: diebus verò ferialibus vna saltim noctu, diuq; sit accẽsa, semper autẽ cũ vna tm̃ sit accẽsa, sit media, nisi fortè pendeãt ex lãpadario triangulari. Ec. Med. p. 2. l. 1. c. 18.

6 Omnes autẽ lampades sint chrystallinæ pro diebus ferialibus, vel diebus festis ex auricalcho, eoq; inaurato, vel argenteæ, quibus intus vitrea lãpas imponatur: octauo quoque die, vel saltim quintodecimo, & ante festiuitatibus surfure, & aqua calida mundẽtur, ac benè abstergantur, pari quoque modo catenæ ex quibus pendent poliantur. Ec. Med. vbi sup.

7 Propriũ habeat armariũ ab alijs C. N.

distinctum in quo sit tabula perforata, vbi lampades singulas cum opus fuerit collocet, ne ex eis oleum effluat; plures præparatas habebit in eodem armario, vt cum vsus postulauerit eas paratas inueniat.

8 In eodem armario omnia conseruabit vascula, & Instrumenta, vas videlicet aquæ, vas olei, lecythum, emunctoria, seu forfices, & vas quod in inferiori parte foramen habeat in quod proijciet oleum ex lampadibus mundandis: linteamina quoq; ad detergẽdas lampades, & reliqua instrumẽnta ibidem habeat.

De campanarum ministro.
Cap. XVI.

QVia regularis obseruãtia, & ecclesiastica disciplina ex tẽporũ congrua dispositione maximè pendet, campanarum minister horas diligenter obseruet, ne forte ex ipsius incuria aliqua perturbatio oriatur, opportuno itaq; tempore, nõ pro libito, sed certis horis iuxta statutam formã non præueniendo, nec protrahendo tempus, campanarum sono ad diuina officia vna oẽs conuocabit, sunt enim velut ecclesiasticæ tubę ab Episcopo benedictę, quibus cõuocatur populus in templum, & clerus ad annunciandam misericordiam Dei. Conc. Colon. 3. can. 14.

2 In feriali officio simplici vnius cãpanæ pulsatione ad Matutinũ, & Vesperas semel, atq; iterum primũ quidem mediæ, vltimum verò minoris cãpanæ signum dabit, vltimum campanæ sonum semper præcedant minoris campanę tintinni, eo temporis spatio, quo commodè omnes in chorum se conferre possint.

3 Ad Primam semel tãtum dabitur campanæ signum, qua primum matutinę, & vesperarum pulsatur, pręcedat tamen congruo spatio minoris, vel eiusdem campanæ tintinni.

4 Quando post concionem vespertinam immediatè dicendum est completorium, semel tantum pulsetur cãpana; in quadragesima pariter, vbi immediatè post concionem cõcinuntur vesperæ, nisi festum sollemne occurrat, semel tantum pro vesperis detur campanæ signum.

5 Quadragesima ad completorium, quod seorsum à vesperis dicitur, etiã diebus sollemnibus semel, atq; iterum quarto horæ spatio interiecto pulsentur campanæ, vna, vel plures, prout ad vesperas.

6 Quotidie in aurora paruula campana dabitur signum primæ Missæ, immediatè verò antequam incipiat, eiusdem campanæ tintinnis eius significetur initium: pari quoq; modo vltimæ Missæ signum detur.

7 Signum salutationis Angelicę semper dabitur vesperi hora vigesima quarta, conueniendo quoad fieri poterit cum alijs Ecclesijs, maximè cum cathedrali: mane verò post matutinũ, & laudes, antequam illucescat: meridie autem, vbi adest consuetudo pariter cum alijs Ecclesijs conueniat, ac omnino certa, & determinata hora pro temporum varietate constanter semper detur.

8 Ad orationẽ pro defunctis vt plurimum, nisi aliud loci consuetudo postularet, dimidia noctis hora transacta campanæ minoris, vel maioris, iuxta loci consuetudinem, sicut pro salutatione Angelica signum dabitur.

9 Pro cõcione regulariter ter maiori campana, vesperi videlicet post salutationis Angelicæ signum, mane in aurora, & postremo proximè ante concionem signum dabitur: cum verò cõcionator suggestũ ascendere debet cõciso, ac breui sono signũ dabitur; eo-

dem modo pro concione vespertina pulsentur campanæ,secundum tantũ signum variabitur, quod erit immediatè post prandium: finita verò cõcione tintinno campanæ signum dabitur,habita semper ratione locorũ, quorum consuetudo seruari debet.

10 Omnibus festis, quæ ex præcepto seruantur,duplex erit campanarum sonus;Dominicis quidem per annũ,ac reliquis festis,quæ non sunt alicuius ordinis mediæ, ac minoris, decet enim, vt dies festis ab aliis discernantur;loci tamen, ac consuetudinis semper habenda erit ratio.

11 Pro Missa conuentuali festiua ter campanæ duplici sono pulsantur, primo in eleuatione Missæ, quæ immediatè ante tertiam dicitur, secundo in fine eiusdem Missæ, antequam tertia inchoetur, & vltimo finita Tertia immediatè antequam incipiat Missa.

12 Festis secundæ classis ad Vesperas,Matutinum,& Missam cantatam ter duplici sono pulsantur campanæ: ad primam semel tantum duplici pariter sono: Vesperi post signum salutationis Angelicæ, & in aurora post matutinum semel tantum pulsantur:habenda tamen erit in hoc quoque loci consuetudinis ratio.

13 Festis primę classis omnes campanæ maiores sollemniter pulsantur, vesperi vero, & mane in iis quæ sunt primi, & secundi ordinis ter post salutationem Angelicam, in reliquis verò semel tantum pulsantur.

14 Cum celebratur oratio quadraginta horarum, Vespere post signum salutationis Angelicæ,& mane in aurora ter sollemniter pulsantur campanæ, ad Missam pariter, ac processionem, necnon ad reliquas horas diurnas.

15 Diebus, quibus ad nostras Ecclesias pro indulgentiis populus frequens confluit,eodem modo campanæ sollemniter pulsentur.

16 In processionibus sollemnibus sanctissimi Corporis Christi,quadraginta horarum,trãslationis reliquiarum, candelarum die purificationis, & palmarum, campanæ sollemniter pulsantur.

17 Cum Episcopum loci processionaliter ante nostras Ecclesias trãsire, vel cum ad nostras Ecclesias Pontificaliter accedere contigerit,& quoties sacratissimum Sacramẽtum sollemniter defertur,dum transit ante Ecclesiam campanæ pulsantur.

18 In obitu fratrum nostrorũ, statim ac aliquis expirauit,detur signũ campanæ maioris, vt fit pro salutatione Angelica, & immediatè post omnes campanæ pari sono,& ictu ter pulsentur: quod si obitus horis nocturnis contingat,quando omnes silentio vacant, post signum matutini pro defuncto fratre campanæ pulsentur:cum verò defuncti corpus in Ecclesiã, ac pariter cũ ad cæmeterium vt sepeliatur defertur,campanæ pulsantur.Pro officio deinde ter,totidẽque pro Missa sollemni, vt moris est pulsentur. Rit.S.Seuer.

19 Quoties Missa pro defunctis cãtatur cum ministris, ter sono funebri campanæ pulsantur; si verò sine ministris cantetur,bis,primo quidẽ media, deinde verò minori campana, prout ad Vesperas signum dabitur.

20 Si quando officium sollemne pro defunctis celebrari contingat,vt in obitu Summi Pontificis, Episcopi loci, alicuiusve magni Principis, & in omnibus officijs sollemnibus, vesperi post salutationem Angelicam, & mane in aurora ter pulsantur campanæ;idem fiat in commemoratione omnium defunctorum.

Tit.S.Sæ-cer. 21 Quando defuncti corpus, vt in nostra Ecclesia sepeliatur infertur, pariter funebri sono pulsantur campanæ; pro paruulis verò ne funebri sono pulsentur, potius enim festiuo pulsari deberent.

C.N. 22 Finita nona, quando seorsum ab alijs horis dicitur, paruo tintinnabulo ter, sicut pro salutatione Angelica signum datur; in quadragesima verò quando vesperæ dicuntur ante cęnam, post vesperas hoc signum dabitur.

23 Post completorium quotidie signum campanulæ sicut pro salutatione Angelica dare consueuimus, interim tamen dicatur prout in rubrica Breuiarij *Pater noster, Aue Maria, & Credo*, hoc enim signum non est salutationis Angelicæ, sed potius finis officij; ac propterea si immediatè post vesperas dicendum sit officiũ defunctorum, vel matutinum sequentis diei, signum dabitur completo officio, vel matutino: pariter cum post completorium reponendum est Sacramentum infra octauam corporis Christi, signum non dabitur nisi reposito Sacramento.

24 Si in aurora campana pro salutatione Angelica pulsetur, antequã matutinum compleatur, in fine laudum parua campanula dabitur signum salutationis Angelicæ, quod erit initium orationis mentalis: quæ semper post matutinum per dimidiæ horæ spatium fieri debet, quo elapso campanula signum dabitur; eodem modo vesperi in hyeme post signum salutationis Angelicæ; æstate verò post silentium meridianum campanula dabitur signum initij, & finis orationis.

25 Quando sepeliendus est aliquis defunctus, signo cãpanulæ sono conciso omnes conuocabuntur: eodem quoque modo cum administrandum est viaticum, vel extrema vnctio alicui, ex fratribus nostris: instante quoq; morte alicuius patris infirmi omnes signo campanulæ in eius cella ad orandum pro eo conuocabuntur: in absolutione pariter ad tumulum, & quoties ad aliquid communiter agendum conuenire oportet, paruæ campanæ sono omnes in vnũ congregabuntur.

26 Cæterum, quia circa campanarum pulsationem sæpius standum est consuetudini locorum, ne pro libito à ministris horæ varientur, in qualibet domo designetur tabula horarũ, quibus per annum ad Diuina officia pulsandæ erũt campanæ, omnia iuxta temporum varietatem distincta, semper tamen habita ratione loci, illisq; omnibus, quæ hic adnotauimus seruatis; hæc autem ex communi Patrum cuiuslibet domus cõsensu fiat, ac propterea omnes subscribant: illius autem formula hæc erit.

Tabula horarum, ac pulsationis campanarum Pro domo SANCTI.N.

Ad Matutinum Pulsatur.

Mense Ianuarij hora vndecima.

A *K*alendis Februarij vsq; ad diem quintãdecimam hora decima cũ dimidio.

A die quintadecima vsq; ad quadragesimam hora decima.

A *K*alendis Martij vsq; ad diẽ quintamdecimam hora nona cum dimidio.

A die quintadecima Martij vsq; ad

Kalendas Aprilis hora nona.
A Kalēdis Aprilis vsq; ad Pascham hora octaua cum dimidio.
Post Pascham mense Aprilis hora octaua.
A Kalendis Maij vsq; ad diem quintamdecimam hora septima cum dimidio.
A die quintadecima vsq; ad Kalendas Iunij hora septima.
A Kalendis Iunij vsq; ad diem quintamdecimam hora sexta cum dimidio.
A die quintadecima Iunii vsque ad quintamdecimā Iulii hora sexta.
A die quintadecima Iulij vsq; ad kalendas Augusti hora sexta cum dimidio.
A Kalendis Augusti vsque ad diem quintamdecimam hora septima.
A die quintadecima Augusti vsque ad Kalendas Septembris hora septima cum dimidio.
A Kalēdis Septembris vsq; ad diem quartamdecimam hora octaua.
A die quartadecima Septembris vsque ad Kalendas Octobris hora octaua cum dimidio.
A Kalendis Octobris vsque ad diem quintamdecimam hora nona.
A die quintadecima Octobris vsque ad Kalendas Nouembris hora nona cum dimidio.
A Kalēdis Nouembris vsq; ad diem quintamdecimam hora decima.
A die quintadecima vsq; ad Aduētum hora decima cum dimidio.
A Kalendis Decembris vsq; ad Kalendas Februarii hora vndecima.

Ad horas mane Pulsatur.

Mense Ianuarii hora quintadecima.
A Kalendis Februarii vsq; ad diem quintamdecimam hora quartadecima cum dimidio.
A die quintadecima vsque ad Quadragesimam hora quartadecima.
A Kalendis Martii vsq; ad diē quintamdecimam hora tertiadecima cum dimidio.
A die quintadecima vsq; ad Kalendas Aprilis hora decimatertia.
A Kalendis Aprilis vsq; ad Pascham hora duodecima cum dimidio.
A Kalendis Aprilis vsq; ad diē quintamdecimam tempore Paschali hora duodecima.
A die quintadecima vsq; ad Kalendas Maii hora vndecima cum dimidio.
A Kalendis Maii vsq; ad diem quintamdecimam hora vndecima.
A die quintadecima Maii vsq; ad Kalendas Iunii hora decima cum dimidio.
A Kalendis Iunii vsque ad Kalendas Augusti hora decima.
A Kalēdis Augusti vsq; ad diē quintamdecimam hora decima cum dimidio.
A die quintadecima Augusti vsq; ad Kalēdas Septēbris hora vndecimā.
A Kalēdis Septembris vsq; ad diem quintamdecimam hora vndecima cum dimidio.
A die quintadecima Septembris vsq; ad Kalendas Octobris hora 12.
A Kalendis Octobris vsque ad diem quintamdecimam hora duodecima cum dimidio.
A die quintadecima Octobris vsque ad Kalendas Nouembris hora decimatertia.
A Kalēdis Nouembris vsq; ad diem quintamdecimam hora tertiadecima cum dimidio.
A die quintadecima vsq; ad Kalendas Decēbris hora quartadecima.
In Aduentu hora quintadecima.

Ad Vesperas.

Pulsatur.

A die sancto Paschæ vsq; ad vigiliã exaltationis sanctæ Crucis hora decimanona.

A vigilia exaltationis sanctæ Crucis vsq; ad Aduentũ hora vigesima.

A Dominica prima Aduentus vsque ad Kalendas Februarij hora vigesima cum dimidio.

A Kalendis Februarij vsq; ad Paschã hora vigesima.

In ferijs Quadragesimæ vesperæ dicuntur ante cœnam, ac propterea vbi non habetur concio mense Februarij primum signũ dabitur hora decimaseptima, post tertium horæ spatium decursum dabitur secundum signum, ita vt vespere finiant circa horam decimamoctauam.

A Kalendis Martij vsq; ad diẽ quintamdecimam primum signũ dabitur hora sextadecima cũ dimidio, ita vt vesperę finiant circa horam decimamseptimam cum dimidio.

A die quintadecima Martij vsq; ad Kalendas Aprilis primum signũ dabitur hora sextadecima, finient autem vesperæ circa horam decimamseptimam.

A Kalendis Aprilis vsq; ad Pascha primum signum dabitur per tertium horæ spatium ante sextãdecimã horã, finiẽt autẽ vesperæ circa horã sextãdecima cũ dimidio.

Sunt & alia particularia officia, quæ determinatas horas, & peculiaria signa requirunt, de quibus suis locis dicetur infra.

Ad officium mortuorum, quando dicendum, est datur signũ post orationem vespertinam Hyeme; ęstate verò quando est trium nocturnorum detur signum per horam ante primum cœnæ: si autem vnũ tantum nocturnum dicatur, sufficit si dimidiæ horæ spatio plus, minusue præcedat primum signũ cœnæ.

Ad septem Psalmos Quadragesimæ datur signum post orationem vespertinam.

Psalmi Graduales regulariter Quadragesima dicuntur post Completorium: si autem iusta aliqua ex causa postponantur, post orationem vespertinam ad eos concinẽdos signum detur.

De officio Acolyti Missis priuatis ministrantis.

Cap. XVI.

1 CVm sancta, sanctè administrari omnis ratio suadeat, ac sacrosanctum Missę sacrificium omniũ sanctissimum, & tremendum mysterium existat, propterea maxima interiori cordis puritate, exteriorique cultu, ac pietate illud pertractari debet: quapropter decet omnino clericos in sortem Domini vocatos, præcipuè cum sanctis ministerijs incumbunt mores omnes componere, habitu, incessu, gestu, atq; omnino in omnibus nil nisi graue, moderatum, omniq; pietate refertum præseferre; quanta reuerentia sancti Angeli Dei ministri sacro adstant Altari voluentes animo, idcirco, qui ad huiusmodi ministerium fuerint vocati, tanquam ad nuptias cœnæ agni immaculati caueant, ne se aliquo impedimento excusent, sed alacres, solliciti, ac toto cordis affectu, propriam indignitatem simul, ac Diuinam attendentes clementiam cũ tremore exultantes, reuerenter accedant.

Act. eccl. Med. p. 1.

Apo. 19. 9.

Ritus miss. 11.1

2 Primum omnium cum ad Sacristiam Acolythus ministraturus peruenerit lotis, ac mundis manibus superpelliceo indutus genuflexus orãs aliquãtisper, Sacerdotem celebraturum expectet; cum autem Sacerdos ad celebrandum accesserit, ipse eius vestem superiorem complicatã in loco huic rei parato deponat, ac Sacerdotis vestimenta scopula emundet, præcipuè circa collaria.

Rit. miss. 1.3.

3 Cum Sacerdos sacris se induit vestibus, ipse amictum ita componat, vt crux medium obtineat locum, nec circa collum aliqua ruga cõtrahatur, & quod latus excedit ita disponat, vt non sit impedimento cum brachia est eleuaturus. Albam vtraq; manu accipiens à dextris Sacerdotis capiti imponat, deinde manicam dexteram brachio dextero, & sinistram sinistro imponat, & adaptet, mox cingulũ à tergo vtraq; manu porrigat, & supra ipsum circum circa albam eleuet, vt honestè vsquequaq; dependeat, vestesq; tegat, ac eius fimbrias ita diligenter ordinet, vt ad latitudinem digiti, plus vel minus in terram æqualiter fluat.

Cõc. Bracharẽs. 3. can. 3.

4 Stolam item circa collum ita sternat, & victa cingulo liget, vt non longè à collo distet, nec tam extollatur alte, vt à casula cum superimponitur non tegatur, sed ne aliquo modo contrahatur aduertat, crucem quæ est in medio complicando, casulam tandem ita aptabit, vt benè super spatulas Sacerdotis sedeat.

5 Præuideat deinde an in Altari omnia sint parata, ac præcipuè, vt candelæ sint ibi accensæ.

Rit. miss. 2.1. N. C.

6 Cum procedendum erit ad Altare accepto Missali ante pectus profundè inclinans imagini principali, quæ est in sacristia, ad fontem aquæ benedictæ, quæ est ante ostium accedens accipiat aspersorium, ipsumq; reuerenter osculando Sacerdoti porrigat, atq; ab eo, genuflexus aspergatur.

7 Procedat postea ad Altare ante ipsum Sacerdotem oculis demissis, ac graui incessu: quod si contingat ante Altare maius transire, cum Sacerdote genuflectat, pari etiam modo ante quemlibet locum, vbi sanctissimum Sacramentum aderit, & vbi eleuatur Missa genuflectat, nec se erigat, quousq; celebrans supra corporale calicem deposuerit. Rit. miss. 11.1.

8 Cum transiens in choro cantatur *Gloria Patri, &c.* vel aliqua oratio, in qua caput inclinãdum est, donec perficiatur, sic reuerenter maneat. N. C.

9 Si missa cui ministrat celebranda erit in Altari maiori, egrediatur per ostiolum à parte euangelij, & ad infimum gradum Altaris perueniens à dextris Sacerdotis aliquantulum retro ab eo accipit biretum, illudque osculatur, & simul genuflectit, & pariter ad Altare ascendit, vbi à parte epistolæ supra puluinum deponit Missale clausum, & cruci caput inclinãs in chorum per ostiolum à latere epistolæ procedens reponat biretum, & egrediens postea per ostiolum à latere Euangelij genuflectat ante infimũ gradum Altaris retro post celebrantem à sinistris eius, etsi in Altari sint plures ordines graduum, ante infimũ gradũ superioris ordinis genuflectat. Rit. miss. 11.2.

10 Si in alio Altari celebrãdum sit, semper sistat in infimo gradu à parte epistolæ: quod si Altare ita situm sit vt non possit in medium prodire Sacerdos, quin prius à parte epistolæ transeat, tunc aliquantulum retrocedens, transeundi ei copiam facit, & postea accepto bireto, ac capite cruci profundè inclinato ascendit cum eo ad Altare, vbi supra puluinum Missale clausum locet, biretum verò supra credentiam, vel alio in loco desi-

gnato reponat; postea accedens ante infimum gradum in plano inferiori post eum genuflexus cum eo confessionem etiam recitet.

11 Cum celebrans dicit. *In nomine Patris, &c.* ipse quoq; se crucis signo modo præscripto inf. l. 2. c. 6. nu. 4. muniat, cum eodem Psalmum recitabit semper eadẽ voce eodẽq; tono respondens: cũ dr̃ *Gloria Patri, &c.* caput inclinet. Ad ℣. *Adiutorium nostrum* se signat, similiter ad *Indulgentiam, &c.* Ad confessionem cum dicit *Tibi pater*, & *Te pater* se inclinat aliquantulum versus celebrantem.

Rit. Miss. 3. 3.

12 Dicto, *Oremus*, cum celebrans ascendit ad Altare, si plures in Altari sint gradus, surgens genuflectit supra infimum gradũ Altaris ad euangelij partem, sin autem non sint gradus, sed tantum Bradella in plano ex eodem latere, subtus, non autem supra bradellam, genuflectat.

13 Cum principio introitus celebrans se crucis signo munit, ipse pariter se eo signet, cum dicit *Gloria Patri, &c.* se inclinet; ad *Kyrie eleison*, respondebit alternatim eodem semper tono: quando vertens se, celebrans dicit ℣. *Dominus vobiscum* ipse aliquantulum inclinato respondeat capite, *& cum spiritu tuo:* Quadragesima, & quatuor temporibus cum dicit *Flectamus genua* ipse subdit *leuate*, & in conclusione orationũ respondebit, *Amen*. Post epistolam respondebit semper *Deo gratias*, etiã si plures epistolæ recitentur, excepta epistola Danielis, quæ quinto loco dicitur in Sabbathis quatuor Temporum, ad quam non respondetur *Deo gratias*.

Rit. Miss. 4. 2.

Rit. Miss. 5. 4.

Rub. gen. Miss. 10. 1

14 Dum dicitur vltimus ℣. Gradualis, vel in fine Tractus, vel sequẽtię pro diuersitate temporis erigit se, & accedẽs supra Altare à cornu epistolæ accipit Missale cum puluino, ac transfert ad partem Euangelij; transiẽs verò ꝑ medium profundè se inclinat, & si in Altari sit sanctissimũ Sacramentum genuflectat, & reposito, ac adaptato ibidem Missali retrocedens descendat, & ante infimum gradum à parte epistolæ, & ibi assistens facie conuersa ad latus Euangelij respondeat, *Et cum spiritu tuo*, & *Gloria tibi Domine*, & in fine dicat *Laus tibi Christe*. eodem modo etiam respondeat in fine illius partis passionis, quæ dicitur in tono Euãgelij.

Rit. Miss. 6. 1.

Rit. Miss. 6. 2.

15 Lecto Euangelio genuflectat à latere contra librum. i. ex parte Epistolæ supra gradum, vel ante bradellam, & dicto offertorio surgens hijs adhibitis reuerentijs, quibus opus est, accedat ad credentiam, & inde accipiens ampullas sine operculis, eas deferat ad Altare à latere Epistolæ, ampullam quidem vini dextera, aquæ verò sinistra per pedes eleuatas, inter se, & à pectore aliquantulum distantes teneat; perueniens autẽ ad Altare profundè se inclinat, vel genuflectat: quod si ad Altare per gradus ascendatur, tunc ascendens ad supremum gradum pariter à latere, osculo, & debita inclinatione, primum ampullam vini, celebranti tradet, mox à sinistra ad dexteram aquæ ampullam transferens, eamq; aliquanto eleuatam tenens, dum à celebrante benedicitur aqua, profundè inclinat genu aliquanto flexo, illamq; porrigens osculatur; quod si pro defunctis celebratur, neque ampullas, neq; quicquam aliud porrigens osculatur, nec aqua à celebrante benedicitur.

Rit. Miss. 7. 4.

16 Postquã autem vinum, & aquã ministrauerit sumptis ampullis qua

decet reuerentia, ad credentiam reuertitur, vbi eas reponit, ac ampullã vini cooperit: mox pro manuum lotione adaptat mappulam supra brachium sinistrũ, & accipiens peluiculam manu sinistra, dextera tenet ampullam aquæ, & sic manibus eleuatis aliquantulum æqualiter inter se, & à pectore distantibus, cum debitis reuerentijs iterũ accedit ad latus Epistolæ, & supra gradus, si plures ibi sint, ascendit; sin minus ante bradellam extra altare, aquam ad manuum lotionem aliquantulum dexterã eleuando, in medium peluiculæ infundit; postmodũ vertens paulisper brachium sinistrum, mappulam ad detergendas manus porrigit, quo peracto cum debitis reuerentijs, ad credentiam ampullam reportans, eam cum peluicula suo loco reponit, & mappulam ibidem adaptat.

Act. eccl. Med. p. 2.

Rit. miss. 7.7.

17 Ad altare regrediens, genuflectit à latere Epistolę, & cũ celebrans conuertens se dicit, *Orate fratres*, ipse submissa, & intelligibili voce respondet, *Suscipiat Dominus &c.* non tamen dicit, *Amen*, nam hoc subdit Sacerdos. Ibidem stans genuflexus respondet ad Præfationem, cum dicitur *Sanctus*, ter pulsat tintinnabulũ, & eodẽ in loco permanet, donec Sacerdos dicto, *Memento*, oret mentaliter.

Ritus Miss. 7.8. Act. Ecc. Med. p. 2.

18 Cum Sacerdos dicit, *Et omniũ circumstantium &c.* ipse surgens accendit intortitium, & diebus festis, si sit in altari maiori, vel in quolibet alio, in quo sanctissimum Sacramentum asseruatur, accendit duo, ac postea genuflectit supra supremum gradum altaris à latere Epistolæ, vel supra bradellam.

19 Cum Sacerdos genuflectit, vt eleuet Hostiam cõsecratam, ipse sinistra eleuans fimbriam casulæ dextera ter tangit tintinnabulum, primo cum celebrans genuflectit, secundo cum eleuat Hostiam, ac tertio cum ipsam iam inclinat, vt reponat, & cũ iterum genuflectit casulæ fimbriam dimittit: cũ Hostia eleuatur, profundè inclinat, similiter cũ antea, & postea celebrans genuflectit: idipsum obseruabit in eleuatione Calicis; quo eleuato, retrocedit vbi prius à latere Epistolæ, indeq; respondebit quoties res postulauerit.

20 Cùm dicitur à Sacerdote, *Nobis quoque peccatoribus*, dextera percutit pectus, sinistram tenendo infra pectus; idipsum facit ter, cum dicit, *Agnus Dei, &c.* nisi Missa sit pro defunctis. similiter cum dicitur, *Domine non sum dignus*, inclinatus ter percutit pectus.

21 Cum celebrans genuflectit vt assumat sanguinẽ, cum debitis reuerentijs accedit ad credentiam, vnde accipiens ampullam vini dextera, aquæ verò sinistra sine operculis procedit à latere Epistolæ, ibiq; facta debita reuerentia, ascendit supra gradus; & si nõdum Sacerdos assumpserit sanguinem, expectat ibi genuflexus, donec illum assumat; deinde ad purificandum Calicem, infundit tantum vinum, dextera extensa, & aliquantulum eleuata; mox ad abluendos digitos propinat prius vinum, deinde, reposita ampulla vini supra altare dextera propinat etiã aquam, & resumens vtramque ampullam, aquæ sinistra, vini verò dextera cum debitis reuerentijs reponit supra credentiam, & operculis cooperit.

22 Post purificationem extinguit cereum, & ascendens supra Altare à latere Euangelij, refert Missale, ac puluinum cum debitis reuerentijs ad latus Epistolæ, & descendens reponit operculum stanneum quo in-

torti-

tortitium extinxerat, ſtatimq; genu flectit contra librum à latere videlicet Euangelij, & in concluſione orationum ibidem reſpondet. *Amen*.

Rubr. gen. 13. 2. 23 Quando aliquod particulare Euangelium legendum eſt in fine Miſſæ, dicto *Benedicamus Domino*, vel *Ite Miſſa eſt*, poſtquam reſpondit. *Deo gratias*, transfert librum ad latus Euangelij, poſtea genuflectit ad benedictionem, & dum legitur Euangelium ſtat ante infimum gradum à latere Epiſtolæ facie conuerſa ad celebrantem; & lecto Euangelio reſpōdet *Deo gratias*, ſtatimq; librum cum puluino reponit ad latus Epiſtolæ. quod ſi non ſit legendum particulare Euangelium, data benedictione ſurgit, & dum legitur Euangelium ſtat vt ſupra, cum verò dicitur, *Et verbum caro, &c.* genuflectit verſus Crucem, & in fine reſpondet, *Deo gratias*.

Rit. Miſſ. 12. 1. 24 Interim dum dicitur Euangelium ſancti Ioannis, ſtat à latere Epiſtolæ, & in fine accepto bireto, reſpōdet *Deo gratias*, aſcendit ad Altare, vbi ſi non ſit ſanctiſſimum Sacramētum cum oſculo, & debita inclinatione porrigit celebranti biretum, & accepto Miſſali ante pectus vna cum celebrante prius Cruci inclinando deſcendit ante infimum gradum à latere Epiſtolæ, vbi pariter facta inclinatione ipſum præcedens reuertitur in Sacriſtiam: quod ſi celebratum fuerit in Altari ſanctiſſimi Sacramenti, facta genuflexione, & non prius porrigit ei biretum.

C. N. 25 Perueniens in Sacriſtiam ſiſtit ſe, ac profundè celebranti inclinat, expectatque donec tranſeat, deinde procedens inclinat ſe imagini principali, quæ eſt in Sacriſtia, & repoſito Miſſali in locum ſuum victam ſtolæ ſoluit, caſulam ſupra ſcamnū extendit, deſuper ſtolam adaptat, Sacerdos verò manipulum, deinde ibidem reponit cingulum, mox albam complicatā ſuperimponit, & Sacerdos amictum, ipſe tandem genuflexus ab eo petit benedictionem, ac breui deniq; habita oratione ſuperpelliceum deponit, ac recedit in pace, &c.

26 Si facienda ſit communio intra Miſſam poſt ſanguinis ſumptionem genuflexus à latere Epiſtolæ dicit *Confiteor, &c.* ibidemq; genuflexus manet vſq; in finē: ſi verò communio facienda ſit in fine Miſſæ, dicto Euangelio ſancti Ioannis genuflectit à latere Epiſtolæ, vt ſupra, & facta communione vaſculum ad abluendos digitos, ſi ibi ſit præparatū Sacerdoti porrigit, deinde accepto bireto recedunt. Ante communionem ſi velum non ſit ſupra ſcamnum explicet, & in fine complicatum ſupra credentiam reponit: vaſa ad purificādum niſi ſint ſupra credentiam curet, vt apponantur. Rit. Miſſ. 10. 6.

27 Si Miſſa celebretur coram aliquo Prælato in loco ſuæ diœceſis, quotieſcumq; ante eum tranſit reuerentiam illi facit: ſi verò Prælatus nō ſit in loco propriæ reſidentiæ, vel ſi adſit aliquis magnus Princeps, caput illi inclinet perſonæ habita ratione. Cer. Ep. l. 1. c. 31.

28 Cum celebrans facit confeſſionem in cornu Euangelij ipſe in cornu Epiſtole facie ad celebrantē conuerſa genuflexus reſpondet, & in cōfeſſione dicens, *tibi pater*, & *te pater* non ad Prælatum, ſed ad celebrantem ſe conuertit. Rit. Miſſ. 3. 2.

29 Dicto Euangelio, immediatè poſt, ſi dicendum ſit ſymbolum, vel ſi non ſit dicendum, poſteaquam celebrans legerit offertorium, niſi Capellanus proprius Prælati præſens adeſſet, qui huiuſmodi munus obi-

ret,

ret,accipit librum de Altari,& apertũ defert sine vlla genuflexione ad Prælatum, vt illud in principio lecti Euangelii osculetur; clauso deinde libro genuflectit Prælato, & librum ad Altare reportat, rursumq; suo loco aperit.

30 Ad eleuationem sanctissimi Sacramenti deferuntur intorticia,vel à scutiferis Prælati,vel à duobus Acolythis, qui vsq; ad sanguinis assumptionem assistant.

31 Dicto *Agnus Dei*,nisi proprius Prælati Capellanus adsit, defert instrumento pacem; modo infra præscripto,l.2.c.14.nu.3.

32 Completa Missa,vna cum celebrante congruam reuerentiam Prælato facit.

De officio Acolythi ministrantis in Missa cantata. Cap.XVII.

1 ACOlythus ministraturus in Missa cantata, opportuno tẽpore omnia paramenta, tam pro celebrãte, quam pro ministris in scamno Sacristiæ præparata locis suis disponet;& lotis manibus,ac superpelliceo indutus;ministraturos,ipsumq; celebrãtẽ in Sacristia vna cũ thurifterario expectabit, ipsosq; dũ dr̃ tertia Sacras vestes accipientes adiuuabit.

2 Sub finem Tertiæ accipiens à Sacristia puluinum,Missalia, eorumq; integumenta coloris paramẽtorum, desuper imponens velum, ac mappulam pro ampullis;ambabus manibus eleuata omnia portans, egreditur ostiolũ à latere Epistolæ, & facta Altari genuflexione, omnia suis locis disponit,puluinum videlicet,& Missale apertum super Altare à latere Epistolæ; supra credentiam verò ex vna parte velum, ac desuper librum Euangeliorum; ex altera verò parte ampullas,ac peluiculam, & mappulam,omnia autem ita disponat,vt locum pro candelabris hinc inde relinquat: in medio autem reponet calicem; & tandem dum cantantur Capitulũ,& Versus,accẽdit sex cereos.

3 In fine Tertiæ, dicto *Benedicamus Domino*, præcedit ministros sacris indutos, & ante ostium Sacristiæ, porrecto asperforio Diacono sine osculis,cum alijs genuflexis à celebrante aspergitur,& postea facta genuflexione Altari in medio chori præcedens alios ministros à sinistris thuriferarij egreditur incessu graui,oculisq; dimissis ab ostiolo à latere Euãgelij,& perueniens ante infimum gradum Altaris,accipit biretum à Diacono,& cum alijs genuflectens,suo loco reponendum deferet.

4 Die Dominico, reposito bireto rediens accipit ambabus manibus librum à credentia,& perueniens ante Altare debitis actis reuerentijs,expectat ibi donec celebrans cũ ministris reuertatur ab aspersione,& tũc librũ Subdiacono porrigat,stãs postmodũ dũ cantantur Versus,& Oratio retro post celebrantem, & dicta oratione *Exaudi,&c.*accipiens à thuriferario manipulũ,tradet Subdiacono,à quo accepto libro vna cum thuriferario, qui asportabit pluuiale, illum supra credentiam reponet.

5 Dũ fit confessio, genuflexus maneat post Subdiaconũ, manu nauiculã eius pede apprehẽso teneat,ac facta confessione eleuãs se, tradit nauiculã Diacono,apertã tñ sine osculo, ita vt cõmodè possit ipsam à puppa apprehendere,& dũ ille ministrat incensũ,ipse genuflectat post eũ,à quo reaccipiẽs nauiculam, retrocedit ad medium plani ante gradus Altaris, vbi stat donec omnia incẽsentur:cele

Rubr. gen. Miss. XVII.5.

brante reuerso facta genuflexione Altari, reponit nauiculam supra credentiam, & rediens sistet post Subdiaconum à latere Epistolæ:cum verò celebrans cum ministris in mediũ procedit,vt intonet hymnum *Gloria in excelsis*, & ipse pariter in medium post eos procedit.

7 Dicto *Dominus vobiscum*,si vna tantum oratio sit dicenda, consuetis adhibitis reuerentijs; accipit librum à credẽtia;si aũt plures dicãtur, stat in cornu Epistolæ post Subdiaconũ, & cum dicitur vltima oratio, facta prius Altari genuflexione in medio, accedit ad credentiam, & inde librũ aliquantulum eleuatũ ambabus manibus ferens; inclinando se, tradit Subdiacono, & cum illo genuflectẽs in medio,post eum ad locum epistolæ accedit, ibiq; quousq; perficiatur stat;cum ille se inflectit,vel genuflectit,ipse quoq; idem præstabit, & in fine respondebit, *Deo gratias*.

C. N. Approbata à Mag. Rom.

8 Interim dum dicitur Epistola; postquam celebrans suo loco priuatè legerit Epistolam cũ graduali,nisi sit dicenda sequentia, refert Missale celebrantis cum puluino ad latus Euangelij,Subdiaconi munus implẽs, qui iuxta Missalis rubricas illud trãsferre deberet;tamẽ quia nos nec musica,nec organo vtimur; ne mora interponatur inter cantum chori,& Euangelij, nec Diaconum Subdiaconi munus supplere deceat, ne à gradu suo descendat, vt consultũ fuit à peritis Romę,Acolythus ipsũ trãsferet;cũ verò dicitur sequentia,tunc à Subdiacono iuxta rubricas est trãsferendum.

9 Finita Epistola, in medio plani stãs,accipit nauiculã à thuriferario; eãq; vt supra Diacono tradit;deinde facta cũ alijs in medio genuflexione, dum cantatur Euangelium, stat à sinistris thuriferarij à latere Epistolæ, facie tñ conuersa ad latus Euãgelij, dextera tenens pedem nauiculę ante pectus, ab eoq; aliquantulum remotum;& vbi inclinandum,vel genuflectendum est,cum alijs id præstat,sub finem verò Euãgelij,si opus sit,thus ex nauicula in thuribulum immittit.

10 Cantato Euangelio accipit Missale à Subdiacono, & intonato à celebrante *Credo*, vel dicto, *Dominus vobiscum*,debitis peractis reuerẽtijs, reponit Missale supra credentiam,& dum dicitur symbolum, stat post celebrantem,& ministros in medio;inclinans se,ac genuflectens, qñ opus est cum ipsis:dicto verò, *Et homo factus est*,præcedens Diaconum, facta prius genuflexione, accedit ad credentiam,& ibi stans à sinistris Diaconi; dum ille accipit bursam corporalium, eleuat manipulum,ne aliquid decidat;& redeuntes eundem præcedit vsq; ad planum ante infimũ gradum altaris,vbi facta genuflexione, stat quousq; absoluatur simbolus.

11 Dicto à celebrãte, *Dominus vobiscum*, vna cum Subdiacono, facta prius altari genuflexione,accedit ad credẽtiam, vbi prius velum humeris Subdiaconi imponit, ac benè adaptat: postea ambas ampullas tenens, post eum ad Altare procedit in cornu Epistolæ, vbi facta genuflexione, cum opus est illas porrigit, primo vini, mox aquæ, quas recipiens debitis factis reuerentijs, suo loco in credentiam reponit;deinde in medio stans; accedente thuriferario, nauiculam Diacono porrigit, statq; post eũ genuflexus, donec ministretur incensum; tum sumpta nauicula, stat in medio illam tenens; donec à celebrante incẽsetur Altare. Rit.Miss. 7. 9.

12 Cum celebrans reddit,incensato Altari, genuflectit, & accedens Rit.Miss. 7. 10.

ad cre-

ad credentiam, accipit ampullam aquæ cum peluicula,& mappula,accedẽſq; ad Altare cũ debitis reuerẽtijs à latere epiſtolę,infundit aquam ad manuũ ablutionem, & factis debitis reuerentijs, ampullam poſtmodum cum pleuicula, ac mappula ſupra credentiam accommodat.

13 Rediens ad locum ſuum in plano poſt Subdiaconum ſtabit,vbi thurificato Diacono, & ipſe à thurifera rio, dum thurificatur aliquantulum ad illum conuerſus ſe inclinabit.

14 Ad *Sanctus*,pulſabit tintinnabulum,& intortitia accẽdet,poſtea aduenìẽtibus ceroferarijs, cum facibus accẽſis in medio eorum genuflectet, & cum eleuatur ſanctiſſimum Sacramentum tintinnabulum pulſabit, ac repoſito calice ſuper corporale ſurget;dum dicitur *Pater noſter*, Diacono accipiẽte patenã à manibus Subdiaconi, ipſe velum ab eius humeris auferet,atq; complicatum ſupra credentiam reponet, moxq; in medium rediens, dum dicitur *Agnus Dei*, profundè inclinans ter percutit pectus,cum verò celebrans,dicit,*Domine non ſum dignus*, genuflexus pariter ter pectus percutiet. Rit.Miſſ. 10.8.

15 Subdiacono redeunte de choro, recipit pacẽ ab Acolytho, qui Subdiaconũ comitauerat, deinde factis debitis reuerẽtijs,accedit ad credẽtiã ampullas accipit, atq; ad latus Epiſtolæ Subdiacono ad purificandũ celebrantem poſtquam porrexit, reponit ſuo loco, rediẽſq; ad Altare extinguit intortitia: Subdiaconũ deferentem calicem præcedendo ad credentiam ducit, ac reducit,adhibita reuerẽtia Altari, vbi poſt eum ſtabit. Rit.Miſſ. 10.8.

16 Ad benedictionẽ,& in fine Euãgelij S. Ioãnis poſt eum pariter,facie tamẽ conuerſa ad crucẽ genuflectet.

17 Dum dicitur Euangeliũ,in fine accipit biretum,atq;Diacono ab Altari deſcendenti illud porrigit,reuertiturque alios præcedendo à ſiniſtris thuriferarij per oſtiolum à latere Epiſtolæ, in medio chori ſimul cum alijs ante Altare genuflectit, ingrediẽſque Sacriſtiam, cum alijs genuflexus benedictionem à celebrãte accipit. Deinde vnà cum thuriferario,cereos in Altari extinguit, incipiens ab ijs qui à cruce magis diſtãt, duas candelas accenſas ibi relinquens,omniaq; in Sacriſtia aſportat, vbi cum thuriferario amictus, albas, & cingulos complicabit,omniaq; bene diſpoſita relinquet.

De officio Acolythi in miſsis cantatis,& exequijs defunctorum. Cap. XVIII.

1 IN Miſſis cantatis pro defunctis Acolythus omnia,vt ſupra præparabit dum dicitur Prima, vel ſi officium ſit ſollemne dũ dicitur Nona. Rubr. gen.Miſſ. 15.3.

2 In principio Miſſæ,& ad Euãgelium non miniſtrabit nauiculam, cũ non ſit tunc incenſandum. Rit.Miſſ. 13.2.

3 In orationibus, quæ dicuntur in principio Miſſæ, ante Epiſtolam, & poſt communionem; poſt eleuationẽ, vſq; ad *Per omnia &c.* ante *Pax Domini*, genuflectet. Rubr. gen. Miſſ. 17.5.

4 Velum pro Subdiacono non præparabit,non enim poſt offertoriũ eius humeris illud imponitur.

5 Cum dicitur *Agnus Dei*,nõ percutit pectus.

6 Cum aliquid porrigit nunquam illud,nec manum oſculatur. Rit.Miſſ. 13.2.

7 Si facienda ſit abſolutio ad tumulum,in fine Miſſæ, dum dicitur Euangelium S.Ioannis, accipit pluuiale, atq; Miniſtris porrigit, biretũ quoq; celebrantis Diacono dat.

Rit.miss. 13.4. 8 Ad tumulum à ſiniſtris thuriferarij procedit vaſculum aquæ benedictę cum ſuo aſperſorio dextera deferens,ſiniſtra verò librũ ante pectus cum ſuo integumento nigri coloris ; cũ verò ad pedes tumuli peruenerit, cõtra Altare relicto ibi ſubdiacono, cum ceroferarijs,vna cum thuriferario accedit poſt celebrantẽ, ibiq; ſtat dum dicitur Reſponſorium : & cãtoribus dicentibus ℣.*Requiem æternã*, porrigit Diacono nauiculam apertã, reponens interim vaſculum aquæ benedictæ, & librum in aliquo congruo loco, & dum incẽſum miniſtratur, ſtat genuflexus poſt Diaconum, deinde recipiens nauiculam ſurgit,& circa finem reſponſorij porrigit Diacono aſperſorium,ſtatq; donec aſpergitur, & thurificatur tumulus à ſiniſtris thuriferarij,thurificato verò tumulo, Diacono redeunti porrigit librum,& finita oratione illum reaſſumit. Cum cantores dicũt ℣.*Requieſcat in pace*, à ſiniſtris thuriferarij accedit ad crucem,quam præcedendo reuertitur,in Sacriſtiã perueniens deponit vaſculum, ac librum, extinguit cereos in Altari,ac reliqua,vt in alijs Miſſis præſtat.

9 Miniſtraturus officio ſepulturæ Acolythus,præparabit pro celebrãte pluuiale,ac ſtolã nigri coloris , librũ exequiarum,vaſculum aquæ benedictæ,cum ſuo aſperſorio,celebrantem deinde pluuiali induet,librũq; ei tradet, mox accepto vaſculo aquæ benedictæ , ante crucem à ſiniſtris thuriferarij procedet, & perueniens ad pedes lecti contra Altare, ibi deferẽtem crucem relinquat,ipſe verò cũ thuriferario poſt terga celebrãtis ſtabit,& cum in reſpõſorio à cantoribus dicitur ℣.*Requiem æternam* accedẽs ante celebrantem,genuflexus miniſtrabit incenſum ſine oſculis,& circa finem reſponſorij,dum dicitur *Kyrie eleiſon*,accedens ad dexterã celebrãtis,ei porrigit aſperſoriũ ſine oſculis, & dextera eleuans anteriorem partẽ fimbriæ pluuialis,ſiniſtra tenet vaſculum,in mediũ perueniens cũ celebrãte,Altari in quo eſt ſanctiſſimũ Sacramentum genuflectit, circumienteſq; lectum cũ ipſo procedit, aquæ vaſculum, cũ opus eſt, porrigens,ante crucem verò tranſiẽs , cum celebrans ſe inclinat,ipſe genuflectit, & completo circulo, aſperſoriũ ſine oſculis recipit,& reuerentia facta,vt mos eſt,ad locum ſuum redit. Et ſi plura reſponſoria dicãtur, idipsũ pluries pſtabit.

10 Finita oratione poſt Reſponſoria,cum dicitur. *In paradiſum*, à ſiniſtris thuriferarij procedens ante crucem accedit ad cæmeterium,& ad locum ſepulturæ poſt celebrantẽ cum thuriferario aſſiſtit, cũ dicitur *Pater noſter* , incenſum miniſtrat,vt ſupra, deinde porrigens celebranti aſperſorium , vt corpus, ac tumulũ aſpergat fimbriam pluuialis eleuat ; tum in fine orationis ad tumulum ligonem, cum terra celebranti porrigit , fimbriamq; pluuialis eleuat,vt poſſit cõmodè ſupra defunctũ terrã proiicere.

11 Dũ autẽ poſtea recedunt præcedit crucem à ſiniſtris thuriferarij ordine quo cẽs venerant,& perueniens ad Eccleſiam ante cancellos Altaris ibiq; ſiſtẽs ſtat à ſiniſtris thuriferarii poſt deferentem crucem,dum dicuntur verſus,& oratio,qua finita , & dicto à cantoribus, ℣.*Requieſcat in pace*,procedit in Sacriſtiam,pręcedẽdo pariter crucem,ibiq; depoſito vaſculo,exuit celebrantem pluuiali.

12 In exequiis verò paruulorũ, præparabit ſtolam albã,librum,& vaſculum aquæ benedictæ cũ ſuo aſperſorio,& cum opus fuerit,poſt celebrantẽ procedẽs , illi aſperſoriũ porriget. Rit.S.Seuer.

De officio acolythi ministrantis ad Vesperas. Cap XIX.

1 AD vesperas, dato primo signo, Acolythus ministraturus pręparabit supra scamnum Sacristię pro celebrante in medio stolā, cingulum album, & amictum, pluuiale quoque coloris cōuenientis: & dato secundo signo, ei dum se sacris induit vestibus inseruiet.

2 Procedentes ad chorū ante ostiū porriget aspersorium deosculādo illud, deinde à sinistris thuriferarij alios præcedens in medio chori, facta Altari genuflexione, & circumstantibus inflexione, in locum sui ordinis recedit.

3 Circa finem hymni descendens è loco suo in medium chori, accipit nauiculam à thuriferario à sinistris eius faciebus alterius ad alterum cōuersis, stat donec celebrans descendat, cui in medium peruenienti caput simul inclinant, & dum inchoatur canticum *Magnificat*, omnes simul Altari genuflectunt, astantibusque inclināt, procedentesq; per ostiolum à latere Euāgelij ipse à sinistris thuriferarij alios præcedit.

4 Peruenientes ad Altare, genuflectunt omnes, ipse verò ascendens supra gradus Altaris genuflexus à sinistris thuriferarij cū osculo cochlearis, & manus celebrantis nauiculam tenens apertam, apeatoq; cochleari, ita vt cōmodè accipi possit, incēsum ministrat, quo imposito manum celebrantis, & cochleara osculabitur.

5 Dum thurificatur Altare, à sinistris celebrantis in secundo gradu sinistra eleuat partem anteriorem pluuialis, dextera verò posteriorē, simul cū eo in medium genuflectens, simul etiam surgēs, atq; Altari thurificato, adaptat pluuiale, vt æqualiter fluat, mox ante infimum gradū Altaris descendēs resumit nauiculam, quam in aliquo loco congruo antea reposuerat, & cum alijs facta in medio genuflexione, ante omnes ordine quo venerant ingreditur per ostiolum à latere Epistolæ.

6 Ingressus in chorum ostiolū claudit, atq; in medio cum alijs genuflectit ante Altare, ad astātes conuersus se inclinat, deinde nauicula super Altare quod est in choro deposita, recedit in locū sui ordinis, vel stat in vlmo subsellio chori inferioris.

7 Dicto, *Benedicamus Domino*, cū celebrante recedit, si completorium immediatè post vesperas sit dicendū accedens ad celebrātem, accipit pluuialei, llud extremitatibus superpellicei tangens, quod semper obseruet, illudq; in Sacristia reponet: si verò non sit dicendum completorium, dicta Aña B. Virginis in fine vesperarū cum celebrante recedit, præcedentibus ceroferariis, eodē modo, quo in chorum venit.

8 Ad Completorium extinguit cereos in Altari vna cum thuriferario, incipiēs à remotioribus à tabernaculo, duas ad minus candelas super Altare accensas relinquens.

De officio Acolythi in missis, quæ cantantur sine Ministris. Cap. XX.

1 QVando Missa cātatur sine ministris, Acholythus dato primo signo pręparabit supra scamnū Sacristiæ peculiare paramētū sibi à Sacrista pro missa cātāda assignatū, & posteaquā eo induit celebrantem, antequā egrediantur ad Altare, præparabit in eo omnia necessaria, & quatuor candelas accendet, & egrediendo ad

celebrandũ præcedet Sacerdotẽ, Missale more solito ante pectus portans.

2 Diebus verò Dominicis præparabit librum,& calicem supra credentiam, & procedente celebrante cum pluuiali, ipse à finistris thuriferarij pcedet, & ministrabit cũ aspergitur.

3 Missæ initio ad confessionem genuflexus post eũ à finistris, vt in Missis priuatis respondet: cum verò celebrans ascẽdit ad Altare,& ipse surgens, ac stans in medio ante infimum gradum respondet ad *Kyrie eleison*; in Missis defunctorum, & ferialibus cum oratio, vel orationes dicuntur genuflectit.

Rit.miss. 6.8. 4 Dum dicitur vltima oratio, facta Altari reuerentia, accipit ambabus manibus librum Epistolarum in credentia repositum,& accedens in medium genuflectit paululum, postea in loco consueto cantat Epistolam, qua finita non osculatur celebrantis manum, sed facta iterum in medio genu flexione reponit Missale supra credẽtiam, deinde accedẽs ad Altare trãsferet Missale celebrantis ad latus Euangelij, interim verò cum cantatur Euangelium ipse stat ante infimum gradum à latere Epistolæ facie versa ad celebrantem, cum quo inclinat se vel genuflectit, cum res postulauerit, & in fine respõdet. *Laus tibi Christe*. in mediumq; se transfert, vbi stat donec dicatur offertorium, quo dicto ministrat ampullas, & defert ad abluendas manus more solito.

5 Dicto *Sanctus, &c.* accẽdit vtrũq; cereum,& tãgens tintinnabulum stat genuflexus, statimq; post sanguinis eleuationem surgit: si verò Missa sit pro defunctis stat genuflexus vsq; ad *Per omnia* ante, *Pax Domini*. cum dicitur *Agnus Dei* percutit pectus, pariter cum dicitur, *Domine non sum dignus* genuflexus percutit pectus.

6 Post communionem ministrabit ampullas transferet librum,& extinguet cereum, vt in Missis priuatis, ad orationes stabit, nisi fortè Missa sit pro defunctis, nam tunc genuflectit. Ad benedictionem genuflectet,& reliqua, vt in Missis priuatis præstabit.

7 Finita Missa more solito præcedit celebrantem cum reuertitur ad sacristiam, ibique eum deponentem paramenta adiuuat; cereos deinde, accepta à celebrante benedictione, in Altari extinguit, & quæ supra credentiam parauerat ad Sacristiam reportat, ac tandem paramenta complicata suis locis reponet.

De officio Acolythi ministrantis aspersionem aquæ benedictæ post completorium. Cap. XXI.

1 NOuitij, vel Clerici iuniores vicissim per hebdomadas post completorium aquam benedictã in choro ministrabunt: is igitur cui per hebdomadam negotium hoc incumbit quotidie dato primo signo vesperarum, vel in quadragesima Completorij, præparabit supra credẽtiam, vel Altare in choro vasculum aquæ benedictæ cum suo aspersorio. C. N.

2 Post completorium dato signo campanulæ accedens ad locum, consuetis adhibitis reuerentijs, finistra accipit vasculum, dexteræ digitis tenens supra labrum vasculi aspersorium,& procedit tenendo ipsum aliquantulum eleuatum,& à pectore distantem in medio chori à latere opposito digniori, qui primus erit aspergendus, ibiq; expectat donec accedat celebrans, cum quo, facta Altari genuflexione, porrigit ei aspersorium cum osculando, & si cele-

brans

brans sit Præpositus, vel alius ex Patribus sacris indutus, etiam manum celebrantis osculabitur.

3 Postquam aspersorium metodo iam exposita tradidit, accipit vasculum manu dextera, & vna cum celebrãte ante Altare profundè se inclinabit, atq; cum eodem se ad chorum conuertit, stans retro aliquantulum à latere eius; & quoties ille ad aspergendos se inclinat, ipse quoq; tam in principio, quam in fine se inflectet.

4 Transeunte verò celebrante, vt aliam chori partem aspergat, & ipse post eum ex latere opposito pertransibit, ac simul genuflectens porrigit illi vasculum, vt intingat ex eo aquã, & facta Altari inflexione ad chorum conuersus eodẽ modo quo supra, ministrat aquam stans semper à tergo post celebrantem.

5 Vltimus omnium, & ipse genuflexus ante celebrantem aspergitur, vasculũq; sinistra recipiens, aspersorium cũ osculis à celebrãte accipiet, atq; post eum à latere genuflectit, ac transeundi data ei via, & ipse accedens ad Altare, vasculum consuetis reuerentijs reponit; & in nouissimo loco chori inferioris genuflectit, donec signum recedẽdi detur; antequã autẽ recedat vasculum in suo armario in Sacristiam recondit.

6 Ad eundem Acolythum spectat principio officij præparare superpelliceum, & librũ pro hebdomadario, atq; etiam pro officio Primæ Martyrologium, & in fine officij suis singula locis recondere.

7 Vespere post cœnam pro Matutinis legile in medio chori accommodabit, desuper Breuiarium in quo signaculis lectiones, & responsoria disponet; candelulam quoq; ac eius instrumentum, quod bugiam dicunt, præparabit, & post Matutinum mane omnia in sua quæq; referet loca.

8 Si dicendum sit officium pro defunctis, legile cum Breuiario in medio chori opportunè prçparabit, atq; completo officio remouebit.

9 Pro Missis cantatis pariter legile cum suo libro, tempore opportuno, in medio chori disponet; ac statim finita Missa asportabit.

De officio thuriferarij ministrantis in Missa cantata. Cap. XXII.

1 Thuriferarius vna cum acolytho omnia paramenta pro celebrante, & ministris, opportuno tempore suis locis disponet, ipsisq; dum sumunt paramenta ministrabit.

2 Circa finem Tertiæ, vel si sit dies Dominicus facta aspersione, accipit thuribulum, sinistra illud tenens per manubrium, simul cooperculi catenã per minorem anulum eleuans, eadem manu inter indicem, & pollicem nauiculam eius pede arrepto tenens; cũ verò incedit dextera per catenulas thuribuli vas eleuatum portat, ne impediatur, superpellicei manicas accommodabit, ne fortè implicentur, & ita qua par est reuerentia mediũ chori locum occupabit. Cærem. epis. l. 1. c. 12. Cærem. Bono. l. 1. c. 11. C.N.

3 Procedendo ad Altare primus omnium à dextris acolythi per ostiolum à latere Euangelij egreditur, & perueniẽs ante infimum gradum Altaris post Diaconum vna cum alijs genuflectit, interim dum fit confessio sit ibidem genuflexus, & tradita nauicula acolytho dextera tenet thuribulum eleuatum per catenulas, lente, ac leuiter illud continuè mouens ne extinguatur ignis.

4 Diebus Dominicis dicta Tertia, accipit à Sacristia vasculum aquæ

nouiter benedictæ, ac suum asperso-rium, tenensq; illud sinistra ab inferiori parte aliquantulum eleuatum, atq; à pectore distans, dextera inter indicem,& pollicem aspersorium supra vasculi labrum firmans, primus omnium à dextris Acolythi ministrantis Altari per ostiolum à latere Euangelij egreditur, ibiq; genuflectens, porrigit aspersorium Diacono sine osculis,dum autem ad aspergendum chorum,& per ostiolum à latere Epistolę pceditur ante Ministros, à latere Diaconi vasculum portat, vt ex ipso celebrās, cum opus est, aquā sumat: in medio chori cum celebrante, & ministris genuflectit, & aspergendis ipse quoq; post eos stans se inclinat; egrediens postea per ostiolum à parte Euangelij eos præcedit, à latereque Altaris ante presbyterium post eos genuflectit,dumque populus aspergitur;stat à dextris,aliquantulum tamen retro, semper tenens vasculum paratum; ac tandem facta aspersione accipit,aspersorium, atq; qua oportet reuerentia recedit, ingrediēs ostiolum à latere Epistolæ.

5 Dum dicuntur versus, & oratio, *Exaudi, &c.* accipit à Sacristia manipulum, & planetam celebrantis, dextera, superpellicei extremitatibus tenens partem superiorem planetæ cum manipulo,sinistra verò ipsam eleuans:& circa finem orationis egrediens per ostiolum à latere Euāgelij, facta in medio genuflexione, manipulum primū Acolytho,deinde ille Subdiacono,mox planetam Diacono tradit; atq; vtraq; manu accipiens pluuiale, extremitatibusq; superpellicei tenens eleuatum à terra, defert in Sacristiā,ibiq; reposito pluuiali supra suum instrumentum accipit thuribulum cum nauicula,ac statim ostiolum à latere Euāgelij egreditur,perueniensq; in medium genuflectit à dextris acolythi, interim dū fit confessio thuribulum leuiter mouet, vt supra nu.3.

6 Facta confessione surgit,ac tenēs thuribulū sinistra anulo maiori manubrij, dextera anulo minori eleuabit per catenulam operculum thuribuli,quò thus cōmodè imponi possit,tenensq; sinistra manubrium,dextera verò vasculum per catenulas in medio,genuflexus in supremo gradu Altaris aliquantulum à latere Epistolæ, facie tamen conuersa ad celebrantem, ipsum tenebit dextera eleuatum,sicq; perseuerabit donec thus fuerit immissum, ac benedictum,& tunc clausum thuribulum à manubrij parte porriget Diacono sine osculis,& interim dum Altare incensatur stat in plano ante infimum gradum dextris Acolythi. Cer.Ep. l.1.c.23.

7 Altare iam incensato, cum celebrās rediens in medium genuflectit, & ipse pariter genuflectens accedit ad latus Epistolæ: ibiq; expectat donec à Diacono incensetur celebrans stans interim post eum, ac postmodū accipiēs sinistra thuribulum per manubrium, dextera eleuādo catenulā, aperit aliquantulum operculum, & reuerentia vti mos est adhibita,recedens accipit à credētia nauiculā,atq; Chorum per ostiolum à lateræ Epistolæ ingreditur.

8 Statim cantata Epistola, egreditur thuribulum prunis accensis,& nauiculam deferens,vt supra nu.2. atq; in supremo gradu Altaris genuflexus ministrat thuribulum', sicuti fecit in introitu supra num.6. imposito verò atq; benedicto incenso,ante infimum gradum recedit,vbi cum Diacono,& alijs ministris facta genuflexione,procedit post Diaconum à dextris Acolythi, stans aliquātulum retro tenet,

ac ducit ſuauiter thuribulum: Diacono dicente *Sequentia, &c.* claudit thuribulum, & tenens manubrium dextera, vaſculum verò per catenulas ſiniſtra, firmat ſe à dextris Diaconi, eiq; thuribulum dat, vt librum incenſet, rurſumq; accepto, ſtans poſt eum agitabit aliquantulum thuribulum, catenulam operculi eleuans, ne extinguatur ignis; inclinat ſe, ac genuflectit cum opus eſt, facie conuerſa ad Altare. & cantato Euangelio, ſtatim thuribulum clauſum tradit Diacono ſine oſculis, dextera dum porrigit tenens manubrium, ſiniſtra vaſculum, contra verò cum recipit, quod ſemper ſeruare debet, interim verò dum incenſatur celebrans, ipſe ſtat in medio plani. Et inchoato *Credo*, vel ſi non ſit dicendum, dicto *Dominus vobiſcum*, reuerenter vt decet, accepta nauicula recedit per oſtiolum à latere Epiſtolæ.

9 Ad offertorium iterum egreditur cum thuribulo ab oſtiolo à latere Euangelij, & perueniens in medium, facta genuflexione, tradit nauiculam acolytho, deinde ſupremum gradum Altaris aſcendens, genuflexus ibi miniſtrabit, vt ſupra, interim dum incenſantur oblata, & Altare, ſtat in medio à dextris Acolythi, & redeunte celebrante ab incenſatione Altaris, cum eodem genuflectit, & accedit ad latus Epiſtolæ, vbi ſtat poſt Diaconum incenſantem celebrantem, poſtea cum eodem genuflectens, ingreditur ad incenſandũ chorum per oſtiolum à latere Epiſtolę, & facta in medium genuflexione, ſtat à ſiniſtris Diaconi incenſantis, cum eo genuflectens, & inclinans, cum res poſtulauerit.

10 Incenſato choro ijs quibus, opus eſt inflexionibus Diaconũ præcedens, egreditur oſtiolum à latere Euangelii, ibique facta prius ante Altare genuflexione ſtat à latere eius aliquantulum retro donec Subdiaconus thurificetur, tum accipiens ab eo thuribulum, qua decet reuerẽtia ſe inflectens ante, & poſtea eum thurificat, ſemel tantum ducens thuribulum, mox Acolythũ, ac tandẽ populum eodem modo, quo ad Veſperas, ac poſtremo reuerenter, vti mos eſt recedẽs, ingreditur oſtiolum à latere Epiſtolæ.

11 In *Præfatione*, dicto *Sanctus*, egreditur cum thuribulo præcedendo ceroferarios per oſtiolum à latere Euangelij, & genuflectens in medio, accedit ad infimum gradum Altaris verſus partem Epiſtolæ, ibiq; immiſſo incenſo in thuribulum, genuflexus, dum eleuatur hoſtia conſecrata, ter ducens thuribulum illam incenſat, ante, ac poſtea profundè ſe inclinans, quod pariter præſtat in eleuatione calicis; deinde, facta in medio genuflexione, recedit per oſtiolum lateris Epiſtolæ; & repoſito thuribulo ad Altare egrediẽs ſtat poſt miniſtros à dextris Acolythi, donec detur pax.

12 Cum danda eſt Pax, præcedendo Subdiaconum ingreditur chorũ ꝑ oſtiolum à latere Epiſtolæ, & reuerẽter ſe inclinans egrediens a latere Euangelii, in medio plani ante Altare ducens Subdiaconum, ab eodem, & ipſe accipit pacem, modo ſuo loco præſcripto, pariq; diſciplina, & ipſe dabit pacem Acolytho, qui à ſiniſtris eius ibidem aſſiſtit. Rit.Miſſ. 10.8.

13 Facta communione, dum celebrãs ſe purificat, extinguit intortitia, & dum dicuntur orationes, ſtat poſt Miniſtros à latere Epiſtolæ, quibus dictis, cum iiſdem in medium reuertitur. Ad benedictionem, poſt Diaconum in plano genuflectet, & dum

dicitur

dicitur Euangelium stabit ibidem, vbi quando genuflectendum est facie conuersa ad crucem genuflectet.

14 Completa Missa, præcedendo ceroferarios ordine quo venerant, ingreditur per ostiolum à latere Epistolæ, in medio Chori cum alijs genuflectit, atque in Sacristiam à celebrante benedictione accepta, cũ Acolytho procedit ad extinguenda luminaria Altaris; duas saltim candelas accẽsas ibi relinquens; reliqua omnia in Sacristia reponit, atq; cum acolytho paramenta omnia complicata benè disponit, & aptat.

De officio thuriferarij in Missis cantãtis, & exequijs defunctorum. Cap. XXIII.

Rit. Miss. 13. 1 IN Missis cãtatis defunctorum thuriferarius in principio non defert thuribulum, sed procedit à dextris Acolythi, in confessione verò genuflectit, ac pariter dũm dicuntur orationes: ad Euangelium quoque assistit loco solito; attamen sine thuribulo.

2 Post offertorium incensatis oblatis, & Altare; atq; etiam per Diaconum celebrante, accepto thuribulo, recedit.

3 In eleuatione thuribulum Subdiacono ministrat.

4 Nunquam manus, vel aliquid porrigendo osculatur.

5 Ad *Agnus Dei*, non percutit pectus; & in orationibus in fine genuflectit.

6 Post Missam si facienda sit absolutio ad tumulum, accepto thuribulo, prunis accensis referto, & nauicula, præcedendo Crucẽ à dextris Acolythi, procedit ad tumulũ, quo perueniens, ad pedes contra Altare, relicto ibi Subdiacono, & cruce, vna cum Acolytho, accedit retro post celebrantem.

7 Cum cantatur in responsorio ℣. *Requiem æternam*, accedens, & catenula eleuato, & detecto coram celebrante thuribulo tenens sinistra manubrium, dextera verò vasculum eleuatum, genuflectit ante eum, donec in illud immittat, ac benedicat incensum: & asperso tumulo, cum celebrans complet circulum, accedens in medium; thuribulum Diacono tradit; atq; post thurificationẽ pariter accipit, accedens, & recedens semper in medium genuflectens, deinde stans retro post celebrantem, cõtinuè leuiter thuribulum mouet; ne ignis extinguatur.

8 Dicto à cãtoribus, *Requiescant in pace*, præcedendo Crucem, ordine quo venerat reuertitur, ac tãdem reposito thuribulo in Sacristia, vna cum Acolytho extinguit cereos in Altari, atq; omnia suis locis benè disposita reponit.

9 In exequijs eodem modo procedit, & dum in Responsorijs dicitur ℣. *Requiem æternam*, &c. genuflexus ante celebrantem, vt supra tenet thuribulum donec ille imponat, ac benedicat incensum; deinde posteaquam defunctus fuerit aspersus, accedens in medium porrigit thuribulum celebrãti sine osculis; & eleuans à dextris vtraque manu anteriorem partem fimbrię pluuialis, facta prius cum illo ante Altare genuflexione, circuit lectum: cum celebrans transiens ante crucem se inclinat, ipse genuflectit, & completo circulo accipit thuribulum, factaque ante Altare genuflexione, reuertitur ad locum suũ: idem in singulis responsorijs præstabit.

10 Post vltimam orationem, cum dicitur, *In paradisum, &c.* vna cum Acolytho accedēs ante crucem procedit ad cæmeterium; ad quod cum peruenerit, imagini se inclinans, accedit ad locum sepulturæ; ibiq; expectat celebrantem, ac post eum assistet; cum ille dicit *Pater noster*, ministrat more solito thuribulum, & statim asperso corpore, ac tumulo, porrigit ei thuribulum, eleuans, dum incensat, fimbriam pluuialis.

11 Rediens, procedit ordine quo venerat, ante crucem; & perueniens ad Ecclesiam ante cancellos Altaris maioris, ibi stat post deferētē crucē; donec à cantoribus dicatur, *Requiescat in pace*; & tunc ante alios pariter incedendo, procedit in Sacristiā.

De officio thuriferarij ad vesperas. Cap. XXIV.

1 THuriferari⁹ ministraturus ad vesperas, dato primo signo, accedit ad Sacristiam, ibiq; lotis, ac tersis manibus, superpelliceo indutus, si Altare, sit tegumēto opertum detegit illud, ac plicat, antequam autem vltimum pulsetur signum, ad Altare, debitis factis reuerentijs, accedens, cereos accendit, stans in medio supra gradus, primo quidem à latere Epistolæ; faciens initium ab ijs, quæ sunt propè crucem, mox eodem ordine à latere Euangelij.

2 Celebrantem in choro procedētem, vna cū Acolytho præcedit; ante ostium genuflexus aspergitur, & in medio chori, facta genuflexione, ante Altare, & astantibus se inclinans, in locum sui ordinis recedit.

3 Dum cantatur quintus psalmus, quas decet reuerentias peragendo, accedens ad Altare accendit cereos cādelula, quæ est in bacillo; primum eum, qui est à latere Epistolæ, postmodum eum, qui est à latere Euangelij; terga vertens populo non Altari. Accedens deinde in Sacristiam, accipit thuribulum cum prunis accēsis; modo quo dictum est supra, & ad finem hymni procedens ad medium chori, quibus necesse est adhibitis reuerentijs, dat nauiculā acolytho, & stans in eius dextera, faciebus vnius ad alterum conuersis, ibidem expectat, donec celebrans descendat; & tunc cum acolytho, capite illum reuerenter salutando ad Altare se conuertunt, cantoribus intonantibus, *Magnificat*, omnes simul in medio chori Altari genuflectentes ad incensandum Altare procedunt per ostiolum lateris Euangelij, ipse quidem à dextris Acolythi, omnes alios præcedit. Sup.cap. 22.nu.2.

4 Ante Altare cum aliis genuflectit; deinde cū celebrās Altare ascendit; ipse prout in Missa, supra gradus genuflectens thuribulum ante eum apertum tenet; & dum ille in illud immittit incensum, dicit. *Benedicite Pater Reuerende*, & benedicto incēso, thuribulum clausum tradit celebranti, tenens manubrium dextera; quo prius osculato summitatem catenularum ponit in sinistra celebrantis; thuribulum verò sinistra tenens, dexteræ celebrantis ipsum osculando porrigit, ita tamen, vt ipsius sinistrā, qua thuribulum porrigit, celebrantis illud accipientis dexteræ inferiorem partem, & locum obtineat.

5 Dum incensatur Altare stans à dextris celebrantis post primum gradum, eleuat dextera anteriorem partem pluuialis, sinistra verò posteriorem, & cum celebrans transiens in medium genuflectet, simul quoque

ipse genuflectet: Altarique thurificato, à latere Epistolæ in secũdo gradu supponendo dexteram dexteræ celebrantis, ipsamque osculando, accipit thuribulum, & sinistra manubrium; ipsum pariter osculando, quã disciplinam semper teneat, cũ à manu celebrantis thuribulum accipit.

6 Altare incensato, cum celebrante, & alijs ministris in medio plani genuflectit, procedensque in chorum ordine quo venerat ingreditur primus omnium ostiolum à latere Epistolæ, atque in medio chori, cum aliis genuflectit ante Altare, deinde vt decet se inclinans, primo celebrantem, postmodum ex ordine in choro commorantes incensat, iuxta formam præscriptam infra l. 2. c. 13. nu. 21.

7 Thurificatis omnibus in choro, egrediens ostiolum à latere Euangelii, cõsuetis adhibitis reuerentiis, populũ, ter ducẽs thuribulũ incẽsat; ac postea ingrediens ostiolũ, quod est à latere Epistolæ, transiens per chorũ; accipit nauiculam, quam vna cum thuribulo, proiectis ex eo antea prunis, suo loco in Sacristia reponit.

8 Dicto *Benedicamus Domino*, egrediens ante Altare reuerenter se inclinans accipiens bacillos cũ operculis, extinguit vtrumq; cereum, bacillos postea suis locis reponens, ipse verò consuetis peractis reuerentijs chorum ingreditur, ac in loco sui ordinis stabit.

9 Ante vel post thuris ministeriũ, summissa voce id omne recitat quod in choro fuerit cantatum, quandiu *Magnificat* concinebatur ministrauit.

10 Cõpleto tandem officio, ac dato signo à superiore cum Acolytho, ambo hinc inde extinguunt cereos in Altari ardentes.

De ceroferarijs. Cap. XXV.

1 Acolythi duo ceroferarij statura quoad fieri potest æquali eligi debent, qui lumina æqualiter teneant, ac deferant; cumque capturi sunt candelabra, ita accipiant, vt qui à parte dextera incedit, ponat quidem dexteram in medio candelabri globo, sinistram verò in pede, & qui ad sinistrã incedit è contra collocet sinistram in globo, dexteram verò in pede: eodem modo deferentes intortitia accẽsa, is qui est à dextris, illud dextera, sinistrã sub pectore tenebit, è contra qui à sinistris sinistra, dexteram sub pectore statuit. Cærem. epis. l. 1. c. 11.

2 Genuflexiones, & inclinationes æqualiter, & eodem tẽpore alter alterum mutuo obseruans semper faciant: similiter stando, eundo, ac redeundo, & omnino in omnibus actibus se cõforment: corpore dum stant sint firmi, oculis terram intueantur, ac si duo marmorea simulacra essẽt, ac propterea, nec genuflectere debẽt in principio Hymni Spiritussancti, dum dicitur ℣. *Veni Creator spiritus, &c.* nec B. Virginis, dum dicitur *Aue maris stella, &c.* nec ad ℣. *Veni sancte spiritus*, nec ad verba Euãgelii, in quibus alii genuflectũt, sed aliis genuflectẽtibus ipsi immobiles stabunt, euntes verò, & redeuntes procedunt pari passu, incessu graui, ac modesto. Cærem. epis. vbi sup. Cærem. Bon. l. 1. c. 14.

3 Ad Matutinũ diebus sollemnioribus, quando celebrans pluuiali indutus procedit cum candelabris accensis, procedunt post Acolythos, & ante Altare genuflectendo accedunt ad celebrãtem faciebus ad inuicem conuersis, & dicto *Alleluia*, vel *Laus tibi Domine*, inclinando se celebranti, recedunt. Ad vltimam

lectionem rursus accedunt, ipsique celebranti, dum illam cantat hinc inde assistunt, qua finita, & inchoato Hymno *Te Deum laudamus*, inclinãtes se vt moris est, proficiscuntur; si verò celebrans non in suo loco, sed ante Altare lectionem cantauerit, nõ prius recedũt, quam ipsum in locum suum duxerint. Ad laudes assistunt sicut & ad Vesperas. Si verò Matutinum non sit ex sollemnioribus primi ordinis, sed secundi, assistunt ad nonam lectionem, & ad laudes.

4 Ad Missam sollemnem post Tertiam Acolythas, ante Subdiaconum procedunt, & peruenientes ante gradus Altaris, genuflexione facta cum alijs, candelabra supra credentiam reponunt.

Rit. Miss. VI. 5. 5 Cantata Epistola, egredientes candelabra à credentia accipiunt, & in medium accedentes peractis consuetis reuerentijs, æqualiter inter se distantes, expectãt donec procedendum sit ad cantandum Euangelium, nam tunc cum Diacono, & alijs ministris simul genuflectentes accedũt ad latus Euangelij, ibique in medio tenentes Subdiaconum assistunt vsque ad finem Euangelij, quo cantato redeunt in medium, nec recedunt, donec à celebrante intonetur. *Credo*, vel dicatur, *Dominus vobiscũ*, & tunc, peractis reuerentijs, recedentes, reponunt candelabra supra credentiam.

Rub. par. Miss. 6 In Missis defunctorum, & Sabbatho sancto ad Euãgeliũ, nec nõ ad illã partem Passionis, quæ dicitur in tono Euangelij assistunt sine candelabris, iunctas tenentes manus intus manicas superpellicei.

Rit. Miss. VIII. 8. Cærem. epis. l. 2. c. 8. 7 Ad eleuationem sanctissimi Sacramẽti egrediuntur præcedente thuriferario per ostiolum chori à latere Euangelij cum intorticijs accensis, ac necessarijs adhibitis reuerentijs, in plano ante gradus Altaris æqualiter inter se distantes genuflectunt, vsque ad eleuationem sanguinis, præcipuis autem festiuitatibus, maximè in Ecclesijs maioribus, quatuor Acolythi intortitia accensa deferunt, egredientes hinc inde, duo videlicet à latere Euangelij præcedente thuriferario, & alij duo à latere Epistolæ, prius iuniores, qui genuflectent hinc inde à lateribus, postea seniores, qui in medio genuflectent; ibique assistant donec omnes sanctissimum sumãt Eucharistiæ Sacramentum.

8 In fine Missæ, dum dicitur Euangelium sancti Ioannis, recipientes cãdelabra à credentia accedunt in medium, opportunis peractis reuerentijs, & recedentes genuflectunt, & procedendo post Acolythos ordine, quo venerãt ingrediuntur chorum, vbi cum alijs in medio genuflectũt, atq; ingredientes inde in Sacristiam, genuflexi benedicuntur, ac tandem adiuuant ministros, dum deponunt Sacra vestimenta.

9 Ad Vesperas antequam vltimum signum detur, superpelliceis induti accendunt cereos in duobus candelabris, & ante ostium Sacristiæ expectant celebrantem, quo cum ille peruenerit, caput inclinant, mox genuflexi cum alijs asperguntur: procedentes verò post Acolythos ad medium chori hinc inde genuflectunt, celebrantiq; assistunt donec inchoet Antiphonam, qua intonata, inclinando se, candelabra supra credentiam, vel Altare reponunt, ipsi verò in loco sui ordinis recedunt. Cærem. epis. l. 2. c. 3.

10 Circa finem vltimi Psalmi accipiunt candelabra solitis actis reuerentijs, accedentesque ad celebrantem, caput illum salutando

inclinant, atque faciebus ad inuicem conuersis hinc inde assistunt, donec dicatur Capitulum,ac principiũ hymni;quo inchoato,vel si Hymnus sit de Spiritu sancto, seu de Beata Virgine,post quatuor primos versus, cum omnes surgunt, & nõ prius, caput celebranti inclinant,ac recedẽtes candelabra suo in loco reponunt, stantq́ue donec perficiatur Hymnus hinc inde in vltimis sedibus chori inferioris.

11 Finito hymno,rursum candelabra accipiunt, & accedentes in medium expectant,faciebus ad inuicem conuersis,donec celebrans descẽdat, & tunc ei prius inclinantes, mox ad Altare conuersi, cum inchoatur canticum *Magnificat*, cum alijs genuflectunt, & post Acolythos ad Altare procedunt,quo cum debitis reuerentijs peruenientes assistunt hinc inde, æqualiter distantes,donec incensetur Altare, quo peracto, cum alijs pariter genuflectentes, ordine quo venerant,redeunt in chorum, vbi facta Altari in medio genuflexione, accedunt ante celebrantem, eiq́; assistunt hinc inde faciebus ad inuicem conuersis, donec dicatur oratio, vel orationes si plures sint dicẽdæ, deinde dicto ℣. *Fidelium animæ,&c.* caput versus celebrantem inclinant,atque eum præcedendo in Sacristiam recedunt.

12 Si officium ad vesperas terminetur,dicta añа B. Virginis in fine cũ sua oratione,celebrantem recedentẽ, cum cãdelabris accensis ordine quo venerant præcedunt;ipsumq; dum vestes sacras deponit adiuuãt,ac deniq́; benedictione ab eo accepta recedũt.

13 In officio defunctorũ, quod sollemniter celebratur, dum dicitur oratio tam ad Vesperas, quam ad Laudes cum candelabris accensis, stantes,assistere debent.

14 In processionibus omnibus,siue sollemnibus,siue ferialibus, nec non etiam in exequijs defunctorum, semper medium habentes Subdiaconum paratũ in sollemnioribus, in reliquis verò superpelliceo indutũ, siue Subdiaconum, siue Acolythum cum candelabris accẽsis hinc inde procedũt; quod si locus per quem transeundũ est sit angustior, ceroferarij semper crucem deferentem præcedãt,& si alteri tantum aditus pateat, iunior regulariter præcedat subsequatur senior.



De officio Subdiaconi.

Cap. XXXVI.

1 SVbdiaconi, qui & ὑποδιάκονοι olim dicebantur ex antiquissima Ecclesiæ traditione alijs ecclesiasticis gradibus annectuntur, quibus oblationes à populis in templis suscipere, & leuitarum officijs obediendo vasa corporis, & sanguinis Christi Diaconibus ad Altaria offerre propria institutione incumbit.

Concil. Aqsgran. 1. can. 6 Isid. l. 7. de off. eccles. c. 10.

2 Ministraturus igitur in ordine Subdiaconatus dato primo signo, sollemnis Missæ, primus omnium lotis, ac bene tersis manibus ad Sacristiam accedens, calicem adaptabit, purificatorium, & hostiam pro Missa celebranda in eo ac reliqua necessaria apponet.

3 Paramenta, amictum videlicet, albam,

albam, & cingulum à sinistris celebrantis accipiet, interim orationes (Cærem. episc.l.1. c.10.) in Missali assignatas secreto dicens, deinde celebrantem, dum sacris se induit vestibus vna cum Diacono adiuuabit; quo induto, accipit tandem manipulum, ac tunicellam.

(Rit.Miss. III.3.) 4 Ad Missam finita Tertia, post ceroferarios immediatè ante Diaconū procedit iunctis manibus ante pectus, ante Altare verò perueniens à sinistris celebrantis genuflectit, & si sit dies Dominicus modo infra l.2. cap. 12. præscripto ad aspersionem aquæ benedictæ ministrabit.

5 Dum ministrat, caueat ne aliud aduertat, nisi vt ministerium suum impleat: manus autem ita ante pectus teneat, ne cum ipsis, neque Altare, neq; tunicellam ipsam tangat.

6 Facta aspersione, antequam fiat confessio, vna cum celebrante, si in Altari sit sanctissimum Sacramentū; genuflectit à sinistris, & vna cum Diacono, qui est à dextris summissa voce respondet celebrans, dum recitat Psalmum, & facit confessionem; cum dicit, *In nomine patris, &c.* & quoties se celebrās signabit, videlicet ad *Adiutorium nostrum.* & in principio Introitus, in fine Hymni, *Gloria in excelsis, &c* & symboli, atq; etiam in fine Præfationis, seipsum signabit ad ℣. *Gloria Patri*, & quoties celebrans se inclinat, & ipse inclinabitur.

(Cærem. episc.l.2. c.8.) 7 Ad confessionem dicens, *Tibi pater*, & *Te pater*, conuersus ad celebrantem se inclinat, dicens *mea culpa*, ter dextera percutit pectus, sinistram infra pectus tenendo. Dum dicitur *Misereatur*, & *Indulgentiam*, & *Versus* stat inclinatus versus Altare.

8 Dicto, *Oremus*, celebranti ascendenti ad Altare, ne implicetur, anteriores fimbrias vestium à sinistris eleuabit; & dum ministratur incensum, stat post Diaconum; cum verò Altare incensatur, à sinistris eleuat posteriorem partem planetæ, cum eo, dum per medium transeunt, genuflectit, ipsiusq; à sinistris brachia sustentat quoties in missa genuflectit, ac tandem cum per Diaconum celebrans thurificatur, stat post eum manibus iunctis. (Rit.Miss. IIII.7.)

9 Dum legitur Introitus, à dextris Diaconi iunctis manibus assistit, & ad *Kyrie eleison*, alternatim respondet, deinde recedit post Diaconū in cornu Epistolę, & cum celebrans accedit in medium, vt dicat *Gloria in excelsis*, & ipse ibidem pariter accedens, stat post Diaconum, & prænto nato hymno à celebrāte, statim ascēdit ad Altare, vbi facta genuflexione à sinistris celebrantis summissa voce vna cum eo, & Diacono, stans iunctis manibus recitat totū hymnum vsq; ad finem nō præueniendo, sed potius subsequendo vocem celebrantis, semper cum inclinandum est, cum alijs id prȩstās. In vltimis verbis se signat, & hymno dicto facta Altari genuflexione recedit post Diaconum, ibiq; stās iunctis manibus, inclinans, quando in choro cantantur verba ad quę inclinari sancitum est, & in fine se signat. (Rit.Miss. IIII.7.)

10 Dicto à celebrante *Dominus vobiscum*, accedens ad cornu Epistolæ, stat post Diaconum, ibique, quando dicitur, *Flectamus genua*, cum alijs statim genuflectens, & primus omnium surgens, eadem voce, eodemque tono subdit *Leuate*, & in fine orationis, seu orationum accipit ambabus manibus de manu Acolythi librum epistolarū, deferens illum vtraque manu supra pectus, & facta versus Altari genuflexione in (Rit.Miss. VI.5.)

 medio,

Rit.Miss. VI. 4.

medio, accedit ad partem Epistolæ contra Altare, vbi manibus tenēs si bi librum, incipit alta, ac sonora voce cantare Epistolam; quā finita facit rursum versus Altare genuflexionem in medio, & rediens ad celebrātem à latere Epistolæ supra gradus genuflexus inflectit superiorem partem libri versus celebrantem, eiusq; dexteram supra librum positam osculatur; deinde stans inclinato capite ab eo benedicitur; tradit deinde librum Diacono, vel si sit dicenda Sequentia, Acolytho, & recedēs in medium ante infimum gradum stat, donec sit procedendum ad cantandum Euangelium: quod si non sit delatus liber celebrantis, maximè si cantanda sit sequentia; nam tunc osculata manu celebrantis, libroq; epistolarū Acolytho traddito, ipse eum defert ad latus Euangelij, atq; celebranti, dum illud legit ministrat respondens ad singula, foliaq; si opus est vertēs in fine verò dicit, *Laus tibi Christe*, quando verò non dicitur Sequentia, ne inter Graduale, & Euangelium interponatur mora, liber, vt suo loco dictum est transfertur ab Acolytho, atque celebranti, dum illud legit, assistet Diaconus.

C N. Probata à Mag. Rom.

11 Ad Euangelium, facta cum Diacono genuflexione, à sinistris eius procedit manibus iunctis, & ad locum vbi cantari debet Euāgelium perueniens accipit librum à Diacono, eumq; ambabus manibus apertum tenet ante pectus, nec vnquam se inclinat, neq; mouet cum immobile legile repræsentet. Finito verò Euangelio tenens adhuc librū apertum, nulli se inclinando, celebranti osculandum in loco, vbi est principium Euangelij cātati, offert, & clauso libro tunc versus celebrantem reuerenter se inclinat, atq; in medium ante infimū gradum reuersus, facta ibi Altari genuflexione, reddit librū Acolytho.

Rit.Miss. VI. 5.

Cærem. Bon. l. 1. c. 6.

12 Intonato *Credo*, si dicendum sit, ascendit ad Altare à sinistris celebrantis, ibique facta genuflexione summissa voce prosequitur totum symbolū, inclinans, ac genuflectens, quando opus est simul cum celebrante, & in fine se signans genuflectit, ac post Diaconum retrocedit. Cum verò in choro cantatur. *Et incarnatus est, &c.* à sinistris celebrantis supra gradus Altaris genuflectēs eius planetæ fimbriam adaptat, dictoque. *Et homo factus est*, recedit in medio, ibiq; stat iunctis manibus.

C. N.

13 Cum celebrans conuertens se ad populum, dicit, *Dominus vobiscū* ante offertorium genuflectens, præcedente Acolytho, accedit ad credentiam, & ab Acolytho super eius humeros velo sericeo, seu auriphrygiato imposito, accipit dextera calicem cum suo velo, sinistra supra illum apposita; cautè aduertens ne aliquid fortè decidat, & accedēs ad cornu sinistrum Altaris, subsequente Acolytho deferente ampullas, & detecto calice à Diacono, acceptaque patena cum hostia, ipse purificatorio calicem abstergit, ampullamq; vini ab Acolytho sibi traditam Diacono porrigit, ipse verò dum Diaconus vinum infundit, ampullam aquæ, dextera aliquantulum eleuata, celebranti porrigit, atq; se inclinans summissa voce dicit, *Benedicite Pater Reuerende*, qua benedicta, ex ea infundit paucas guttas in calicem: Si verò non sit dicendum, *Credo*, dicto *Dominus vobiscum*, accipit calicem, ac bursam corporalium.

Rit.Miss. VII. 9.

C. N.

14 Tecto per Diaconū calice post oblationem, ipse stans in cornu epistolæ, dextera velo ab humeris pen-

dente

C.N. dente cooperta, accipit à Diacono patenam, quam ille, vt moris nostri est, velo calicis contegit, deinde post celebrantem stans in medio plani, ipsam eleuatam ob oculos habens, sinistram sub brachio dextro tenēs; & cum celebrans, dicit *Orate fratres, &c.* respondet. *Suscipiat, &c.* & cum à Diacono incensatur, conuersus ad illum caput inclinat.

Approb. à Mag. Rom.

15 Sub Præfationis finem ascendens ad Altare à sinistris celebrantis cum Diacono, dicit *Sanctus*, & quæ sequuntur; & statim recedit cum debitis reuerētijs in accessu, & recessu; cum verò eleuatur Sacramētum genuflectit supra gradus Altaris à sinistris celebrantis, & statim eleuato Sacramēto, stat in medio ante infimum gradum. Rit. VII. 11.

16 Quando in oratione Dominica celebrans dicit. *Et dimitte nobis debita nostra, &c.* accedit cum debitis reuerentijs ad Altare in cornu Epistolæ, patenam Diacono offert, quā ille prius detegens accipit, ipse verò, dimisso velo in manus Acolythi, cū reuerentijs ad locum suum in medium redit. Rit. X. 8.

17 Cum dicitur *Pax Domini*, à sinistris celebrantis accedens, & opportunis genuflexionibus factis, cū illo, & Diacono dicit ter sūmissa voce *Agnus Dei, &c.* & iterum, facta genuflexione, recedit post celebrātem, ibiq; deinde pacem à Diacono accipit, sinistris genis mutuo amplexu sibi inuicem appropinquantibus, eique dicēti. *Pax tecum*, respondet. *Et cum spiritu tuo*, & procedens in chorum, adhibitis consuetis reuerentijs, defert pacem ordine præscripto infra l.2.c.14.nu.1.& 2. Rit. X. 8.

18 Ad Altare rediens prius genuflectit in medio, Acolytho, qui eum deduxerat dat pacem: mox ad dexteram celebrantis ascendens, si opus sit, detegit calicem; deinde accepta ampulla ab Acolytho, vinum pro purificatione ministrat. Rit. X. 8.

19 Si facienda sit cōmunio, genuflectit in gradu medio, atq; à sinistris Diaconi ante omnes alios cōmunionem sumit, & purificatione accepta, assistit genuflexus à latere Epistolæ; donec perficiatur communio.

20 Post Purificationē, detergit calicē, omnibusq; suis ornamētis aptatum, facta prius supra Altare cruci inclinatione, deinde in plano genuflexione, præcedēte Acolytho ad credentiam reportat: postmodū rediēs, factisq; debitis reuerentijs, stat post Diaconum, dum dicuntur orationes in cornu Epistolæ, & in fine cum dicendum est; *Dominus vobiscum*, in mediū pariter cū Diacono accedit. Rit. XI. 3.

21 Si aliquod peculiare Euangeliū sit legēdū, dicto *Ita missa est*, vel *Benedicamus Domino*, ipse librum trāsfert, facitq; dum transit post Diaconum genuflexionē in medio Altaris. Rit. XII. 7

22 Ad benedictionē, à sinistris celebrantis supra gradus genuflectit, ibiq; stat donec legatur Euāgelium, quo lecto respōdet *Deo gratias*: statimq; cum celebrante ante infimum gradum descendens genuflectit, & dum redeunt procedit iunctis manibus ante pectus post ceroferarios, ordine quo venerat.

23 Transiens per chorum, cū alijs genuflectit in medio; ingressus Sacristiam, genuflexus à celebrante benedicitur; quem adiuuat, cum exuit paramenta: deinde sacris vestibus depositis, superpelliceo indutus, calicem ex credentia accipit, ac bene tersum suo loco in Sacristiam reponit; ac tādem breui facta oratione; lotisque manibus, recedit.

De officio Subdiaconi in Missis cantatis pro defunctis. Cap. XXVII.

Rit.Miss. XIII.2. 1 IN Missis defunctorum, cantata epistola, Subdiaconus manum celebrantis non osculatur, nec librũ Diacono tradit, sed Acolytho; ipse verò celebrantis librũ ad latus Euangelij refert, eique dum illud legit ministrat.

2 Post Euangelium, librum celebranti osculandum non præbet; sed statim clausum acolytho tradit.

3 Ad offertorium calicem, ac omnia illius ornamenta, ac bursam corporalium, ex credentia accipit; nec eius humeris velum imponitur.

4 Infundens aquam in calicem, nõ petit benedictionem.

5 Stat post celebrantẽ iunctis manibus sine velo, & sine patena, nec illo dicente, *Orate fratres*, ipse respondebit, *suscipiat*, sed Diaconus.

6 Ad eleuationem in cornu epistolæ genuflexus, debitis peractis inclinationibus, Sacramentum thurificat.

7 Ad *Agnus Dei*, nõn percutit pectus; sed facta genuflexione, Diacono assistente ad librũ, ipse stat à dextris celebrantis; & calicẽ, cum opus est detegit.

Rit.Miss. XIII.4. 8 Si facienda sit absolutio in fine Missæ, adiuuat celebrantem; dum exuit casulam, quam reponit cum manipulo supra Altare à latere Euangelij.

9 Ad tumulum deferens crucem, procedit post thuriferarium; medius inter ceroferarios, & perueniens ad pedes tumuli contra Altare, stat ibi semper immobilis, donec à cantoribus in fine dicatur ℣. *Requiescant in pace.* & tũc reuertitur ordine, quo venerat; transiens ante Altare genuflectit, ingressus chorũ deponit crucem, expectat celebrantem in medio chori, quo cum ille peruenerit, à sinistris eius vna cum alijs, facta genuflexione Altari, ordinate procedit in Sacristiam, vbi benedictione accepta, celebrantem dum paramenta deponit adiuuat, & reliqua, vt supra præstat.

10 Si faciendæ sint exequiæ eodẽ ordine procedit post thuriferarium, & sistit se ad pedes lecti; si defunctus sit Sacerdos, secus ad caput contra Altare, ibique immobilis perseuerat donec inchoetur. Aña. *in paradisum.* & tunc post thuriferarium procedit ad locum sepulturæ, vbi stabit ad caput loci, in quo defunctus deponi debet, donec à celebrante inchoetur. ℟. *Memento mei Deus*, nã tunc omnibus ad Ecclesiam redeuntibus, procedit ordine quo venerat; perueniens verò ante cancellos Altaris, sistit se à latere versus Altare; donec dicãtur versus cum oratione; qua finita, dictoque à cantoribus. ℣. *Requiescant in pace*, ingreditur chorum, vt supra. Rit.S.Seuer.

11 In Missis defunctorum, quæ dicuntur sine ministris, cantat epistolam superpelliceo indutus; & in fine non osculatur celebrantis manum.

De officio Subdiaconi in processionibus. Cap. XXVIII.

1 IN omnibus processionibus sollemnibus Subdiaconus deferẽs crucem procedit indutus paramentis sui ordinis coloris conuenientis eritq; alius ab eo, qui ad Altare ministrat: In processionibus autem sanctissimi Sacramenti, excepta feria sexta in parasceue, quando vtitur

planeta plicata nigra, semper deferentis crucem paramenta erunt alba, sicut & in translatione Reliquiarum sanctarum, atq; etiã in his quæ fiunt pro gratiarum actione.

2 Semper medius inter Acolythos candelabra accẽsa deferentes, in processionibus, cum defert crucem procedet, & quando ob loci angustiam simul non possunt incedere, præcedant oportet ceroferarij ambo pariter, vel singillatim; prius quidem iunior, mox senior, quos ipse sequatur.

3 In processionibus Litaniarũ maiorum, & Rogationum, & pro qualibet Ecclesiæ necessitate; Tunicella violacea vtitur; at in processionibus candelarum die Purificationis Palmarum, & Sabbathi sancti Planeta plicata violacea vtetur.

4 Ministrans in processionibus sanctissimi Sacramẽti dũ celebrãs immittitur incẽsũ in thuribulũ assistit stãs à sinistris; cum verò thurificat genuflexus fimbriam anteriorem pluuialis vtraque manu eleuat, cum eo, dũ opus est, inclinans; post thurificationem velum oblongum ab Acolytho accipiens, eius humeris imponit, ac firmat, ac illis: statim autem, ac ille recepit Sacramentum, surgens à sinistris eius anteriorem fimbriam pluuialis vtraque manu eleuat; vel altera manu celebrantis brachium, altera verò tabernaculi pedem sustinebit: procedentes alternatim cum celebrante Psalmos, & Hymnos summissa voce recitabit: Redeuntibus, statim ac ille Sacramẽtum in manus Diaconi tradiderit, velum recipiens Acolytho tradit; & dum iterum thurificatur Sacramentum, assistit vt supra: ad orationem verò, si dicenda sit, vna cum Diacono librum apertum tenet; & si danda sit benedictio cum Sacramento, genuflectit supra gradus Altaris.

De officio Diaconi. Cap. XXIX.

1 INter omnes, qui dum sollemniter celebratur Sacerdoti ministrant, dignior est Diaconus, in quo summopere desideratur, vt in sacris officijs, & ministerijs sit adeò institutus, vt Sacerdoti rem Diuinam sollemniter facienti ministrando, munus suum cõgruè impleat, διάκονος enim Græcè, Latinè minister dicitur; omnia igitur ministraturus præuideat, signacula in Missalibus locis congruis disponat, cæremonias omnes tempore prospiciat. Isid. de eccles. off. l. 2.

2 Dato primo signo campanæ pro Missa cantanda, accedat ad Sacristiam, & lotis, ac tersis manibus, primum accipit Missale: perquirit missam atque signacula disponit, deinde paramenta à dextris celebrantis accipiat, amictum videlicet albam, cingulum, ac stolam transuersalem coloris conuenientis, quam, deosculata prius cruce existente in medio, sibi imponit super humerũ sinistrũ, & sub brachio dextero ligare eã facit ab Acolytho: interim dicẽs orationes in Missali assignatas, & sic paratus adiuuat celebrantẽ, dum sacras vestes accipit. Durand. in rõnali Diu. off. l. 2. c. 9. Cærem. episc. l. 1. c. 9.

3 Circa finem tertiæ Dalmaticam induit, ac manipulum accipit, vel ẽt planetam plicatam, quando illa vti oportet, & post Subdiaconum immediatè ante celebrantem procedit ad Altare manibus iunctis ante pectus eodẽ modo quo supra de Subdiacono dictum est: quo cum peruenerit, ante infimũ gradum à dextris celebrantis eius biretum acceptum

illud

illud oſculando Acolytho tradit, atque cum alijs genufleɛtit; diebus Dominicis miniſtrat ad aſperſionem aquæ, modo infra præſcripto. lib.2. cap.12.

4 Ad confeſsionẽ ſtat iunɛtis manibus ante peɛtus; ita tñ, ne cũ ipſis Dalmaticã tangat, ſummiſſa voce reſpõdẽs, cũ dicitur ℣. *Gloria Patri*, caput inclinat, dicens *Tibi pater*, & *Te pater*, conuerſus ad celebrantem inclinat; dicens *mea culpa, &c.* ter peɛtus percutit, Ad *Indulgentiam*, & verſus ſequentes ſtat inclinatus verſus Altare; cum eodem quoque, cum opus eſt ſe ſignabit.

Cærem. epiſ.l.1.c.9.& l.2.c.8.

5 Celebrantem aſcendentẽ ad Altare, diɛto *Oremus*, aliquantulum eleuando partẽ anteriorem fimbriæ veſtimentorum adiuuat, & ſtans in ſecundo gradu à dextris eius nauiculã apertam ante ipſum tenens incẽſum ei miniſtrat cum oſculis cochlearis, & manus, dum verò ille incenſum ponit, aliquantulũ ad illũ inclinatus dicit, *Benedicite Pater Reuerende*, faɛtaq; benediɛtione eiuſq; manu, & cocleari rurſum oſculatis nauiculã clauſam Acolytho reddit, thuribulumque à thuriferario accipiens manu dextera per manubrium, quòd celebranti porrigit, ſummitatem catenularum in manu ſiniſtra ipſius ponens, thuribulum verò in dextera, & cum oſculis manubrij prius, deinde dexterę ipſius; interim verò dum Altare thurificatur à dextris celebrantis aliquantulum retro poſteriorem partem planetæ aliquãtulum eleuatam tenet, tranſienſque per medium vna cũ illo ante crucem genufleɛtit, adiuuatq; ſuſtinendo brachium eius dexterum, quod in omnibus genuflexionibus ſeruet.

Cærem. cl. S. P. l.1.c.1.

Rit.Miſſ. IIII.4.

Cærem. cl.S.P.l.1.c.1.

6 Finita thurificatione ſtans à latere Epiſtolæ, ſupponendo dexteram ſuam dexteræ celebrantis, ipſamque oſculando accipit thuribulum, & ſiniſtra manubrium pariter cum oſculis, paululumque retrocedens in plano ante infimum gradum, conſuetis inclinationibus antea, & poſtea, celebrantem thurificat triplici duɛtu; tãdemq; reddit thuribulum ipſi thuriferario.

7 Aſsiſtet deinde à dextris celebrantis à latere Epiſtolæ dum legit Introitum, ibidemque ſtans reſpondet alternatim ſubmiſſa voce ad *Kyrie eleiſon*: Cum verò celebrans in medium procedit, vt intonet Hymnũ *Gloria in excelſis Deo*, ſtat poſt tergum ipſius, mox eo intonato aſcendit ad Altare à dextris celebrantis, vbi faɛta prius genuflexione ſummiſſa voce hymnum cum eo proſequitur vſq; in finem, ſemper cum inclinandum eſt, cum eo id agẽs, & leɛto hymno, ſe ſignans genufleɛtit, ac recedit poſt tergum celebrantis, ibiq; ſtat vſq; in finem, inclinans cum in choro verba ad quæ inclinari oportet cantantur, atque etiam in fine ſe ſignat.

Rit.Miſſ. IIII.7.

Rit.Miſſ. IIII.7.

Cærem. cl.S.P.l. 1.c.1.

8 Diɛto ℣. *Dominus vobiſcum*, accedit ad cornu Epiſtolæ poſt tergum celebrantis, ibique ſtat donec dicatur Oratio, vel Orationes, ſi plures ſint dicendę, voluenſque cũ opus eſt ſignacula, ſeu paginas ſtatim retrocedit, vſque ad principium Epiſtolæ; quando verò dicendum eſt, *Fleɛtamus genua*, ſtans poſt celebrãtem in tono orationis, primus omniũ genufleɛtendo, illud intonat.

Rit.Miſſ. V.5.

9 Dum Subdiaconus cantat Epiſtolam, celebranti ſummiſſa voce illam legenti à dextris aſsiſtit, donec illam compleat cum Graduali, ſeu Traɛtu, vel Sequentia, deindẽ tranſiens ad latus Euangelij à ſiniſtris eius aſsiſtit, atque cum opus eſt reſpondet

Rit.Miſſ. VI.4.

ſpondet dum illud legit: deinde donec Subdiaconus compleat epiſtolam, poſt celebrantem ſtabit.

Rit.Miſſ. VI. 5. Cærem. epiſ.l.1. c.9.

10 Cantata epiſtola, dum in choro cantatur Graduale, vel Tractus, vel circa finem Sequẽtiæ, acceptũ à Subdiacono librum Euangeliorum clauſum ambabus manibus tenens ante pectus collocat in medio Altaris. deinde accipiens nauiculam ab Acolytho miniſtrat incenſum, vt ſupra, num. 5. Mox genuflectens ſupra gradum ſuperiorem Altaris dicit, *Munda cor meum*, tum ſurgens accipiensq; ambabus manibus librum ab Altari, petit benedictionem à celebrante, ſimiliter genuflectens in ſuperiori gradu, facie tamen ad celebrantem conuerſa, dicens. *Iube domne benedicere*, & benedictione accepta, eius dexteram oſculatur; portanſque vt ſupra ante pectus librum Euangeliorum clauſum, deſcendit ante gradus Altaris, & in plano cum alijs facta genuflexione, Subdiacono à ſiniſtris aſſiſtẽte, vltimus omnium procedit ad locum Euangelij, vbi in manibus Subdiaconi aperit librum, iunctiſque ante pectus manibus dicit cantando voce ſonora, *Dominus vobiſcum*, & cum dicit, *Initium*, vel *Sequentia ſancti Euangelij*, ſignat pollice dexteræ librum in principio Euangelij, ac ſeipſum in fronte, ore, & pectore: & dum reſpõdetur à choro, *Gloria tibi Domine*, accipit thuribulum à thuriferario, librumq; triplici ductu thurificat, primo in medio, tũ à parte dextera libri, & mox à ſiniſtra, redditoq; thuriferario thuribulo, iunctis manibus incipit, atq; proſequitur Euangelium, ad nomen Ieſus caput verſus librum inclinans.

11 Finito Euangelio, ſi fortè voluendum ſit folium, quia principium Euangelij, quod oſculari debet à celebrante in præcedenti folio eſt, ſtatim illud voluat, & ad Altare ante infimum gradum reuertens, neceſſarijs peractis inclinationibus, triplici ductu celebrantem thurificat, deinde reddito thuribulo thuriferario, poſt eum ſtabit donec intonet, ſi dicendum ſit, *Credo in vnum Deum*, & tunc aſcendens, ſtanſque à dextris celebrantis cum eodem, ac Subdiacono ſummiſſa voce pſequitur ſymbolum, cum eis inclinans, ac genuflectens. Rit.Miſſ. IIII. 7.

12 Cum à choro cantatum fuerit, ℣. *Et homo factus eſt*, accedẽs ad credentiam accipit burſam cum corporali quam ad oculos vſq; eleuatam ambabus manibus portat ad Altare, ita vt eius pars aperta ipſum reſpiciat, factaq; in plano genuflexione, aſcendens ad Altare caput reuerenter, primo quidem cruci, mox celebranti inclinat; extrahit deinde ex burſa corporale, quod explicat, & extendit in medio Altaris, collocans à parte Euangelij burſam; ita vt Altare non impediat, & redit ad locum ſuum poſt celebrantem. Rit.Miſſ. VI. 7.

13 Finito ſymbolo, vel ſi nõ ſit dicẽdum, dicto *Oremus* ante offertorium aſcendit ad Altare à ſiniſtris celebrãtis, eiq; dũ legit offertoriũ aſſiſtit, quo lecto trãſiẽs ad cornu Epiſtolæ accipit calicẽ à Subdiacono, ipſumq; detegit, pallaq; depoſita, patenam cum hoſtia dat celebrãti, oſculando eius manum; quod ſi aliæ hoſtiæ pro communione populi ſint cõſecrandæ, detegit atque aliquantulum eleuat pyxidẽ, & facta oblatione rurſum cooperit: deinde accepta ampulla vini à Subdiacono, infundit vinum in calicẽ, poſtea admixtas illi per Subdiaconum paucas aquæ, tunc per celebrantem benedictæ guttas, calicem, celebranti manus oſculando, porri- Rit.Miſſ. VII. 9.

git, tangensque dextera calicis pedem, sinistra verò brachium celebrãtis sustentans cum ipso dicit, *Offerimus tibi Domine*, *&c.* & posito per celebrantem calice super corporale ipse illum palla cooperit; Subdiacono deinde stanti In cornu Epistolæ patenam in dextera manu porrigit, & collocat, ac velo cooperit.

Rit. Miss. VII. 10. 14 Accedente deinde thuriferario ministrat nauiculam vt supra, thuribulumq; post impositum incensum, celebranti cum osculis tradit; dum verò incensantur oblata, stans à dextris celebrantis, sinistra eleuat fimbriam casulę, dextera verò pedem calicis tenet, & cum thurificanda erit Crux calicem è medio remouet à latere Altaris extra corporalia, rursũque thurificata cruce in mediũ corporalium reponit. Deinde thurificato Altari, celebrantem vt supra cum debitis reuerentijs ter ducens thuribulum thurificabit, & accedens ad chorum per ostiolum à latere Episto læ omnes ordine in proprio loco præscripto thurificabit, egrediens postmodum ostiolum à latere Euangelij factisq; opportunis reuerẽtijs thurificat Subdiaconum semel ducens thuribulũ, ac postremo reddito thuribulo thuriferario ab eo, & ipse semel thurificabitur, interim stat iunctis manibus ante pectus. (l. 2. c. 13. nu. 18.)

Rit. Miss. VII. 11. 15 Dum dicitur *Præfatio*, stat post celebrantem, & in fine accedens à dextris cum eo dicit *Sanctus*, &c. deinde accedens ad sinistram celebrantis assistit dum dicitur *Canon*. semper cum accedit, vel recedit genuflectens. Cum celebrans dicit, *Quam oblationem*, *&c.* ad eius dexteram in superiori gradu Altaris genuflectit, & cum Sacramentum eleuatur fimbriam planetæ eleuat, reposita que hostia supra corporale surgens calicem detegit, ac statim genu flectens iterum in eleuatione calicis partem posteriorem planetæ subleuat, statimque depositum calicem super Altare palla cooperit, factisque debitis genuflexionibus ad librum rediens assistit à sinistris celebrantis manibus iunctis, vsq; dum ille dicat. *Per quem hæc omnia*, *&c.* & tunc cũ genuflexionibus accedens ad dexteram, cum opus est calicem discooperit, & cum celebrante adorat: cum verò ille deponit hostiam super corporale, ipse calicẽ cooperit, cum eo pariter genuflectens.

16 Cum incipit *Pater noster*, *&c.* facta versus Sacramentum genuflexione recedit post celebrantem, ibique stat vsq; dum dicit, *Et dimitte nobis debita nostra*, *&c.* nã tunc ascẽdit ad cornu Epistolæ, & facta ibi genuflexione, repositoq; velo super Altare, patenam à Subdiacono accipit, ipsamq; purificatorio detergens dat celebranti illius manum osculando, & in fine summissa voce respondet. *Sed libera nos à malo*, *&c.* Imposita postmodum hostia super patenam, discooperit calicem, & cum celebrante adorat, eiq; dicenti. *Pax Domini*, *&c.* respondet, *Et cum spiritu tuo.* iterumque cooperiens calicem genuflectit, dicitque ter *Agnus Dei* percutiẽs interim ter pariter pectus. Rit. Miss. X. 8.

17 Dum celebrans dicit orationẽ. *Domine Iesu Christe qui dixisti*, *&c.* à dextris eius genuflexus expectat pacem, & cum ille Altare osculatur, ipse se erigens osculatur illud extra corporale, & à celebrante dicente, *Pax tecũ*, cõplexus accipit pacẽ, sinistris genis sibi inuicẽ appropinquantibus, & ei respondet. *Et cum spiritu tuo.* Tum iterum Sacramento adorato vertit se ad Subdiaconum, & similiter dat ei pacem. Rit. Miss. X. 8.

18 Post datam pacem Subdiacono, vadit ad librum, & cum celebrãs se communicat, ac dicit *Domine non sum dignus, &c.* genuflectit terq; pectus percutit, assumptaque hostia à celebrante, si Subdiaconus non adsit discooperit calicem cum debitis genuflexionibus.

Cærem. epis. l. 1. c. 9. 19 Si facienda sit communio, & hostiæ non sint super Altare, aperit ostiolum tabernaculi, genuflectit, & reuerenter acceptam pyxidem sanctissimi Sacramẽti reponit supra corporale, remotoque ab ea paruo conopeo, rursum genuflectit, & ad latus Epistolæ accedens profundè inclinatus dicit, *Confiteor, &c.* deinde dicto *Misereatur*, & *Indulgentiam &c.* à dextris Subdiaconi in mediũ genuflectẽs ante omnes communionem sumit; post acceptam verò purificationem assistit à latere Altaris, donec perficiatur communio, qua finita, accedens ad Altare cum genuflexionibus cooperit pyxidem, quã intra tabernaculum reponit, rursumque genuflectens claudit ostiolum.

Rit. Miss. XI. 3. 20 Post communionem refert velum calicis ad cornu Euangelij, indeque Missale cum puluino ad cornu Epistolæ, vbi celebranti dum legit versum assistit à dextris: cum verò dicit, *Dominus vobiscum*, stat post eũ, similiter cum dicit orationem, vel orationes, & quando opus est vertit folia libri: ferijs Quadragesimæ ante orationem ad populum, vertens se ad illum iunctis manibus dicit, *Humiliate capita vestra Deo*, quo dicto vertit se ad Altare à tergo celebrantis.

21 Dicto post vltimam orationem ℣. *Dominus vobiscum*, ipse conuertens se ad populum à sinistro latere ad dextrum, cantat in tono competenti, *Ite missa est*, vel *Benedicamus Domino*, quod quando dicitur, non vertit se ad populum.

22 Ad benedictionem genuflectit supra gradus Altaris à latere Epistolæ, & dum legitur Euangelium sancti Ioannis, stat in eodem gradu, & cum dicitur, *Et verbum caro factum est*, genuflectit ibidem conuersus ad crucem, & in fine respondet, *Deo gratias*.

23 Descendens tandem cum celebrante, & alijs ministris ante infimũ gradum Altaris genuflectit, biretum exosculans celebranti porrigit, procedensque post Subdiaconum ante celebrantem, recedit ordine quo venerat per chorum trãsiens in medio à dextris celebrantis genuflectit. Ingressus Sacristiam genuflexus benedictionem à celebrante accipit, ac demũ depositis paramentis, aliquantulum genuflexus orat, lotisque manibus recedit in pace.

De officio Diaconi in Missis sollemnibus pro defunctis. Cap. XXX.

1 Diaconus in Missis defunctorum ministrans, nunquam celebrantis manus, nec aliquid ei porrigens osculatur. Rit. Miss. XIII.

2 Initio Missæ non ministrat incensum.

3 Dum dicitur Sequentia, ad illa verba. *Qui Mariam absoluisti, &c.* accipiens missale, super Altare reponit, ac genuflectens supra gradus dicit, *Munda cor meum, &c.* non tamẽ petit benedictionẽ: in principio Euãgelij non librum, neque in fine celebrantem thurificat.

4 Dicto offertorio, cum Subdiaconus defert à latere Epistolę calicem, accipit bursam extrahensq; corpo-

ralia

ralia explicat, oblatã hoſtiã patenam ſuper Altare accom modat, miniſtrat vinum, & incenſum, & thurificato Altari, tantum celebrantem incenſat, & cum celebrans conuertens ſe dicit, *Orate fratres*, ipſe reſpondet, *Suſcipiat*, *&c.*

5 Ad *Agnus Dei*, non percutit pectus, non accipit pacem, & in fine dicens, *Requieſcant in pace*, nec ſe cõuertit ad populum.

6 Si facienda ſit abſolutio, adiuuat celebrantem dum exuit caſulam, & imponit illi pluuiale: ad tumulum à ſiniſtris eius paulo ante procedit, quo cum peruenerit aliquantulum retro à latere ſtat, dum dicitur Reſpõſorium; cantoribuſque dicentibus, ℣. *Requiem æternam, &c.* miniſtrat nauiculam ſine oſculis, ac petit benedictionem more ſolito.

7 Celebranti poſt reſponſorium, & *Kyrie eleiſon*, dicenti *Pater noſter*, porrigit aſperſorium, eleuanſq; fimbriam pluuialis procedit à dextris eius, primum ante ſanctiſsimum Sacramentum in medio genuflectens, & tranſiens ante crucem, cum celebrans ſe inclinat, ipſe genuflectit, completoque circulo, thuribulum à thuriferario acceptum ſine oſculis celebranti porrigit, eleuanſque fimbriam à dextris eius, circuit tumulũ cũ opportunis reuerẽtijs vtſupra, red ditoque thuriferario thuribulo, librũ accipit ab Acolytho, quẽ tenet apertum ante celebrantem, dum dicit verſus, & orationem, poſt cuius concluſionem librum clauſum Acolytho reddit.

8 Cum celebrans dicendo, ℣. *Requiem æternam, &c.* format ſignum crucis ſuper tumulum, ipſe à dextris eleuat fimbriam pluuialis, dictoque à cantoribus, ℣. *Requieſcant in pace*, dum omnes recedunt à ſiniſtris celebrantis ordine quo venerat procedit, & in Sacriſtiam perueniens, accepta benedictione, deponit paramẽta, ſi verò poſt Miſſam celebrandæ erunt exequiæ, eodem modo miniſtret.

De officio Diaconi in proceſſionibus ſanctiſsimi Sacramenti. Cap. XXXI.

1 QVando in feſto ſacratiſsimi corporis Chriſti, in celebratione quadraginta horarũ, & ſimilibus proceſsionibus à Diacono miniſtratur, ipſius partes erũt adiuuare celebrantem, cum Sacramentum intra tabernaculum portatile, vel intra calicem recondit. Cærem. epiſc. l. 2. c. 33.

2 Incenſum miniſtrat ſtans à dextris celebrantis ſine oſculis, neq; benedictionem petit, dum verò Sacramentum thurificatur, genuflexus à dextris celebrantis, pluuialis fimbriã vtraq; manu eleuat.

3 Porrecturus ſanctiſsimum Sacramentum celebranti, antequam ex Altari illud accipiat, genuflectit, & poſtquam celebranti tradiderit, genuflexus rurſus reuerenter illud adorat, & feria quinta, ac ſexta maioris hebdomadæ extremitatibus veli calicem cooperit.

4 Dum defertur Sacramentum, à dextris celebrantis vtraq; manu fimbriam pluuialis eleuans, vel altera eleuans fimbriam pluuialis, altera verò tenens pedem tabernaculi, vel in ſexta feria paraſceue, quando celebrans pluuiali non vtitur, altera manu celebrantis brachium, altera verò pedem calicis ſuſtentans, & ſic procedentes alternatim ſummiſſa voce recitabunt Pſalmos, & Hymnos.

5 Ad locum vbi reponendum eſt

Sacramentum perueniens tabernaculum à celebrante accipiens genuflectit, acceptoq; erigit se,& ita stat donec celebrans,& ipse adoret,mox super altare reponit, atq; iterum genuflectens recedit, ministratque incensum,& adiuuat celebrantem dum Sacramentum incensat vt supra.

6 Cum dicenda est oratio, à dextris celebrantis tenet librum apertum; quem clausum postmodum reddit Acolytho.

7 Si danda est benedictio,accepto Sacramẽto cum debitis reuerentijs, vt supra, ipsum porrigit celebranti, vt benedicat populo, & stans genuflexus supra gradus altaris cum alijs benedictionem accipit: deinde sacram hostiam intra tabernaculum consuetis adhibitis reuerentijs reponit, clauibusque obserans ostiolum, ante celebrantem ordinatè procedendo recedit.

De officio Cantorum. Cap. XXXIII.

Concil. Aqsgran. 1.c.137. 1 CAntores in Ecclesia iuxta sanctorum Patrũ decreta voce,& arte præclaros esse oportet,prouidẽdo quando temperatè, quandouè summisè Diuinum agitur officium, scilicet, vt secundum officij qualitatem cantum protendãt,& voces moderentur cæterorum, non enim cursim,& intemperatè,sed planè, ac dilucidè, quo recitantium mens sonoro cantu pascatur,& audientium aures deuoto tono demulceantur, cæterorum cantum dirigere debent.

C.N. 2 Cantores in choro per hebdomadas, quæ incipiunt à Sabbatho ad vesperas vicissim mutantur incipiendo à primo Diacono vsq; ad vltimum Clericũ professum inclusiuè: quilibet verò antequam suæ hebdomadæ munus incipiat,genuflexus in medio chori benedictionem à superiore petat: huic è regione in altero choro respondeat cum opus est succantor,qui in præcedenti hebdomada cantoris munere functus fuerit.

3 Postquam celebrans primã intonauit antiphonam intonabit Psalmum, & successiuè alios psalmos à parte sui chori, cum Versibus,Hymnis, & Canticis: In duplicibus verò Psalmi,Hymni,& Versus ad Matutinum, Vesperas, & Laudes à duobus in primis sedibus chori inferioris assistentibus,tota decãtata aña,in medium cum debitis reuerẽtijs,& inclinationibus cõueniẽtibus intonãtur, similiter diebus Dominicis atq; etiã Sabbato ad vesperas, quibus diebus dicunt etiam in fine, ℣.*Benedicamus Domino.* ad reliquas verò horas semper psalmi, & hymni ab vno tantum inchoantur, versus verò his diebus à duobus cãtãtur, & tunc proximior ipsi cãtori eum adiuuabit, ac pariter è regione proximior respondẽti cum ipso cantabit:eum verò intonant semper habeãt librũ apertũ ante oculos, maximè cum cantãt in medio chori. Direct. chor.Ro.

4 Ad Cõpletorium solus cantor in medio chori dicet in principio, versus celebrãtẽ inclinatus. *Iube domne benedicere*,& Capitulum,in cuius fine dum dicit,*Tu autem Domine,&c.* genuflectẽs recedit in suã sedẽ, ibiq; intonabit psalmos,& in fine versus in medio chori cantabit, vbi pariter inchoabit canticũ. *Nunc dimittis &c.* Cærem. episc.l.2. c.7.

5 Ad matutinũ officij Diuini,semper Inuitatorium in medio chori cantabit,ex libro super legile ante se posito,& intonabit ibidẽ hymnũ: psalmos verò,versus, & hymnũ, *Te Deũ laudamus*, post nonam lectionem, suo loco si solus, vel in loco medio Cærem. episc.l.2. c.6.

inter duas primas ſedes chori inferioris cum ſocium adiunctum habet diebus ferialibus,quando dicitur officium paruum Beatæ Mariæ Virginis,inuitatorium ſuo loco cantabit, ibiq; ſtans aperto capite pſalmos intonabit,ac lectiones cum ſuis verſibus leget.

5 Ad horas diurnas inchoabit Hymnos, Pſalmos, & dicet Verſus, tam in officio Diuino, quam in officio paruo B.M.Virginis.

6 Ad primam ſtans ſuo loco capite aperto legit Martyrologium, & in fine dicturus Capitulum, conuertens, & inclinans ſe Sacerdoti celebrãti,dicet,*iubedomne benedicere*;benedictioneq; accepta,legit ibidẽ ſtãs ſuo loco lectionẽ ad capitulum, &c.

7 Cantores Pſalmos,Hymnos, ac Verſus intonantes ſemper ſtant detecto capite,accedentes verò, & recedentes,ad intonãdum,factis prius altari, vel cruci reuerentijs,mutuis inclinationibus honore ſe præuenient.

8 In feſtis primæ,& ſecundę claſſis deſignentur à Magiſtro cæremoniarum duo cantores ex aptioribus, voceq; blãda qui in primis ſedibus chori inferioris collocati, accedentes ſimul in medium cum inclinationibus inchoant Pſalmos,& Verſus,ad Matutinũ,Laudes,ac Veſperas, nec non etiam verſus, qui dicuntur ad Reſpõſoria poſt Lectiones:Hymni his diebus ad Veſperas,Laudes & Nocturnum à celebrante inchoantur, qui etiam hymnũ, *Te Deum laudamus,* inchoare debet.

9 Ad tertiam quæ ante miſſam ſollemnem canitur, ſtantes in primis ſedibus chori inferioris, Hymnum, Pſalmos, ac Verſus, & in finem, ℣. *Benedicamus Domino*, dicturi in medium cum debitis reuerentijs,& inclinationibus accedunt.

10 Cum dicuntur pſalmi graduales, primus quidem à celebrante inchoatur, reliqui quatuor primi in quorum fine nõ dicitur,℣.*Gloria Patri*, non intonantur, ſed chorus eos proſequitur abſq; vlla diſtinctione, ac ſi eſſet vnus pſalmus,& in fine vltimi dicitur, ℣.*Requiem æternã*: alij decẽ ſequentes à cãtoribus in ea parte chori cui contingit intonantur.

11 Septem Pſalmi pœnitentiales quando dicuntur, poſteaquam hebdomadarius inchoauit Antiphonã, *Ne reminiſcaris*. cantor illius chori incipit Pſal.*Domine ne in furore,&c.* reliqui verò ex ordine à cantoribus pariter inchoantur: & ad litanias in fine hebdomadarius intonabit.

12 Litaniæ ſollemnes, cuiuſmodi ſunt,quæ dicuntur Sabbatho ſancto, & vigilia Pentecoſtes ad miſſam, in proceſſionibus die ſancti Marci, & diebus Rogationum,vel quando pro re graui, & publica Eccleſiæ cauſa ſunt dicendæ,in medio chori à duobus cantoribus dicuntur.

13 In omnibus proceſſionibus ſollemnibus duo cantores cantant Litanias, inchoant Hymnos,Pſalmos, Antiphonas, Reſponſoria,&c. iuxta formam traditam in proprio libro proceſſionum.

14 In miſſa cantata,dicto,cum dicendum eſt à celebrante, *Aſperges me.*cantores in medio chori proſequuntur *Domine hyſſopo, & mundabor,*chorus vero. *Lauabis me,&c.* Iidẽ inchoant.℣. *Miſerere mei Deus, &c.* quẽ chorus complet,& ipſi ſubdunt.℣.*Gloria Patri,&c.* deinde repetũt principium Añæ. *Aſperges me.* & chorus proſequitur. eodem modo intonat Introitum miſſæ.

15 Celebrante inchoante Hymnum,*Gloria in excelſis Deo.*ipſi eodẽ tono, ac voce ſonora ſubdunt; *Et in*

terra pax, chorus verò prosequitur, *Hominibus bonæ voluntatis.*

16 Cantata Epistola inchoāt Graduale, vel tēpore Paschali, *Alleluia,* versus verò sequentes cantantur ab alijs duobus cantoribus assignatis à Magistro cæremoniarum, vel à Superiore, quod si non fuerint designati ijdem cantores prosequantur illos.

17 Sequentia quando dicenda est, inchoatur quidem à cātoribus, eam prosequitur illa pars chori in qua fit hebdomada: Tractus verò cum dicitur, à toto choro post versus inchoatur incipiendo ab illa parte chori in qua fit hebdomada.

18 Post Euangelium cū celebrans inchoat symbolum, dicit. *Credo in vnum Deum.* cantores subdunt. *Patrem omnipotētem factorem cœli, & terræ,* & chorus prosequitur. *Visibilium omnium, &c.* Inchoabunt etiam cantores offertorium, & communionem, atq; etiam in Missis defunctorum dicent, versus ad offertorium, & communionem.

19 Ad officium mortuorum cantores quoq; psalmos, ac versus intonabunt: cum verò officium est nouē lectionū in primis sedibus chori inferioris intonant, Inuitatorium quidem in medio chori, psalmos verò, & versus, etiam eos qui ad responsoria post lectiones dicuntur, conueniendo in mediū inter ipsas duas primas sedes chori inferioris, & in fine Vesperarum, ac Laudum, dicunt, ℣. *Requiescant in pace.*

20 Etsi ad officium mortuorum omnes sedeant, cātores verò semper cum Psalmos, vel Versus intonant stant detecto capite.

21 In absolutione ad tumulum, quæ fit post Missam, cantores à parte celebrantis inchoant Responsorium, *Libera me Domine, &c.* qui verò sūt ex altera parte chori dicunt, ℣. *Tremens factus sum ego, &c.* primi verò cantores subdunt, ℣. *Dies illa, dies iræ, &c.* cantores verò è regione dicunt, ℣. *Requiem æternam, &c.* & in fine cantores ex parte celebrantis dicunt, ℣. *Requiescant in pace.*

22 In exequijs dicto à celebrante, *Non intres in &c.* cantores vtriusque chori alternatim intonant responsoria eodem modo quo supra, duo vel tria prout in libro exequiarum; quando verò procedendum est ad cæmeterium, quoties opus est in sepultura nostrorum, inchoant, ac repetunt. *In paradisum,* & *Chorus Angelorum.* Inchoant quoque cum opus est Psalmos, ac tandem cauticum. *Benedictus,* & cum in fine exequiarum celebrans dicit. *Anima eius, & anima omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei;* ipsi subdunt. *Requiescant in pace.* & ad Responsorium, *Memento mei Deus.* quod à celebrante inchoatur, dicunt versus, & in fine, *Requiescant in pace,* prout in libro exequiarum.

De officio Lectorum.

Cap. XXXIV.

1 POstquā cantores vtriusq; chori suū munus expleuerint, per duas sequentes hebdomadas lectiones in choro legent, is quidem diebus ferialibus, & cum officium est trium lectionum, qui ex ea parte chori est in qua fit officiū: in duplicibus verò, ac semiduplicibus quando officium erit nouem lectionum, iunior primi, senior secundi nocturni, & hebdomadarius tertij nocturni lectiones leget: in principio tamen

C.N. hebdomadæ antequam lectiones incipiant genuflexi benedictionem à superiore petant. Absente verò aliquo eorum suppleat is qui immediatè ante cãtores fuerit, vel si anterior non sit, qui sequuntur munus illius impleant.

2 Sẽper cum Lector, accedit ad legendum lectiones genuflectat ante legile in medio chori, & dicens, *Iube domne benedicere*, conuersus ad celebrantem inclinatus expectet donec ab illo respondeatur, deinde conuersus ad librum manus hinc inde supra illum, vel legile tenens, vel si opus sit candelulã dextera tenens, sinistra verò librum, lectiones clara, & intelligibile voce non cantando, sed semper eodem tono distinctè legat. Titulos earum modo in rubricis præscripto legat, eo modo quo sunt in Breuiario literis nigris notati, cũ verò nona lectio est alicuius sancti Simplicis sine titulo legitur, quod enim in Breuiario notatur literis rubris (pro S. N.) non est titulus, sed rubrica, in fine cuiusq; lectionis cum dicturus est, *Tu autem Domine, &c.* genuflectit versus Altare; tũ surgens legit ibidem versus, qui sunt post Responsoria. Cærem. epis.l.2. c.6.

3 In festis primæ, & secundæ classis in medio chori cantantur à designatis à Magistro cæremoniarũ, qui singuli singulas cantabunt, semper tamen vltima à celebrante cantabitur, cum verò in sollemnioribus ob populi commoditatem extra chorũ ante Altare Lectiones cãtantur, Clerici ex ordine pręcedendo ducũt Sacerdotes cantaturos; egredientes per ostiolum à latere Euãgelij in medio genuflectunt, & post eos stant donec cantetur Lectio, qua finita cum ijsdẽ genuflectentes redeunt per ostiolum à latere epistolæ.

4 Ad officium defunctorum cum tres tm̃ Lectiones dicuntur à lectoribus legi debent; cum verò officium est nouem lectionum, siue in cõmemoratione omnium defunctorum, siue pro defunctis fratribus nostris, lectiones cantantur à nouem designatis à Magistro cæremoniarum, quarum vltimam semper cantabit celebrans.

De officio Hebdomadarij. Cap. XXXV.

1 Sacerdotes omnes per vices, quilibet in sua hebdomada, quę incipit à die Sabbathi ad Vesperas, vsq; ad Nonam Sabbathi sequentis inclusiuè, officium Diuinum in choro superpelliceo semper induti, (excepto officio Nonæ cum seorsum ab alijs horis dicitur,) celebrabunt. C.N.

2 Hebdomadam igitur celebraturus superpelliceo indutus, Sabbatho ante vesperas, in primis dato signo à superiore, omnibusq; surgentibus, benedictionem ab eo accipiat, dictoq; secreto, *Pater noster*, & *Aue Maria*; tenẽs sinistram manum ante pectus, dextera aperta facit sibi signum crucis à fronte ad pectus, cantans intelligibili voce, *Deus in adiutorium meum intende*, & ad vnumquodque verbum tãgit manu, primò frontem, deinde pectus, mox humerum sinistrum, vltimò dextrum; quod semper in principio horarum obseruari debet. Cærem. epis.l.1. c.1.

3 Idem ad vesperas pariter inchoat primam Antiphonam, ante primum Psalmũ, dicit Capitulum, & inchoat antiphonam ante Canticũ, *Magnificat*, qua in fine repetita dicit, ℣. *Dominus vobiscum*, & orationem, vel orationes, post quas iterum dicit, ℣.

Dominus vobiscum, & nisi fuerit officium duplex, vel dies Dominicus, subdet etiam, ℣. *Benedicamus Domino*, & tandem humiliori voce. *Fidelium animæ, &c.*

4 Cum dicitur officium Paruum B. Virginis ad vesperas ipse inchoabit, ℣. *Deus in adiutorium meum intende*, & initia Antiphonarum ex parte sui chori videlicet, primã, tertiam, & quintam, dicet capitulũ, inchoabit Antiphonã ad *Magnificat*, qua repetita dicet ℣. *Dominus vobiscum*, & orationem, & in commemoratione sanctorum dicet versum, & in fine ℣. *Dominus vobiscum*, & *Benedicamus Domino*.

5 Ad Completorium dicto à cantore. *Iube domne benedicere*, eodem tono respondebit. *Noctem quietam, &c.* & finito Capitolo, subdet in eodem tono, *Adiutorium, &c.* signans, se interim signo crucis, deinde dicto secreto *Pater noster*, inclinatus voce humiliori dicit confessionem, dictoq; à choro *Misereatur, &c.* respondens *Amen*, eriget se, & facta à choro confessione, subdet. *Misereatur*, & *Indulgentiam, &c.* signans postmodum pollice dexteræ pectus, dicit. ℣. *Conuerte nos Deus, &c.* & subdens. *Deus in adiutoriũ, &c.* vt supra se signat, & dicto *Alleluia*, vel *Laus tibi Domine, &c.* inchoat Antiphonam; post Hymnum dicit Capitulum, inchoat añam ad Canticum *Nunc dimittis*, qua repetita si dicendæ sunt Preces feriales dicit versus modo præscripto, & in fine altiori voce, ℣. *Dominus vobiscum, &c.* & orationem, postquã repetito, ℣. *Dominus vobiscum*, dicit *Benedicamus Domino*, & si dicẽdum sit Officium paruum B. V. immediatè post subdit, ℣. *Conuerte, &c.* & Deus, vt sup. post Hym. dicit Cap. inchoat añam ad *Nunc dimittis* post eũ dicit ℣. *Dñs vobiscum*, & orationem, qua dicta iterum dicit, *Dominus vobiscum*, & *Benedicamus Domino*, subdit postea humiliori voce. *Benedicat, & custodiat nos omnipotens, & misericors Dominus.* cum dicit, *Pater, & Filius, & Spiritussanctus*, se signat. & eodem tono humiliori dicet in fine Añam B. M. Virginis cum suo versu, & oratione, ad quam semper surgit; post completorium verò asperget chorum modo infra præscripto. C.N. l.2.c.12. nu.6.

6 Ad Matutinum superpelliceo indutus, dicto secreto, *Pater noster, Aue Maria, & Credo*, dicit signans labia pollice dexteræ, *Domine labia mea aperies*, postmodum cum dicit. *Deus in adiutorium, &c.* signat se vt supra, & dicto Hym. inchoat primã Añam, dicit post ℣. *Pater noster.* & *ne nos inducas in tentationem, &c.* Absolutiones, & benedictiones modo suo loco præscripto infra. In offico paruo B. M. V. eodem modo procedit, dicit tamen initia primæ, & tertię Antiphonæ. Ad laudes procedit eodem modo quo ad vesperas. Direct. Chor. 10. l.2.c.18. nu.19.

7 Ad Primam, dicto *Pater noster. Aue Maria*, & *Credo*, secreto, dicit, *Deus in adiutoriũ, &c.* & dicto Hymno inchoat añam, qua post Psalmos repetita dicit Capitulũ, & in diebus ferialib⁹ dicit Preces modo infra prę scripto. post quas dicit, ℣. *Dñs vobiscum*, & orationem, qua finita repetit, ℣. *Dñs vobiscum*, subdit, *Benedicamus Domino.* & dicto per chorum. *Deo gratias.* si dicẽdum sit officium paruum B. V. dicit immediatè, *Deus in adiutorium, &c.* & post Hymnum initium añæ, qua post Psalmos repetita, dicit Capitulum, & post *Kyrie eleison.* ℣. *Dominus vobiscum*, & orationem, post quam repetit, ℣. *Dominus vobiscum*, & *Benedicamus Domino*. deinde dũ legitur Martyrologiũ l.2.c.18. nu.26.

cum alijs sedet, quo completo, dicit. *Pretiosa, &c. Sancta Maria, &c.* subdens ter *Deus in adiutorium, &c.* non tamen se signans, deinde post *Kyrie, &c. Pater noster. Et ne nos, &c. Respice in seruos tuos, &c.* ℣. *Gloria Patri, &c.* & orationem. *Dirigere, & sanctificare.* & cantore dicente, *Iube domne benedicere*, respondet. *Dies, & actus nostros, &c.* & post lectionem breuem dicit, *Adiutorium, &c. Benedicite, &c. Dominus nos benedicat*, subdens eodem tono. *& fidelium animæ, &c.*

8 Ad reliquas horas dicto secreto. *Pater noster, & Aue Maria*, dicit more solito. *Domine in adiutorium*, post Hymnum inchoat añam, qua repetita dicit Capitulum breue, & post versus. Preces quando sunt dicendæ, vel si non sunt dicendæ, ℣. *Dominus vobiscum*, & orationem postquam repetit, ℣. *Dominus vobiscum*, & *Benedicamus Domino*, ac tandem voce humiliori. *Fidelium animæ*, si verò dicendum sit officium paruum B.M. Virginis, dicitur eodem modo, quo dictum est ad Primam immediatè dicto *Benedicamus Domino.*


9 Ad officium defunctorum ad Vesperas intonabit primam Antiphonã *Placebo Domino*. & post Versum, ad Magnificat intonabit Añam, *Omne &c.* qua repetita genuflectens dicitur, *Pater noster, & ne nos inducas intentationem.* inchoat Psalmũ *Lauda, &c.* post quem dicit Versus, & orationem, vel orationes, postea dicit, *Requiem æternam dona eis Domine.* & si officium non sit duplex, ipse quoque subdet, ℣. *Requiescant in pace.* Ad matutinum inchoat primam Antiphonam, & si officium sit duplex, dicit nonam lectionem. Ad laudes verò procedit eodem, modo quo ad vesperas. In exequijs procedet modo in proprio loco præscripto, l.2.c.39.& 40.

10 Quando dicendi sunt Psalmi Graduales, ipse incipit Psalmos. *Ad Dominum cum tribularer.* in fine dicit *Pater noster. & ne nos inducas.* versus, & orationes.

11 Cum dicuntur Psalmi Pœnitẽtiales genuflexus, inchoat Antiphonam. *Ne reminiscaris*, & in fine dicit *Litanias*, post quas dicet *Pater noster. & ne nos, &c.* Initium Psalmi, Versus, & Ortiones, cum vltimo versu.

12 In Missis sollemnibus, & particularibus, ac sollemnioribus officijs quomodo celebrans procedere debeat, infra suo loco dicetur, lib. 2. Cap. XXI. de Vesp. diebus Festiuis. & Cap. XXII. de Matutinis sollemnibus, & Cap. XXVII. de Missa sollemni.

Finis primi Libri.



SACRARVM CAEREMONIARVM IVXTA ROMANOS RITVS, ET VSVM CLERICORVM REGVLARIVM.

Liber Secundus.

DE MODO EXERCENDI ECCLESIASTICA MINISTERIA, AC SINGVLAS FVNCTIONES.

Ecclesiæ ministros præcedenti libro singillatim, et accuratè pro nostrarum tenuitate virium, in ijs quæ ad eorum spectant munera imbuere, & instruere conati sumus. Nunc de diuinis in vniuersum Officijs, ac Missæ sacrificio, cæterisq; ecclesiasticis functionibus, iuxta Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ritus, & nostras probatas consuetudines normam tradere, non incongruo intendimus ordine; eorum nihil, quæ huic conducunt negotio missum faciendo.

De Altari, & eius ornatu. Cap. I.

Concil. Aqsgran. can. 21.



LTARIA erigere, atque decēter ornare, ad Diuinum cultum maximè ptinet; sunt enim corporis Christi receptacula, ac proptèrea eis debitū præstare honorem hortatur S. Chrysostomus: idcirco & veteres Christiani, vt ait Optatus Milleuitanus, Altaria osculari cōsueuerūt. Omnium, maximè altare maius, in quo sacrosanctum Christi corpus asseruare consueuimus, sumptuosius, ac splendidius exornandum est: eius structura sit supra gradus, altitudo ad quatuor palmos, latitudo ad tres cum

Chrysost. hom. 20. ep. 2. ad Corint. Milleuit. l. 6.

Cærem. epis. l. 1. c. 12.

dimidio,

Act.eccl. Med.par. 2. in decre. visit. Apo. 167 l.1.c.XV.

dimidio, longitudo verò ad decem, vel etiam plura loci habita ratione se extendat: sit autem lapideum, vel saltim lateritium, totum ab Episcopo consecratum, nulla ex parte foramen, aut fenestella, ad aliquid asseruandum in eo relinquatur; neq; subtus aliquid ponatur; tantum sanctorum reliquiæ in eo conditæ sint.

Vbi sup. Bruchar. l.3.dec.c. 97.ex Cōcil.Remē si.c.5.

2 Si mensa non sit consecrata; ara lapidea, seu altare portatile, in ipsius mensæ medio apte inseratur; consecrata verò mensa tela cerata, totam ipsam mensam cōtegente operiatur.

3 Gradus tres adhibeantur, vnus scilicet, quem per se bradella facit; tùm alij duo ipsa bradella inferiores, qui duo è marmore, solidoue lapide sunt construendi, aut, si id fieri nequit, è lateritio opere, lateque pateant ad minimum palmum cùm dimidio: supremus verò gradus, qui ex ipsa bradella existit, è sectilibus tabulis construatur. Bradella autem à fronte Altaris quatuor palmos sit producta, singulorum verò graduum altitudo sit octo vnciarum; omnes autem Altaris gradus tapeto, vel aliquo panno viridi, vel etiā in Aduentu, & Quadragesima violaceo tegantur.

Paris.de Crass.l.1. c.21.

4 Ipsum autem Altare ornabitur pro temporum varietate pallijs sericeis, coloris tempori, & officio conuenientis: & diebus sollemnioribus etiam aureis, vel argenteis, aut ex auro intextis, qui omnes sint instrumento ligneo affixi, ac bene contracti atque extensi, ita vt nullam prorsus rugam contrahant.

Rub.gen. c.XX. 5.

5 Tres mappæ lineæ, eæquè mundæ supra Altare explicētur, quarum suprema mensam, & latera Altaris vndequaque contegens circumcirca habeat fascias serico elaboratas, ac variegatas, quibus ipsa Altaris facies, præcipuè in angulis commodè aptetur, & si videbitur, melius separatæ cōseruari potuerunt, & cū opus est aciculis aptentur; diebus verò sollemnioribus erunt ipse fasciæ auro contextæ, ac à lateribus vndequaq; auriphriggiatæ.

6 Supra Altare Tabernaculum sanctissimæ Eucharistiæ collocabitur, quod vel è laminis argenteis, aut æneis, ijsdemque inauratis, aut è marmore pretiosiori, politè tamen elaboratum, atque compactum fieri conuenit, pijs item mysteriorum passionis Christi Domini imaginibus exculptum, & inaurato artificio certis locis periti viri iudicio decoratum, Religiosi, ac venerandi ornatus formam exhibeat; intrinsecus autem tabulis populeis, vel similibus sit contextum, vt ab humiditate marmoris, vel metalli sanctissima Eucharistia defendatur; vndiq; tamen sericis velis subsutum, atque ornatum. Vbi autem tale tabernaculū haberi nequit, è tabulis populeis, vel similibus politè elaboratis, & religiosarum imaginum sculptura ornatis; ijsdemque auratis extruatur, amplum pro ratione Ecclesiæ in cuius Altari maiori collocandum est. Idem tabernaculū bene firmetur, vel in basi, eaque ornata, vel in gradibus benè confectis, vel Angelorum simulacris, alijsque suffulcimentis Religiosum ornatum præseferentibus. Vbi verò in Altari præ illius angustia collocari, suffulciriuè tabernaculum totum non potest, à tergo suppositis basibus, aut alijs suffulcimentis benè firmis, totum, vel illius pars nitatur.

Act.eccl. Med.p.2. l.1.c.XIII

7 A summo fronte Altaris distet non minus trium palmorum spatio, vt corporale latè expandi; & pyxis, aut tabernaculum gestatorium, quādo vsu venit, vna cum calice, & ho-

ſtia commodè ibi collocari poſſint; nec rurſus adeo diſtet, vt ad Sacram Euchariſtiam depromendam, gradu etiam ligneo opus ſit, niſi ſtructuræ ratio aliud neceſſario expoſtulet; & tunc, vbi commodè fieri poteſt, maximè diebus, quibus Euchariſtia populo miniſtratur, in loco propinquiori in Altaris plano ſubtus tabernaculum pyxis recludatur.

8 Oſtiolum habeat ab anteriori parte ita patens, vt pyxis, quæ intus includitur; facilè, commodeq́ue inducatur, & educatur; ac claui, eaq́; aurata obſeretur: Sacra Chriſti Domini vulneratum pectus exhibentis, vel alia pia imagine exornetur: vbi à parte poſteriori chori, quæ eſt à tergo Altaris cōmodè, & decenter Euchariſtia ſumi poteſt; alterum oſtiolum præſcripta forma extruatur.

9 In ſummitate tabernaculi adſit imago Chriſti reſurgentis: vel ſi in Altari congruus locus cruci, (quæ alias ſuper illud ſemper collocanda eſt) eſſe non poſſit, in tabernaculi ſummitate, affixa Chriſti Crucifixi ſacra effigies decorè conſtruatur; quę ſi præ tabernaculi altitudine celebrātis oculis non ſit præuia; ſupra ciborium, vel Chriſti reſurgentis imago, vel crux nuda collocetur, & alia loco congruo in conſpectu celebrantis cum Chriſti Crucifixi ſacra imagine diſponatur: Ipſum verò tabernaculum conopeo ſericeo coloris tempori conuenientis cooperiatur.

10 Hinc inde à lateribus tabernaculi ſint gradus, ſupra quos candelabra ſunt apponenda, quæ ſex tantū erūt, tria qualibet ex parte nō æqualia; ſed paulatim, quaſi per gradus ex vtroque Altaris latere ſurgentia, ita vt altiora ſint ciborio propinquiora, inter ſe æqualiter diſtantia, ac benè diſpoſita; quæ diebus ſollemnioribus erunt argētea, vel ex aurichalco inaurato; reliquis verò diebus, vel ex anrichalco, vel ex ligno, eoq́; inaurato.

11 In præcipuis ſollemnitatibus; vbi habentur ſanctorum reliquię; alternatim inter candelabra, ſi tamen Altaris diſpoſitio, & longitudo id patiatur, apponantur, ſin minus, vaſcula floribus, ac frondibus odoriferis inſerta, vel etiam ex ſerico, auroque contextis adhibeantur.

12 Supra ipſum Altare appendatur vmbraculum, quod baldachinū vocant, formæ quadratæ; cooperiens Altare, & ipſius Altaris ſcabellum, ſeu ſupremum gradum coloris tempori conuenientis; quo nō erit opus vbi adeſt ciboriū ex lapide, vel marmore confectum. Cær.ep. .1.c.12.

13 Ante infimum gradum Altaris in angulis hinc inde apponūtur duo, eaq́ue eminentia candelabra, altitudinis circiter octo palmorū; pulchrè elaborata ex ligno inaurato, vel ex aurichalcho, aut etiam vbi haberi poſſunt in præcipuis ſollemnitatibus argētea, in quibus intortitia pro eleuatione ſanctiſſimi Sacramenti affigantur; poterunt etiam pro locorum qualitate, præſertim in ſacellis aptari hinc inde duo inſtrumenta; quæ cō muniter cornucopia dicuntur, parietibus infixa. C.N.

14 Lampades quoque collucebūt ante ſanctiſſimum Sacramētum, tam ad cultum, quam ad ornatum, pro eccleſiarum ratione, ac dignitate ex argento, aut aurichalco, adiuncto intus vaſculo vitreo; quarum forma cum multiplex eſſe poſſit, prout temporū curſus tradit, nulla improbatur, modo cum eccleſiæ conſuetudine conueniat: omnes autem lampades penſiles à ſummo labro catenulis eiuſdē metalli appendantur: Inſtrumentum, Euſeb. Cæſar.l. 6. hiſt. eccl.c.6.

in quo sustinentur ad formam trianguli; à quo tres lampades ad minus pendeant, conficere consueuimus; quod etiam aliter periti viri iudicio, adhibito quoq; maiori numero lampadarum, construi poterit: omne autem lampadarium non à latere, sed è regione, conspectuuè altaris appensum recta in medium constituatur, à scabello altaris distans, ne Sacerdos, vel Ministri, dum in principio Missæ ibi stant; olei stilla inquinētur: Quod si pro locorum qualitate, aliquo etiā instrumento ad modum cornucopiæ eas accommodare placuerit, prout in pluribus basilicis passim adhiberi animaduertimus, non erit incōgruū: Hæ autem non ante sanctissimum Sacramentum tantum, verum etiam, ante sanctorum Reliquias, atq; imagines eodem ordine accendi poterunt.

15 Parietes altari adhærentes clericorum chorum ab Ecclesia distinguunt: hi aulæis coloris cæterorum paramentorum ornari poterunt, pro temporum, atque festorum qualitate: diebus verò sollemnioribus hinc inde quatuor, vel saltim tria candelabra cum cereis superponantur; in medio autem vascula cum flosculis, alternatim benè disposita adhibeantur.

16 Mensæ, quas credentias dicimus, à lateribus altaris hinc inde prope parietes, si congruū loci spatium id patiatur, sin minus iuxta cācellos accommodentur; earum mēsura pro loci qualitate erit maior, vel minor; omnino tamen mappa linea, eaque munda vndiq; contegantur: & si aulæis, vel sericis coloris paramētorum fuerint confectæ; semper tamen mappa linea superimponatur, in ea quæ est à parte epistolæ, omnia pro missarum celebratione necessaria, nulla tamen adhibita imagine collocabuntur: in altera verò à latere Euangelij, vascula, ac vela pro communicandis apponi poterunt.

Cærem. epis.l.1. c. 12.

17 Cæterum, quia ex antiqua Ecclesiæ consuetudine clerici à laicis per cancellos separantur; ideo ex lapide, vel ligno cōstruantur, ita vt inter ipsos, & altare tantum spatij relinquatur, quantū pro missarum sollemnium celebratione necessariò requiritur; vt scilicet Sacerdos cum ministris congruum spatij locum, pro cæremonijs obeundis habeant.

18 Chorus ad Diuina officia celebrāda, à tergo maioris altaris post parietes, subsellijs è nuce, vel alio ligno benè compacto, & elaborato ad standum, ac sedendum, cū opus fuerit, construatur; cum scabellis etiam ad procumbendū, simili materia, & arte cōstātibus, in quibus erunt capsulæ ductiles cū calce ad cōspuendū.

19 Reliqua altaria Ecclesiæ pariter erunt ab Episcopo; vt de altari maiori dictum est, ritè consecrata; quod si altare non fuerit consecratum, mensa ex tabulis sectilibus politè confecta, & ampla construatur, in cuius medio altare portatile aptè inseratur, ita vt ab ipsius fronte non longius distet sex vncijs; ita verò insertum sit; vt à mensæ superficie vix paululum emineat, quo Sacerdotis celebrantis tactu dignosci possit: huiusmodi autem lapis, præter capsæ dimensionem, cui inseptūs est, lōgè pateat ad minus palmum cum dimidio, latitudo verò sit vnius palmi.

20 Sint autem ipsa altaria altitudinis supra bradellam quatuor palmorum, longitudinis verò octo, vel nouem, pro locorum qualitate, latitudinis verò trium, habentia sub se scabellum, seu bradellam, eiusdē longitudinis; latitudinis verò quatuor

pal

palmorũ, cuius altitudo sit octo vnciarum; poterit etiam addi iuxta loci structuram,& alius gradus.

C.N.

21 Supra altare sit gradus bene ornatus, in quo collocentur quatuor candelabra ex aurichalco, vel ligno inaurato cum candelis,& in medio, præter sanctorũ Imagines, quæ iconæ, seu tabulæ pictæ parieti inhærebunt, sit crux cũ Imagine sanctissimi Crucifixi,diebus verò festis,ac præcipuè in sollemnioribus erunt & sex,& interponãtur inter cãdelabra vascula cũ floribus:duo quoq; alia cãdelabrã minora, in quibus pro celebratione missarum candelæ accendantur,sint supra mensam altaris: tabella secretorum aurata, ac bene disposita sit in medio ad pedem crucis. A latere epistolæ apponatur credentia, mappa munda cooperta: duo etiam candelabra maiora,vel instrumenta, quæ cornucopia dicuntur,parietibus affixa cum intortitijs pro eleuatione sanctissimi Sacramenti sint ante altare: scabellum,seu bradella tapeto, vel panno cooperiatur: circumcirca verò sint cancelli; quibus celebrans, ac ministri à laicis secernantur.

Act.eccl. Med.p.2. l.1.cap. XVII.

De disciplina in choro seruanda. Cap. II.

1 DAto signo cõueniendi ad diuina officia, seruato silentio, quacumque alia postposita occupatione, se in chorum quisq; conferat, superpelliceisque, quando illis vtendum est, prius in Sacristia se induat.

2 Chorum ingrediens aqua benedicta ante ostium se aspergit,& facta sanctissimo Sacramento genuflexione in medio, & astantibus hinc inde inclinatione; in locũ sui ordinis quilibet se recipiat; ibique genuflexus maneat, donec à superiore detur inchoandi signum;pariter omnes interim,dum in choro sunt,eandem formam,ac disciplinam obseruantes, vt cum ratio postulauerit,omnes simul vel stent,vel sedeant,surgant, vel genuflectant, ab omni omnino disparitate cauentes; nec cum alij detecto sunt capite, biretum quis teneat,vel è contra,quod si fortè contingat,qui propior est,eum modestè moneat.

3 Pia modestia tunc temporis interius,exteriusque, oculis ad terram demissis,vel clausis,seu ad librum intentis maximè commendatur,præcipuè Nouitijs,qui semper ex libro recitare debent, nullus tanquam ociosus oscitanter se habeat,multo magis cauendum ne quis dormitet, manus pariter bene compositas, complicatas videlicet,vel iunctas,cum librum non tenent; pedes non vnum super alium,nec tibias diuaricatas habere decet: subsellijs modestè innitantur; immoderati actus omnes studiosè vitentur, quilibet cæterorum recitationem sequatur,nec priuatas preces interim recitet,sed spiritu, & mente in conspectu Angelorum, ei psallentes, quẽ eorum multitudo psallentes in vnum piè veneratur, deuotèque colit.

Cærem. Bon.l.1. c.3.

4 A quolibet strepitus genere,præcipuè in demittẽdis sedilibus,quoad fieri potest, in choro caueatur, excreatus, & nasi purgatio necessaria, erit modestissima,minimèque quoad fieri potest obstrepat, in arculas ad conspuendum aptatas ita cõspuatur, ne subsellia,vel pauimẽtum vllo modo fœdetur, in illisque remittendis ne stridor fiat. Nemo loquatur nisi superior,vel cui ad sui officij exercitium spectabit, modestè tamen, ac placidè; ne alios perturbent, vel di-

ſtrahant à Diuina contemplatione, vel meditatione.

5 Quiſq; munus ſuum exequatur; attentè, ac diligenter obſeruans, ne in aliquo erret, ne cunctetur, neue præueniat tempus; nihil præterea ſibi ſumat, nihil alijs præſcribat, aliquo verò à quo ſuum exercere munus ordo poſtulat abſente, qui proximè ſequitur poſt illum, aut ſi infra nemo ſit, is qui ſupra pficiat, niſi fortè aliter ſuperiorum arbitrio prius ſit præſcriptum.

6 Si quis errauerit, à ſolo ſuperiore corrigatur, ipſe tamen abſque alia monitione, ſtatim manu Solum tangens illam oſculetur, vel ſi inclinari non poſſit, pectus percutiat, manumque oſculetur, in fine tamen officij, ſi culpa ſit grauior; in medio chori; ſin minus in loco ſuo genuflexus ſe accuſans; pœnitentiam à ſuperiore impoſitam exequatur.

C.N. 7 Pſallendo vniſona, ac ſonora voce, ſine vlla flexione, aut tonorum variatione deuotam tarditatẽ quilibet ſeruare ſtudeat, ipſaq; vox non erit inflata, ſed potius dulcis; quæque ad acutum magis tonum tollatur, quam deprimatur ad grauem, ſemper tamẽ in medio verſiculi debita adhibeatur pauſa, nemo verò, nec in medio, neque in fine verſus vocem producat.

1.Cor.14 8 Mens voci reſpõdeat, vt ait Apoſtolus, *Pſallam ſpiritu, pſallam, & mente*, vt ſimul verba piè, ac diſtinctè deprompta intelligantur; audienteſque ad pietatem, ac deuotionem excitentur; & omnino vt dicit S. Bernardus, *purè, ac ſtrenuè diuinis oportet intereſſe laudibus, ſtrenuè quidẽ, vt ſicut quidem reuerenter, ita alacriter Domino aſſiſtamus; non pigri, non ſomnolenti, non oſcitantes, non parcentes vocibus, non præcidentes verba dimidia, non integra tranſilientes, non fractis, & remiſſis vocibus muliebre quidem balba de nare ſonantes, ſed virili, vt dignum eſt, & ſonitu, & affectu voces ſãcti Spiritus exprimẽtes: purè verò, vt nihil aliud dum pſallimus cogitemus.*

D.Bern.

9 Diebus feſtis, ob eorum ſollemnitatem tardior ſit pronuntiatio, quã ferialibus: in recitatione etiam Canticorum *Magnificat*, *Benedictus*, *Nunc dimittis*, & *Te Deum laudamus*, maior tarditas requiritur quam in reliquo officio, ſimiliter tardius officium Diuinũ, quam paruum Beatæ Virginis, ac mortuorum dicitur.

10 Officium pro defunctis grauiori voce pronunciatur. Preces feriales diebus, quibus ieiunatur, item confeſſio, & abſolutio ſemper grauiori voce cõcinatur, ℣. *Fidelium animæ*, in fine officij, & antiphonæ B. Virginis eius cum verſus, in fine officij, pariter grauiori voce dicuntur, excepta antiphona *Regina cæli*, tempore paſchali, quæ alta voce canitur.

De tempore quo ſedendum eſt in choro. Cap. III.

1 SEdentes in choro ſint modeſtè compoſiti, non tibias diductas collocantes, non alteram ſuper alteram ponendo; non eleuatis pedibus; ſed religioſè, aptèq; compoſiti maneant omnes, prout pios, ac deuotos decet.

2 Sedemus autem in choro cum leguntur, vel cantantur Lectiones ad matutinum, cum legitur Martyrologium ad Primã, & cum cantatur epiſtola in miſſa, ordo autem ſedendi in miſſis cãtatis in rubrica miſſalis præſcriptus, eſt pro illis, qui ſedere ſolẽt, nos autem nunquam in miſſa canta- C.M.R.

ta sedemus tantum in choro dum dicitur epistola, & Sabbatho sancto, dum cantantur prophetiæ.

3 Cum psalmi cantantur, regulariter omnes stare oportet, quod si ob corporis imbecillitatem alicui sedere opus sit; arbitrio Superioris iusta ex causa concedendum relinquitur. Const.l. 1.c.1.

4 Vbi subsellia in choro non habētur, dum psallitur sedere conceditur, in fine tamen, cum dicitur ℣. *Gloria Patri, &c.* omnes surgentes, stant detecto, & inclinato capite; donec totum versum compleant, ad capitula pariter, versus, preces, & orationes omnes semper surgunt. C.N.

5 Ad officium defunctorum, dum psalmi recitantur; omnes sedent; dum tamen dicitur, *Pater noster* ante Lectiones, & cum dicuntur versus ad Vesperas, & Laudes ante Canticum; omnes surgunt; ad preces verò genuflectunt.

6 Psalmos Graduales sedentes recitamus; in fine tamen, cum dicitur ℣. *Gloria Patri, &c.* surgimus, & inclinamus: ad preces verò etiam genu flectimus.

De genuflexionibus.
Cap. IV.

1 GEnuflectendi, ac corporis inflectendi religiosum vsum vetustissimum, atque laudabilem; commendatum, sæpissimeq; exemplis firmatum legimus; cum passim genua Deo flectenda sacræ literæ doceant; sic Christum Dominum in terrã prostratum, Iacobumq; eius Apostolum cognomento iustum assiduè flexis in terram genibus Deum deprecari solitum legimus, vt in camelorum duritiē eius genua transisse D. Hieron. D.Hier.

testetur. sic humilitate, qua à flexibili genu Deus ipse agnoscitur, præ ceteris illata Deo mitigatur offensa, ita mulcetur Deus, & ꝑmeretur gratia; hoc patris summi erga filium dilectum præcipuum donum est, vt scilicet in nomine Iesu omne genuflectatur. Philip.3.

2 Primo venerabile altaris Sacramentum gennflexo vsq; ad terrã adoretur, & quoties ante altare, in quo illud asseruatur transire contigerit, toties genuflexo, ac capite inclinato, illud venerari oportet: cũ verò eleuatur, cum ostenditur, cum traditur, & cũ circumfertur, semper genuflectitur, cum defertur per chorum, omnes genuflectãt, nec surgant; donec trãsferatur extra; si verò ministretur in choro, omnes genuflectunt, nec surgant donec; reponatur.

3 In missis sollemnibus ferialibus, & defunctorum; dum dicũtur orationes in principio, & fine missæ, & cum eleuatur sanctissimum Sacramentũ vsq; ad *Per omnia sæcula*, *&c.* ante *Pax Domini*, *&c.* genuflectendum est. Rub.gen. Miss.XVII 5.

4 Celebrans cũ diebus Dominicis facit aspersionem, dicēs *Asperges me*; dum ter altare, ac seipsum aspergit, genuflexus stat, aspergens verò ministros surgit, illi verò postquã fuerint aspersi pariter surgent. Rub.Miss par.in fi.

5 Celebraturus in altari, vbi asseruatur sanctissimum Sacramētum; aut descendens ante infimum gradum, priusquam incipiat genuflectit; pariter die Dominico post aspersionem, antequam incipiat missam, genuflectit, & cum eo ministri. Rit.Miss. II. 2.

6 Cum sanctissimum Sacramētum est apertum super altare, conuertens se celebrans, vt dicat, *Dominus vobiscum*, vel *Orate fratres*, vel *Ite missa est*, seu *Benedicamus Domino*, prius genuflectit, & vertens se ad Rub.par. Miss.ter. 5.in cęn. Domini. Cæremo. epis.l.2. c.23.

populum, non in medio altaris, ne terga vertat Sacramento, sed à latere Euangelij se conuertit, ad librum verò reuertens, rursum in medium genuflectit, dicturus *Orate fratres*, non complet circulum, ne Sacramento terga vertat; sed eadem via reuertitur; quod etiam obseruet, cum daturus est benedictionem, dicturus Euangelium sancti Ioannis in fine missæ, si Sacramentum super altare sit expositum; cum dicit *Initium sancti Euangelij*, non signat altare; sed seipsum tantum, eadem respectiuè obseruet, quando super altare remanet Sacramentum in pyxide extra ciborium.

Rit.Miss. VI.3. 7 Celebrans, cum dicit verba symboli. *Et incarnatus est, &c.* manebit genuflexus; donec perficiat. *Et homo factus est*, cum verò in missa conuentuali eadem verba in choro cantantur, celebrans, ac ministri, omnesque circumstantes genuflectunt; donec perficiantur.

Rub.gener.Miss. XVII.3. Et in Rit. Miss.V.5. 8 Cum à Diacono in missis sollemnibus, dicitur, *Flectamus genua*, omnes, excepto celebrante, genuflectunt.

Rub.gener.Miss. XVII.1. 9 In introitu missæ feriæ quartæ maioris hebdomadę, dum dicitur. *In nomine Iesu omne genuflectatur*, & similiter, cum in epistola Dominicæ Palmarum, & Inuentionis, & Exaltationis sanctæ Crucis, omnes genuflectunt; donec dicatur, *Cælestium, terrestrium, & infernorum*.

Rub.gener.Miss. XVII.1. 10 In versu Tractus, qui dicitur in Quadragesima. *Adiuua nos Deus salutaris noster, &c.* & in missis de Spiritu sancto, in versu. *Veni sancte Spiritus*, genuflectitur.

Rub.gener.Miss. XVII.1. 11 Ad Euangeliũ genuflectitur, cũ dicitur. *Et verbum caro factum est*, die Epiphanię, cum dicitur. *Et procidentes adorauerunt eũ*, & feria quarta Dominicę quartę Quadragesimę, cum dicitur. *Et procidens adorauit eum*; genuflectitur autẽ, cum in proprio textu euangelij leguntur; non autem cum ad respõsoria, Versus, ac Lectiones repetuntur. In passione Domini, cum legitur in maiori hebdomada; cum Christi Domini expiratio cõmemoratur; ab omnibus genuflectitur, etiam à celebrante, qui breui interposita mora, manu librum percutiens, signum surgẽdi dare debet, cum verò per annum dicitur in missa de passione, non genuflectitur.

12 Ad benedictionem, quæ datur in fine missæ; omnes genuflectunt.

13 In officio genuflectitur antequam incipiat: donec superior in choro det signum, & completo officio, omnes genuflexi expectant, donec superior recedendi signum det.

14 Quoties post inceptum officium in chorum accedendum est, vel ab eo recedendum; omnes, genuflexo, benedictionem à superiore accipiant. Cõst.l.1. c.1.

15 Si quis sua culpa, inchoato iam officio, in chorum tarde accedat, videlicet ad Vesperas, dicto primo Psalmo; ad Matutinum verò, & reliquas horas post Hymnum genuflexus in medio chori expectet, donec à Superiore facto signo, liceat ei surgere, & tunc, accepta prius benedictione, in locum sui ordinis recedat, & in fine officij genuflexus se negligentiæ accusabit. Actor.l.10.c.7.

16 Inter psallendum verò, multoties genuflectere cõtingit, videlicet. Ad matutinum in Inuitatorio, dũ dicitur, *Venite adoremus, & procidamus* Cærem. episc.l.2. c.VI. & l.2. c.1.

ante

Cærem. Bonon.l. 1.c.22. *ante Deum*, in principio Hymnorum. *Veni creator spiritus, &c.* & *Aue maris stella, &c.* in quibus donec quatuor primi versus dicuntur genuflectendum est, in hymno crucis, & tempore passionis; cum dicitur. *O crux aue spes vnica.* ad quatuor versus genuflectitur.

Cærem. Bon.l.1. c.22. 18 In hymno, *Pange lingua*, cum dicitur. *Tantum ergo sacramentum*, si sanctissimum Sacramentum sit expositũ, ad quatuor versus sequẽtes genuflectitur, & in hymno. *Te Deum laudamus*; cum dicitur. *Te ergo quæsumus tuis famulis subueni, quos pretioso sanguine redemisti*.

Direct. cho.Ro. 19 Vigilia Natiuitatis Domini; cũ in martyrologio dicitur. *In Betlehem Iudæ nascitur*, vsq; dum perficiatur. *Natiuitas Domini Nostri Iesu Christi secundum carnem*.

Rub.gen. Breu. XXXIV. 4. 20 Vigilijs, & ferijs Aduentus, Quadragesimæ, & Quatuor temporum; cum officium fit de feria, ad Preces genuflectere oportet: Ad preces quoq;, quæ ad Vesperas, ac Laudes dicuntur in officio Defunctorum; & quæ post Psalmos graduales, ac tempore capituli, vel pro inuocatione gratiæ sancti Spiritus dicuntur; semper genuflectendum est. Psalmi Pœnitentiales, cum litanijs, & precibus semper flexis genibus dicuntur.

Rubr. gener.Breu. XXXV.3. Conc.Nice.c.20. Brochar. decl.2. c.88. 21 Antiphonæ B.M.V. per annum, exceptis diebus Dominicis, & tẽpore Paschali; flexis genibus dicuntur.

22 Tota die Parasceuæ, qui transeunt ante crucem, vel ad eam accedunt, receduntuè; non solum caput inclinent, sed etiam genuflectant.

C.M.R. Conf.N. 23 Sumpturi communionem, & Sacerdotes antequam ad celebrandum accedant; flexis genibus, benedictionem à superiore petant, caueãt autem Sacerdotes, ne vnquam sacris induti, dum ad celebrandum procedunt, benedictionem petãt; neue alicui genuflectant; imò nec caput detegant; sed modo in rubricis missalis præscripto procedant.

24 In omnibus denique genuflexionibus hoc maximè animaduertendum; vt simul cum conueniunt, omnes genuflectant, simul surgant; & si bini in processione procedunt, pari disciplina ambo simul genuflectant, ac surgant; placidè, ac sine strepitu, cum animi, ac corporis alacritate, & strenuitate; ad terram vsq; procumbentes; nihil omnino prætermittendo.

De inclinationibus.
Cap V.

1 PRoximum documentum est, vt sciamus quando, & quomodo inclinari oporteat, Christi Domini humilitatis memores; qui semetipsum exinaniuit, vnde teste Apostolo, & exaudiri meruit pro sua reuerentia; & nos cum oramus, multoties inclinari oportet. Philip.2. Heb.5.

2 Præcipuè *IESVS* nomini, non autem Christi tantum, detecto capite oẽs inclinent, pariter ad *MARIAE* nomen, similiter ad viuentis Pontificis nomen; & cum in principio martyrologij, de quo sollemniter festum celebrandum erit, pronuntiatur; omnes detecto, & inclinato capite eum venerentur.

3 Nomini sancti, de quo festum eo die celebratur, inclinari quidẽ oportet; non tamen caput detegitur.

4 Ad versum *Gloria Patri, &c.* & quoties sanctissimæ Trinitatis expresè fit mentio, tam in fine hymnorũ, quã orationũ, necnõ in Antiphonis, quæ in festo sanctissimæ Trinitatis dicũtur, detecto capite, inclinan- C.N.

dum est, interim per chorum transeuntes sistant, atq; versus altare se inflectant.

5 Ad ℣. *Sit nomen Domini benedictum;* omnes caput detegant, & inclinent. Ad versus autem, *Sanctum & terribile nomē eius*, & *Benedictus Dominus die quotidie*; & *Sit nomen eius benedictum in sæcula*; & *Benedictum nomen Maiestatis eius*; & in cantico cum dicitur. *Ego autē exultabo in Deo Iesu meo*. caput inclinatur; non tamen detegitur. Ad preces quoque completorijs quādo dicitur ℣. *Benedictus es Domine Deus patrū nostrorum*, & ℣. *Benedicamus Patrē, & Filium, &c.* & ℣. *Benedictus es Domine in firmamento cæli*, inclinatur caput. C.N.

6 Pro sacerdotibus verò, dum celebrant notandum est; nō semper eodem modo inclinari debere; aliquando enim tantum caput; nonnūquam verò etiam humeros, & interdum toto corpore inflexo inclinari oportet, vnde aduertant quādo in rubrica dicitur caput inclinent, de primo modo intelligi debet, quando verò absolutè dicit inclinandum esse, de secundo modo; quando verò addit, vt profundè inclinetur, de tertio modo est intelligenda; operepretium propterea erit, quo facilius percipiatur quo modo, ac quando sit inclinandū; singularum inclinationum seriem hic adnectere. Ex Rubr. Miss.

7 Caput tantum inclinant, cum dicitur. ℣. *Gloria Patri, &c.* in fine Psalmi, qui dicitur in confessione, & cum repetitur in Introitu, & quoties dicitur, *Oremus*, ante orationes. ad nomē *Iesu* semper caput versus crucem inclinat, excepto cum in Euangelio legitur, nā tunc versus librū inclinandū est, in Hymno *Gloria in excelsis*, cum dicit *Deo*, caput inclinat; pariter cum dicit, *Adoramus te. Gratias agimus tibi*, & *Iesu Christe*, & *Suscipe deprecationem nostram*, ac rursus dicens, *Iesu Christe*. Ad symbolum pariter caput inclinat, cum dicit in principio. *Deū*, & *Iesu Christe, simul adoratur. In Præfatione*, cum dicit, *Gratias agimus tibi*. caput inclinat: & in canone, cum consecraturus hostiam dicit, *Tibi gratias agens*, ac similiter consecraturus calicem, cum dicit. *Item tibi gratias agens*. caput pariter inclinat. dicēs ter *Agnus Dei*, stat capite inclinato; & in Quadragesima, cum dicitur oratio supra populū ad illa verba, *Humiliate capita vestra Deo*, caput inflectitur, & in fine Missæ, cum ante benedictionem dicitur. *Placeat tibi sancta Trinitas*, stare oportet capite inclinato.

Rit. Miss. III. 6. & IV. 2. Rit. Miss. V. 1. & 2. Rit. Miss. IV. 3. Rit. Miss. VI. 3. Rit. Miss. VII. 8. Rit. Miss. VIII. 4. Rit. Miss. X. 2. Rit. Miss. XI. 2. Rit. Miss. XII. 1.

8 Capitis, autem, ac humerorum inclinationes fiunt in principio Missæ, cum dicuntur versus. *Deus tu conuersus, &c.* vsq; dum dicatur oratio; *Aufer à nobis, &c.* Itē cum celebrans ad altare ascendens, dicit. *Oramus te Domine, &c.* Post offertorium, cum dicit. *In spiritu humilitatis, &c.* Post lotas manus, dicens. *Suscipe sancta Trinitas, &c.* Cum dicit. *Sanctus*, vsque ad *Benedictus qui venit, &c.* In canone post consecrationem, dicens. *Supplices te rogamus, &c.* vsque ad *ex hac altaris participatione, &c.* Ad orationes secretas ante communionem, dicens etiam ter, *Domine non sum dignus*, & cum communionem sumens, dicit. *Corpus Domini nostri Iesu Christi, &c.* semper stat celebrās capite, atq; humeris inflexis. Rit. Miss. III. 10. Rit. Miss. IV. 1. Rit. Miss. VII. 5. Rit. Miss. VII. 7. Rit. Miss. VII. 8. Rit. Miss. IX. 1. Rit. Miss. X. 4.

9 Profundè verò inclinatur, antequam vt incipiat missam in altari vbi non est Sacramētum descendit, cum dicit *Cōfiteor, &c.* stat inclinatus vsq; post dictū *Misereatur*, nam tunc respōdēs, *Amē*. se erigit: ante Euāgeliū, Rit. Miss. III. 1. Rit. Miss. III. 7.

dicens

Rit.Miss. VIII.1. dicens, *Munda cor meum*, & *Iube domne benedicere*, in canone dicens. *Te igitur*, vsq; ad *vt accepta habeas*.

Rit.Miss. II.1. 10 Profundè etiã inclinari oportet imagini principali, quæ est in sacristia cum Sacerdos egreditur ad celebrandum, & cum reueritur. Celebrans in altari, vbi non est Sacramẽtum ait rubrica, vt faciat cruci reuerentiam, intelligi debet de profunda hac inclinatione.

11 In omnibus postremo inclinationibus grauis, ac religiosa modestia sine affectatione obseruetur oportet, omni studio attendentes, vt exterior gestus, quæ ore pferũtur comitetur, vt decet, quo exteriori cultu interius pietas excitetur, & augeatur.

De modo, ac tempore formandi signum crucis. Cap. VI.

Rit.Miss. III.4. 1 QVoties seipsum aliquis crucis signo signabit, sinistram infra pectus teneat, dextera verò eius digitis iunctis, & extẽsis à frõte ad pectus, & ab humero sinistro ad dextrum signum crucis effinget.

Cærem. episc. l.2. c.3. 2 Signamus autem nos ipsos horarum initio cum dicitur, ℣. *Deus in adiutorium meum intende*. non autẽ

Rub.gen. Breu. XIII.1. cum ad preces, vel in psalmo idẽ versus reperitur, cũ dicitur versus, *Adiutorium nostrũ in nomine Domini*.

Rubr. gener.Breu. XV.2. ante confessionem, atq; etiam ad primam post capitulum: simili modo ad Primã cum dicitur, *Dominus nos benedicat*, *&c.* & in fine Completorij

C.N. cum dicitur *Benedicat, & custodiat, &c.* dicens *Pater, & Filius, & Spiritus sanctus*.

Rub.gen. Bre.XIII.1. 3 Matutini initio cũ dicitur, ℣. *Domine labia mea aperies*. pollice dexteræ signamus nos in ore. & principio completorij cum dicitur, *Cõuerte nos Deus salutaris noster*, pariter dextere pollice crucis signo nos in pectore munimus.

4 Quando initiatur missa dicendo. *In nomine Patris, &c.* cũ dicitur ℣. *Adiutorium nostrũ, &c.* In principio, *Introitus*, non autem cum repetitur. In fine hymni. *Gloria in excelsis Deo* cũ dicitur *In gloria Dei Patris. Amẽ.* In fine symboli cum dicitur. *Et vitã venturi sæculi. Amen*. In fine quoq; *Præfationis*, cum dicitur. *Benedictus qui venit in nomine Domini Osanna in excelsis*. semper à fronte ad pectus signo crucis nosmetipsos signamus. Rit.Miss. III.3. Rit.Miss. III.7. Rit.Miss. IV.2. Rit.Miss. IV.3. Rit.Miss. VI.3. Rit.Miss. VII.8.

5 Euangelij initio cũ dicitur. *Initium*, vel *Sequentia sancti Euangelij* signamus nos pollice dextræ manus, in frõte, ore, ac pectore, eodem quoque modo cum dicitur, *Pax Domini sit semper vobiscum*. Rit.Miss. VI.2.5.

6 Celebrans cũ procedit plouiali indutus ad incensandum altare. cum intonatur canticũ, *Magnificat*, à frõte ad pectus signo crucis se munit. Cærem. episc. l.2. c.1.

7 Benedicens alios, sinistra posita infra pectus omnibus dexterę digitis extensis signum crucis super benedicẽdos ita formabit, vt minoris digiti extremitate recta prius, mox altera in mediũ transuersa linea signetur. si verò aliquid super altare existens sit benedicendum, tunc sinistra in plano altaris, extra tñ corporalia deposita dexteræ digitis omnibus, vel si index cum pollice, vt moris est poteſt consecrationem, sit coniunctus tribus alijs extensis, supra id qđ benedicit signum crucis ritè formabit. Cærem. Pet.de Roys 5. V.29.

8 Dum signum crucis super oblata, vel rem benedicendam signat, caueat ne quasi quatuor puncta demõstrans crucem formet, nec manum, seu illius digitos inflectat, sed semper extensos digitos tenendo duas æquales lineas alteram quidẽ rectã, alterã Cærem. Pet.de Roys.

verum transuersam qua per medium rectam lineam prius signatam fecer, distinctè depinget, aduertens quoq; ne nimis celeriter manus deducat, sed regulari atque vniformi motu, quasi calamo lineas designans ipsas rectè ducat.

9 Quando in incensatione oblatarum cum thuribulo cruces formādæ sunt, duas æquales lineas, alterā rectam, alteram verò transuersam inter hostiam, & calicē ducendo ipsas formabit, studendo ne eo pacto, ac si quatuor puncta signare vellet, efformet.

10 Cum hostia formatur signum crucis, super calicem quidem à labio ad labium, extra verò inter calicem, ac pectus duæ rectæ lineæ eodē modo ducantur seipsas per diametrum secantes in medio: in communione quoq; sui ipsius signum crucis intra patenā, ita vt hostia eius limites non egrediatur, aliorū verò intra patenā, vel pyxidem cum hostia formabit.

Cærem. Pet. de Roys. 11 Cum à celebrante, vel Prælato populus benedicitur, omnes genuflexi caput celebrantem versus inclinent; nec seipsos signabunt.

De pectoris percussionibus. Cap. VII.

1 IN omni pectoris percussione semper sinistra infra pectus posita, dexteræ digitis simul iunctis, ac clausis pectus percutiatur; post consecrationem verò, quando pollex, & index coniuncti tenentur, tribus tantum reliquis digitis pectus quatiatur.

Rit. Miss. III. 7. 2 Percutitur autem pectus ter ad confessionem cum dicitur. *Mea culpa, mea culpa, & mea maxima culpa*, celebrans quidem cum ipse dicit, & ministri qn̄ ipsi dicunt, non è cōtra.

3 In eleuatione sanctissimi Sacramenti hostiæ videlicet, ac calicis circumstantes pectus percutiunt: In cōmunione quoq; cum celebrans communicaturus dicit, ter *Domine non sum dignus*, tam ipse quam astantes ter percutiunt pectus: cum verò alijs Sacramentum ministrans dicit *Domine non sum dignus, &c.* tunc non ipse, sed circumstantes tantum pectus percutiunt. Rit. Miss. X. 4.

4 Cum post eleuationem in canone dicitur à Sacerdote, *Nobis quoq; peccatoribus*, oēs pectus percutiunt, similiter cū dicitur, *Agnus Dei, &c.* tā (in missa nisi fuerit pro defunctis) quam in *Litanijs*, & omnes pectus percutiunt: celebrans verò in missa dicens, *Agnus Dei*, percutit pectus sinistrām tenens super altare, nec deinde iungit manus, donec tertio dicto *Agnus Dei*, ter quoq; pectus percusserit. Rit. Miss. IX. 3. Rit. Miss. X. 2.

5 Si quem in choro errare contigerit, statim dextera tacta terra, pectoreque percusso in signum pœnitentiæ eam osculetur. C. N.

De manuum, ac digitorum coniunctione, disiunctione, & extensione, nec non conuersione ad populum. Cap. VIII.

1 CIrca manuum coniunctionem studendum, vt ita ante pectus iunctæ teneantur, ne illis à celebrante casula, à ministris verò eorum sacræ vestes tangantur, digiti autem omnes sint pariter extensi, & coniuncti pollice dextero supra sinistrū ita aptato, vt crucem efforment, idq; semper cum manus simul iunctę collocandæ sunt, seruari opus est. Cærem. Bonon. l. 1. c. 5. Cærem. epis. l. 1. c. XIX. Rit. Miss. III. 1.

2 Cum rubrica præcipit, vt manus Rit. Miss. V. 1.

con-

coniunctæ ante pectus collocentur, attendendum, vt palma vnius manus alteram respiciat, & digiti omnes, ac pollex, ita sint inter se ordinati, vt nullum inter eos intercedat spatium, adeòque extensi, vt eorum extremitates recta linea sursum ferantur, ac ad tantam extendantur altitudinem, ac latitudinem, qua nec summitatē, nec humerorum latitudinem excedāt, quod semper in manuum disiunctione spectandum.

3 Celebrans pluuiali indutus dicens, *Oremus*, & orationes ad vesperas semper iunctis manibus stabit, & nūquam illas disiunget, quod etiam seruat cum dicit post aspersionē die Dominico ante missam, versus, & orationem, *Exaudi nos Domine, &c.* & in absolutione ad tumulum, nec non in benedictionibus candelarum, cinerum, ac Palmarum, & si quæ alia sunt, in quibus pluuiali vti opus sit.

Ex cær. episc. l. 2. c. 1.

4 Celebrans in Missa quoties dicit, ℣. *Dominus vobiscum*, extendit ac iungit manus eodemque modo dicens, *Oremus*, ante orationem, vel orationes. & hoc tantum in Missa nā in officio, in exequijs defunctorum, & in benedictionibus semper iunctas tenet manus.

5 Extensas manus tenet, cum in Missa dicit orationes, & alia prout in Missali, aduertens, vt ita ante pectus ipsas extēdat, vt digitis simul iunctis, & extensis palma vnius manus respiciat alteram, quarum summitas humerorum altitudinem, ac distantiam non excedat, & sic ipsas extensas teneat vsque ad conclusionē orationis, *Per Dominum nostrū, &c.* quod cum dicere incipit, illico manus iungit; si verò concludatur oratio dicendo, *Qui tecum, &c.* vel *Qui viuis, & regnas*, dicens, *In vnitate Spiritus sancti Deus, &c.*

Rit. Miss. V. 1.

manus statim vniat.

6 Disiungit celebrās manus, eleuat vsq; ad humeros, & iterum eas iungens caput cruci inclinat, cum dicit. *Gloria in excelsis Deo*, dicens enim, *Gloria* manus disiungit, subdens *in excelsis*, eleuat vsque ad humeros, concludens verò *Deo* iungit, ac caput cruci inclinat; eodem modo cum dicit, *Credo in vnum Deum*, dicens *Credo* manus disiungit, subdens *in vnum*, eleuat vsque ad humeros: cōcludens *Deum*, iungit & caput cruci inclinat; pari ratione iungit, eleuat, atq; iterum iungens caput inclinat, dicens, *Gratias agamus Domino Deo nostro.* & *Veni sanctificator omnipotens, &c.* & *Te igitur clementissimè Pater*, & cum benedicturus populo, dicit. *Benedicat vos omnipotēs Deus.*

Cærem. episc. l. 2. c. 8.

Rit. Miss. VII. 8. Rit. Miss. VII. 5. Rit. Miss. VIII. 1. Rit. Miss. XII. 1.

7 Pollices & indices manuum iunctos tenebit Sacerdos post consecrationem vsq; ad ablutionem digitorū post communionem, & semper cum tangit sanctissimum Sacramētum, siue vt illud ministret, siue vt purificet pyxides, vel illud accommodet, donec abluat digitos, atque purificatorio abstergat, nec disiungit, nisi quādo hostiam consecratam tangere, vel contrectare debet.

8 Si temporis medio, quo indicem, & pollicem iunctos tenet contrectare contingit calicem, patenam, pallam, pyxidem, vel clauem, vt tabernaculum aperiat, vel aliquid aliud, indice, ac medio digito omnia apprehendat, nunquam disiungendo pollicem ab indice; folia libri cum opus est medio digito euoluat: cruces verò quæ tunc fiunt tribus alijs digitis, quos iunctos, & extensos teneat, perficiet.

Act. eccl. Med.

9 Dum legit Epistolam, Graduale, seu Versus, vel Tractum, aut Sequentiam, manus super altare hinc-

Rit. Miss. VI. 1.

inde æquali distantia inter se apertas tenebit, vel si maluerit, illis librum tenebit hinc inde.

10 Ante consecrationem cum dicitur. *Tigi gratias agens*. dexteram super altare ponit.

11 Dicens celebrans post orationem Dominicam, *Libera nos*, *&c.* manu dextera tenens patenam, sinistram supra corporale ponit.

Act.eccl. Med. 12 In genuflexionibus, quæ inter celebrandum fiunt, vel cum osculatur altare, manus super illud hinc inde æquali distantia, quæ non sit maior trium palmorum, extra corporalia tamen, semper extensas tenebit, sufficit autem si earum medietas sit super altare.

Rit.Miss. V.1. 13 Quòties conuertere se debet ad populum celebrãs, Siue vt descendat ab altari, siue, vt salutet populum, vel ei eucharistiam ministret, vel aliquid aliud agat, semper vertit se reuoluitque per latus suum dexterum, nunquam enim perficit circulum, nisi cũ conuertit se, dicendo. *Orate fratres.* & in fine Missæ quando dat benedictionem; nam tunc ab epistolæ se vertendo latere, ad euangelij latus rursus se conuertendo, circulum describit.

Rit.Miss. 14 Cum osculatur altare, in medio illud osculetur manus hinc inde tenẽs, & hoc in Missa cum ascendit ad altare, dicẽs, *Oramus te Domine*, *&c.* dicturus. ℣. *Dominus vobiscum*, ante orationes, & ante offertorium. Item dicturus, *Orate fratres*, & in canone ante consecrationem, dicens, *Vti accepta habeas*. & post consecrationẽ, dicens, *Ex hac altaris participatione*, daturus pacem in missa sollemni, dicta prima oratione ante communionem, *Domine Iesu Christe*. Post cõmunionem antequam dicat, ℣. *Dominus vobiscum*, in principio, & in fine orationum. & tandem dicto *Placeat*, *&c.* siue sit benedicturus, siue non. osculatur quoq; altare quoties ascẽdit ad illud incẽsandum, siue ad vesperas ad *Magnificat*, siue ad Laudes ad *Benedictus*.

De vsu bireti, ac pileoli. *Cap. IX.*

1 VT plurimum bireto vtimur cum cãtantur Psalmi, ac Lectiones, semper tamen ad ℣. *Gloria Patri*, *&c.* caput detegitur, excipitur tamen Psalmus, *Venite exultemus*, *&c.* cum in principio Matutini cantatur, atque etiam in die Epiphaniæ cum dicitur in tertio nocturno: ad cantica quoque veteris testamenti stamus sicut ad psalmos capite cooperto, cum verò cantantur cantica noui testamenti, *Magnificat*, *Benedictus*, & *Nunc dimittis*, caput detegitur. C.N.

2 Symbolum quoque sancti Athanasij, quod dicitur diebus Dominicis ad Primam, detecto capite dici debet. Cõf.ecc. S.P.R.

3 Semper in principio officij donec primus Psalmus inchoetur detecto capite standum est, similiter ad Hymnos, Capitula, Versus, & Orationes, ad preces quoque, & suffragia, & reliqua quæ sequuntur vsque ad finem officij.

4 Cum legitur Euangelium ante homeliam, & lectiones in officio paruo B.M. Virginis tempore Aduẽtus, quæ sunt ex Euangelio detecto capite stare oportet. Ad Martyrologiũ quoque, quod in vigilia Natiuitatis Domini legitur capite detecto standum est.

5 Ad officium mortuorum vsque dum inchoetur primus Psalmus stã-

dum

dũ eſt capite detecto, deinde ad verſus ante lectiones dum dicitur *Pater noſter* ſecreto, caput detegitur; ad Veſperas, & Laudes repetita quinta antiphona, ad verſum caput detegitur vſq; ad finem.

6 Pſalmi graduales tecto capite recitantur, dum verò dicuntur Preces, & Orationes caput detegitur. Pſalmi verò Pœnitentiales, ac Litaniæ ſemper detecto capite, flexiſque genibus dicuntur.

C. A. mag. R. 7 Cum ſanctiſſimum Sacramentũ eſt ſuper altare expoſitum omnes caput detegunt, ſtant tamẽ, ſedent, genuflectuntuè prout res poſtulauerit. idem ſeruetur à ſtantibus in choro, cũ in altari eucharistia miniſtratur: ſi verò intra chorum miniſtretur etiam genuflectere oportet.

8 In miſſis ſollemnibus omnes adſtant in choro capite aperto, tantum dum cantatur epiſtola, ſedẽdum eſt caputq; tegendum.

9 In proceſſionibus fere ſemper detecto capite inceditur, præſertim ſi ſanctiſſimum Sacramentum ſollemniter deferatur, nam tunc nec pileolum quidem tenere decet.

10 In exequijs defunctorum, & in abſolutione ad tumulum tantum celebrans pluuiali indutus caput tegere debet, qui ante ſanctiſſimũ Sacramentum cum tranſit detecto capite genuflectat, & ad tumulum perueniens biretum miniſtro tradat, rediens verò, reaccepto bireto, capite eodem modo quo venit tecto progreditur. Ad exequias verò cum ad efferendum corpus defuncti proceditur, omnes ſilendo, & tecto capite ad locũ vbi iacet ordinatè accedunt, ibiq; dum dicuntur orationes ſupra defunctum ſtãt capite detecto, dum verò corpus deferunt, cantãtes pſalmos tecto capite incedũt, donec perueniant ad Eccleſiam, vbi caput detegant; cum verò ad ſepeliendũ defunctus extra eccleſiam defertur, omnes per viam caput tegunt, donec ad cæmeterium perueniant: pariter cum reuertuntur; donec eccleſiæ ianuam ingrediantur, in itinere caput tegant. Ad vnguendum infirmum tecto capite proceditur. eodem quoq; modo extra eccleſiam, cum ſanctiſſimum Sacramentum non defertur, tecto capite inceditur.

11 Illud autem, quo vniformitas ſeruetur, aduertendum, vt cũ res poſtulauerit omnes ſimul caput tegãt, ſimulque pariter detegant: in proceſſionibus verò quibus bireto vti licet; quilibet ſecum ferat, quando verò eo vti non licet, vt in proceſſionibus ſanctiſſimi Sacramenti, & in abſolutione ad tumulum, tunc illud vel in choro, vel in ſacriſtia reponant.

12 Quibus ob valetudinem opus fuerit pileolo dicturi Orationes, vel Lectiones in medio chori, atq; etiam cum in miſſa ſollemni, vel poſt Completorium aſpergunt chorum, vel aſperguntur, illum deponant, quod pariter ſeruent, cum incenſantur, vel pax eis defertur. Cum ſanctiſſimum Chriſti corpus eleuatur, cum miniſtratur, cũ defertur, omnes genuflectentes pileolum deponant. Cum celebrans benedicit populo, cum cantatur in choro. *Et incarnatus eſt, &c.* cum in euangelio dicitur. *Et verbum caro factum eſt, &c.* pariter deponitur. Vſus capellæ D. Papæ.

13 In miſſa neque celebrans, neq; miniſter vllo modo eo vtantur, niſi prius obtenta facultate ab eo, qui eã dare poteſt, quæ non niſi ex graui cauſa concedatur, & tunc illum teneat vſque ad manuum ablutionem, quas antequam lauet, illum miniſtro aſſeruandum tradat, & poſt purificationem

Nauar. conſ. 4.

Act. eccl. Med.

tionem ab eodem resumat, nunquam autem super altare reponat.

De vsu superpellicei.

Cap. X.

1 SEmper cum ad Diuina officia conuenimus, superpelliceo induti in chorum accedere debemus, vel saltim, vbi loci paupertas id non permittit, in sollemnitatibus primæ, & secundæ classis, tam ad matutinũ, quam ad reliquas horas, excepta nona cum seorsum ab alijs horis post prandium dicitur. Diebus verò Dominicis, & festis Duplicibus per annum, & diebus Indulgentiarum, quibus frequens populus ad nostras Ecclesias concurrit, & cum celebratur oratio quadraginta horarum, saltim ad horas diurnas superpelliceo in choro vti debemus.

2 In missis sollemnibus, & in omnibus processionibus, cũ defertur sanctissimum Sacramẽtum infirmis, atq; etiam cum extremæ vnctionis Sacramentum ijs ministratur, illo vti debemus.

3 Cum sollemniter officium pro defunctis celebratur, & in exequijs pariter defunctorum superpelliceo vtendum est.

4 Hebdomadarius, vel eius officij munus implens in omnibus horis diurnis pariter, ac nocturnis, excepta nona cum seorsum ab alijs horis dicitur; superpelliceo semper vtatur, etiam ad officium defunctorum, septem Psalmos Pœnitentiales, & Graduales.

5 Confessarij publicè in Ecclesia superpelliceo induti confessiones audiant, & etiam stola atque violacea vtantur. Act.eccl. Med. Rit.S.Seuer.

6 Cõcionatores superpelliceo semper induti suggestum ascendant.

7 Sacerdotes omnes accedentes ad ministrandum, vel suscipiendum sanctissimum Sacramẽtũ, & cum ante ipsum publicè orant, supra superpelliceum etiam stolam habeant, clerici verò ministrantes, vel Sacramentum sumentes, pariter sint superpelliceo induti. Concil. Brach. C.Ecclesiastica de cõsec. d. 23.

8 Clerici missis inseruientes superpelliceo induantur, nec illud deponant, antequam celebrans sacris se exuat vestibus. C.N.

9 Cum ad altare, vbi sanctissimum Sacramentum asseruatur, accedunt siue ad illud ornandum, siue vt in illo candelas accendãt, vel extinguãt, aut quidlibet aliud exequantur, prçcipuè cum necessaria pro missarum celebratione in eo præparant, & post nonam, quæ parauerant asportant; semper superpelliceo induti accedant: multo magis, cum ciborium erit cooperiendum, vel detegendum, aut ornandum.

10 Cum sanctissimum Sacramentum super altare erit expositum, nemo clericorum intra presbyterium, nisi superpelliceo indutus accedat.

11 Vbi cõmodè haberi potest, Sacerdos celebraturus supra vestes cõmunes, antequam sacris se induat superpelliceum habeat. Rit.Miss. I. 2. Cõs.ecc. S.P.R.

De vsu, & qualitate paramentorum. Cap. XI.

1 CElebrans in missa semper vtitur Planeta super albam, quæ semper erit coloris conuenientis missæ quam celebrabit, iuxta formam præscriptam in rubricis generalibus missalis de coloribus paramẽtorum. Rub.gen. Miss. VIII

2 Stola supra albam regulariter

vtitur

C ecclesiast.de consecr. dist.23. vtitur sacerdos cum celebrat, atque etiã ad Vesperas laudes sollemnes; ministraturus verò Sacramẽtum eucharistiæ stolam coloris tempori, & officio conuenientis supra superpelliceum habebit, quod etiam obseruet cum communionem sumit; cum ministrat Sacramentum, vel ante illud assistit, vel etiã si sermonem habeat, cum celebratur oratio quadraginta horarum stola alba vtatur.

Rit.S.Seuer. Act.eccl. Med. 3 Si Sacramentũ pœnitentiæ, atq; extremæ vnctionis cum ministrat stola violacea supra superpelliceũ vtatur, eodem modo imponens cineres feria quarta cinerum stolá violacea vti debet.

4 Stolam ita circa collum collocet, vt non vltra protrahatur, neq; rursus adeò supra collum extollatur, vt planetę summitatem excedens appareat, sed decenter aptetur.

Rit.Miss. I.3. 5 Stolam cum accipit semper illã in medio osculabitur, vbi est crux, quod semper seruabit, manipulum quoque & amictum accipiens crucem in medio osculabitur, reliqua verò paramenta sine osculo sumit.

Rit.Miss. I.2. 6 Paramenta accipiens celebraturus missam, recitabit orationes in missali assignatas; non autem cum ad vesperas, vel processiones, aut aliquod aliud celebrãdum officium illis induitur, orationes dicet.

7 Manipulum cum accipit ne vltra cubitum protrahat.

Rub.gener.Miss. XXIII.3. 8 Pluuiali vtitur in omnibus processionibus, & benedictionibus, quæ fiunt in altari, in aspersione aquæ benedictæ, quæ fit die Dominico in officio sollemni, Vesperarum, ac Laudum: cantaturus quoque martyrologium in vigilia Natalis Domini, stola transuersa super humerum sinistrum ad latus dextrum vtetur. Item Director. Cho.Ro. quando celebrãs post missam defunctorum facit absolutionem ad tumulum, & in omnibus exequijs defunctorum pluuiali supra stolam, vel saltim vbi pluuiale non habetur stola vtetur.

9 Cum celebrans vtitur pluuiali semper manipulum deponit, & vbi pluuiale haberi non potest, in benedictionibus ad altare stat sine planeta, alba indutus, & stola in processionibus verò, & exequijs, cum stola supra superpelliceum manebit. Rub. gener.Miss. XIX.4.

10 Diaconus, & Subdiaconus quãdo ministrant in missa sollemni, Processionibus, & Benedictionibus vtuntur Dalmatica, & Tunicella, quarum altera, videlicet tunicella habebit strictiores, longioresque aliquantulum manicas. Diebus verò Ieiuniorũ (exceptis vigilijs Sanctorum) & Dominicis, & ferijs Aduentus (excepta Dñica tertia etiam si eius missa infra hebdomadam repetatur) & Dominicis, ac ferijs Quadragesimę, (excepta Dominica quarta.) Item excipiutur Vigilia Natalis Domini. Sabbatho sancto in benedictione cerei, & quatuor tempora Pentecostes.) In benedictione verò, & processione candelarum, ac Palmarum, necnõ etiam benedictione cinerum planetis complicatis vtuntur. Rub.gener.Miss. XIX.5. Cærem. epis.l.1. c.10.

11 Huiusmodi autem planetæ eiusdem formæ, ac qualitatis pariterque benedictæ, ac celebrantis planeta; ita tamen ante pectus plicatæ erunt; vt commodè ministri ipsis vti possint.

12 Subdiaconus dicturus epistolam, dum dicitur vltima Oratio planetam deponet, atque alba indutus cum manipulo cantabit epistolam, postquam osculata manu celebrantis, libroque Diacono porrecto rursum illa induitur. Interim Acolythus illam supra credentiam à latere Euangelij reponet: curet propterea,

vt ibi ſit locus expeditus.

13 Poſt epiſtolam dũ dicitur, *Graduale*, vel *Tractus* Acolythus acceptam à credentia ſtolam latiorem ſupra ſtolam tranſuerſam adaptat humero Diaconi, planeta deinde, qua ante ipſum exuit, ſubdiaconũ induet, relicta altera ſupra credentiam: Diaconus verò ſtola latiori ſupra albam ita indutus miniſtrabit vſq; ad communionem incluſiuè, & facta communione Acolytho miniſtrante ſtolam latiorem deponit, atque reſumit planetam complicatam.

14 Quomodo autem feria ſexta in Paraſceue, Sabbatho ſancto, & vigilia Pẽtecoſtes miniſtri planetis plicatis vti debeãt, ſuo loco adnotabitur.

15 In omnibus benedictionibus, & proceſſionibus, excepta benedictione, & proceſſione candelarum die Purificationis, Benedictione cinerum, benedictione palmarum, cum proceſſione, benedictione noui ignis; cũ proceſſione Sabbatho sãcto, quibus diebus planetis plicatis vti debent; in reliquis ſemper Dalmatica, & Tunicella vtantur.

Rub. gen. Miſſ. XIX 7. 16 In eccleſijs minoribus, in quibus huiuſmodi planetæ haberi non poterunt, quãdo illis, vt præſcriptum eſt vti oportet, alba tantum amicti miniſtrent, Subdiaconus quidem cũ manipulo: Diaconus verò etiam cum ſtola ab humero ſiniſtro pẽdente ſub brachio dextro.

De aſperſione aquæ benedictæ, quæ fieri debet diebus Dominicis ante miſſam, & quotidie poſt Completorium. Cap. XII.

Bruch. l. 2. c. 52 & ... de a... bene... dicta. 1 Diebus Dominicis celebrans dicta Tertia indutus pluuiali coloris tempori conuenientis præcedentibus miniſtris ad altare accedit, ibiq; ſupra infimum gradum medius inter Diaconum, & Subdiaconum genuflectit, acceptoque aſperſorio à Diacono, quod ille cum oſculis, primum quidem aſperſorij, mox dexteræ celebrantis ei porrigit, atq; miniſtris hinc inde fimbrias pluuialis eleuantibus, adhuc genuflexus aſpergit primo altare ter, & immediatè poſt ſeipſum, dicens. *Aſperges me*, & choro proſequente. *Domine hyſſopo, &c.* ſtatim ſurgens aſpergit hinc inde miniſtros adhuc genuflexos, deinde omnibus ſurgẽtibus procedunt ad aſpergendum clerum in choro intrantes oſtiolum à latere epiſtolæ, præcedit quidẽ Acolythus deferens vas aquæ benedictæ, qui ſemper à dextris Diaconi vaſculum, cum opus eſt celebranti porrigit, ſequitur celebrans medius inter miniſtros, qui pluuialis fimbrias hinc inde eleuatas tenent, cum ipſis ſummiſſa voce dicit, primo quidem totã Antiphonam. *Aſperge me, &c.* deinde alternatim Pſalmũ. *Miſerere mei Deus, &c.* vſque in fine, peruenientes in medium chori genuflectunt, mox ſe conuertentes aſpergunt clerum; primo quidem ſi adſit Præpoſitus ei ſe inclinantes, deinde reliquos omnes in choro commorantes facta ante, & poſt inclinatione ex ordine aſpergent, quilibet cum aſpergitur caput inclinet, & ſi fortè pileolum habeat deponat. Si adſint ſeculares, vel fratres cõuerſi in choro, poſt clericos aſpergantur, & tandem facta iterum in medio genuflexione recedunt egredientes oſtiolum à latere euangelij, cuius limen egreſſi genuflectunt, atq; circumcirca cancellos aſtantes aſpergunt, & per medium tranſeuntes genuflectunt.

Rubr. Miſſ. par. in fin.

2 Facta

2 Facta aspersione accedit ad medium plani, redditque aspersorium Diacono, qui illud osculando, primo quidem manus, deinde aspersorium accipit, ac tradit Acolytho; deinde ministris hinc inde librum apertum tenentibus vna cum celebrante summissa voce repetũt antiphonam, *Asperge me*, *&c.* qua per chorum repetita, celebrans clara, ac sonora voce dicit versus, & orationẽ. *Exaudi*, *&c.*

3 Completa oratione Diaconus tradit librum Acclytho à quo accipit planetã, Subdiaconus verò exuit celebrantem pluuiali, quem tradit Acolytho, à quo recipiens manipulũ celebranti osculandum in cruce, quæ est in medio porrigit, eiusq; brachio sinistro adaptat, Diaconus verò statim ac pluuiale deposuit, illum induit planeta: quibus omnibus peractis; si in altari sit sanctissimum Sacramentum, facta genuflexione, sin minus profunda inclinatione. Incipiunt missam.

4 Si quando celebrans aspergit chorum adsint Prælati in eorum residentijs, vel loco iurisdictionis, vel etiam aliquis S.R.E. Cardinalis, illis reuerenter osculando aspersoriũ porrigit, quod si annuunt facta antea, & postea cuilibet eorum profunda inclinatione ipsos aspergat; reliquos verò Prælatos si adsint, quibus opus est inclinationibus singillatim aspergat. Si verò in Ecclesia adsit aliquis supremus Princeps, seu Principissa in loco suæ iurisdictionis ante omnes alios opportunis adhibitis inclinationibus aspergatur.

5 In illis ecclesijs, in quibus iusta ex causa non cantatur missa, aspersio fiat à celebrante ante primam missam, quæ immediatè post horas dicitur, & tenet locum missæ conuentualis: ille verò pluuiali coloris tempori conuenientis, vel si non habeatur stola super albam sine manipulo indutus Acoytho ministrante vasculo, aspergit altare primo, seipsum, ac ministrum, deinde chorũ, postremo verò populũ, ac deniq; dictis versibus, & oratione, deponit pluuiale, planetaq; indutus missam priuatam celebrabit.

Cæremon. Pet. de Roys.

6 Post completorium si discedendum sit à choro, si verò immediatè post celebrandum sit matutinũ, omnibus iam cõpletis, celebrans descendit in medium chori, vbi accedente Acolytho gestante vas aquæ benedictæ simul genuflectunt, & accepto aspersorio, illud in aquam infundit, & statim inclinantes se cruci cõuersi ad chorum Prælatum cõuenientibus factis inclinationibus ante, & postea, primum omnium aspergant, deinde reliquos ex ordine; in principio tantum, & fine in qualibet chori parte se inclinãtes: antequam autem alteram chori partem aspergant. in medium pariter genuflectũt, & intincta aqua rursum, vt antea inclinant, & conuertentes se ad chorum, alteram partem pari disciplina, atque ordine aspergunt.

7 Si in choro, vel ante fores chori adsint laici, vel fratres conuersi, post clerum eos aspergat; si verò inter ipsos adsit aliqua persona eximiæ dignitatis, ante alios necessarijs adhibitis inclinationibus aspergitur, quod si plures fuerint eiusdem dignitatis, ordine seruato pari disciplina asperguntur. Si verò adsint Prælati, eodem modo, quo supra in missa dictum est aspergantur.

8 Demum aspergens Acolythum ante eum genuflexum, ac seipsum in fronte reddit ei aspersoriũ, quod ille osculando reuerenter accipit, atque

ambo in mediũ genuflectentes recedunt, celebrãs quidẽ si sacris sit indutus vestibus suo loco, sin minus vltimo loco chori inferioris; Acolythus verò reposito vasculo supra credentiam ex altera chori parte nouissimo loco genuflexus expectet, donec à superiore recedendi signum detur.

De thurificatione in Vesperis, & Missis sollemnibus. *Cap. XIII.*

Cærem. episc.l.1. c.23.

1 OMnis thurificatio in vesperis quidem semel tantũ inchoato Cantico *Magnificat*, primum altaris, mox celebrantis, aliorum deinde in choro ordinatè fiat, ad Laudes quoq; cùm sollemniter celebrantur, dum dicitur Canticum *Benedictus*, idem seruetur.

Act.eccl. Med.

2 Thuribulum, nauicula, & cochlear singula sint ex argento artificiosè ornata, atque cęlata: ipsum verò thuribulum multiplici catena iuxta vsum Romanũ sustineatur, ex earum tamen vna operculum pendeat, quæ & minori anulo terminetur: in omnium autem summitate sit manubrio anulus maior annexus, catenularum verò longitudo sit quatuor palmorum, quo sinistra manẽte immobili infra pectus, facilius dextera thuribulum duci possit.

Cærem. episc.l.1. c.23.

3 In nauicula solum, ac purum thus boni odoris imponatur; cum autem sollemnioribus diebus alia imponuntur aromata, semper thus cætera excedat.

4 Cum thus à celebrante in thuribulum immittitur semper benedicatur, nisi quando sanctissimum Sacramentum tantum est thurificandum, vt initio, & fine processionum, in quibus sacratissimum Christi corpus defertur, nam tunc sine benedictione, & osculis incensum, ac thuribulum ministratur: si verò non tantum Sacramentum, verum etiam altare thurificandum sit, quod contingere potest ad Vesperas, & Missam cum sanctissimum Domini corpus est expositum, tunc benedicitur thus, & ministratur more solito cum osculis. In eleuatione quoque sanctissimi Sacramẽti in missa incensum imponitur ab eodem thuriferario absq; vlla benedictione.

Cærem. episc.l.2. c.33.

Cærem. Bon.l.1. c.47.

Rit.Miss. VIII. 8.

Cõs.Magist.Ro.

5 Quando sanctissimum Sacramentum est thurificandum, celebrans stans immittit incensum, deinde supra gradus altaris genuflexus thuribulum à ministro sine osculis accipit, & facta prius profunda inclinatione Sacramentum ter grauiter, ac morosè ducens thuribulum incensat, deinde iterum profundè inclinans, vt prius thuribulum reddit ministro, quod si altare quoque sit incensandum immediatè post Sacramenti, incensationem surgens ascendit altare illudque more solito thurificat.

Rit.Miss. IV.4.

6 Incensum cum ministratur vertit se celebrans facie conuersa ad latus epistolæ: Acolythus nauiculam apertam sine osculis offert Diacono stanti à dextris celebrantis, post quem stat etiam Subdiaconus iunctis manibus ante pectus; thuriferarius verò ascendit supra gradus altaris aliquantulum versus cornu epistolæ, sustentansque sinistra anulum maiorem thuribuli, dextera minori anulo operculo eleuato, eadem manu catenulas inter operculum, ac thuribulum complectetur, flexis genibus thuribulum ita eleuatum tenens ante celebrantem, vt ab eo cõmodè possit ex nauicula in illud immitti thus: Diaconus interim amba-

bus

bus manibus tenens nauiculam apertam, & ad celebrantem conuersus, parum inclinatus dicet, *Benedicite Pater Reuerende*. & statim osculatur cochlear manumque celebrantis; ipse verò celebrans sinistram pectori admouens, ter dextera sumit incensum ex nauicula, atque in thuribulum immittit, interim dicens. *Ab illo benedicaris in cuius honore cremaberis*. & reddito cochleari ministro, qui rursus manum, & cochlear osculabitur, dextera efformat signū crucis supra thus in thuribulum nihil dicens. Postea Diaconus reddit nauiculam Acolytho, thuriferarius verò surgens, ac demisso operculo tradit manu dextera sine osculis per anulum maiorem thuribulum. Diacono, ille autem dextera tenens summitatem catenularum, sinistra verò vas, summitatem catenularum osculatam illius sinistre porrigit; partem autem inferiorem propè thuribulum dexteræ, quam osculatur imponit; qđ semper cum ministratur incensum seruetur.

7 Ad Vesperas verò, & Laudes nauicula ministrabitur ab Acolytho genuflexo ante supremum gradum altaris à dextris celebrantis, & à sinistris thuriferarij cum osculis, vt supra, tenens interim dū incensum imponitur in thuribulum sinistra eleuatam fimbriam pluuialis, ne impediatur celebrans, dextera verò nauiculam apertam, & eleuatam, quò celebrans cōmodè incensum possit immittere; thuriferarius verò antequā thus imponatur, dicet. *Benedicite Pater Reuerende*. thuribulumque clausum, deinde vt supra dictum est, de Diacono celebranti porriget.

8 Celebrans igitur imposito incēso in thuribulum, conuertit se ad altare, ibique accipit thuribulum à ministro, sinistra videlicet catenularum summitatem, dextera verò easdem catenulas simul iunctas propè thuribulum, ita vt commodè illo vtatur, nam si nimis pendeat non ita decore, nec commodè illud ducet.

9 In actu thurificationis grauiter, ac decore se gerat, non personam, nō caput cum thuribulum ducit, ac reducit vllo pacto moueat; sinistram, qua summitatem catenularum tenet, immobilem propè pectus collocet, dexteram verò decore, ac tractim cum thuribulo moueat, quod ad se trahens sub brachio leniter, ac competenti mora reducat, & dum thurificando supra altare procedit, proximiorem altari pedem prius mouens, tot omnino passus, quot thuribuli tractus perficiat. Cærem Bonon. 1.c.46.

10 Accepto thuribulo antequā celebrans crucem incenset, si in altari sit sanctissimū Sacramētū, cum ministris genuflectit, tunc surgens ter crucem incensat, rursumque genuflectit, vel inclinat, & procedens ad thurificandum altare à latere epistolæ, ter ducit thuribulum æquali distantia, prout distribuuntur candelabra vsque ad cornu epistolæ, vbi demissa manu illud prius inferius, mox superius semel atque iterum ducens thuribulum thurificabit; & conuersus ad altare eleuans manum incensat eius planitiem, seu mensam in parte anteriori ter ducens thuribulum vsque ad medium; vbi facta cruci reuerentia, procedendo thurificat aliud latus altaris triplici ductu vsque ad cornu Euangelij, & pariter incensata inferiori, ac superiori parte ipsius cornu Euangelij duplici ductu cum thuribulo, parum recedens ter incensat superiorem tabulę partem vsq; ad medium altaris, prout fecit in cornu epistolę, deinde manu aliquātulū de- Rit. Miss. IV. 6. Cærem. epis. l. 1. c. 23.

missa incẽsat anteriorẽ altaris partẽ, seu frontem à cornu Euãgelij ter ducens thuribulum vsque ad medium altaris, & facta cruci reuerentia incensat reliquam partem anteriorem vsque ad cornu epistolæ triplici ductu, ibique reddit thuribulum ministro, qui osculando manum, & summitatem catenularum illud accipit. Interim cum ad *Magnificat*, ad vesperas, ac *Benedictus*, ad *Laudes*, vel in principio missæ altare incẽsat, nihil dicit, sed tantum cum oblata incensantur, vt supra.

11 Si in altari fuerint reliquiæ, vel Imagines sanctorum; celebrans, incensata cruce, & facta genuflexione, vel inclinatione antequam discedat à medio altaris, primum incẽsat eas, quæ à dextris sunt, idest à parte Euãgelij, bis ducens thuribulum, & facta iterum cruci reuerentia eodem modo incensat eas, quæ sunt ad partem epistolæ, deinde absque alia genuflexione, vel reuerentia altare forma iam tradita turificat, & hoc modo incensantur altare, ac reliquiæ, etiam si in altari sint plures reliquiæ, vel imagines, plura, paucioraue candelabra. Rit.Miss. IV.5.

12 Ad Vesperas si aliud altare præter altare maius incensandum sit, puta die festo sancto alicui dicato, cui altare aliquod ex minoribus dedicatum est, si eiusmodi adsit mos, reddito thuribulo thuriferario post incensationem altaris maioris, & facta ibi in medio genuflexione proceditur ad præfatum altare eodem modo, & ordine, quo à choro exierunt, & ibi celebrans profundè se inclinans, reliqui verò cruci genuflectẽtes, & osculando altare in medio, omnia præstabit, quæ in incensatione altaris maioris, non tamen incensum in thuribulum imponitur, cum iam hoc sit præstitum; deinde in chorum eadem via & ordine recedentes, celebrans, ac reliqui ordinatè incensantur. Cærem. Cler.S.P. l.1.c.9.

13 Thuriferarius Diacono thuribulum à summitate catenularum sine osculis porrigit; celebranti verò modo supra præscripto, nimirum manubrium dextera sinistræ celebrantis, vasculum verò sinistra dexteræ cum osculis manubrij, ac manus imponit; cum verò recipit, dextera vasculum, sinistra verò manubrium cum osculis accipit. At ad euangelium Diacono illud porrigens eodem quidem modo, tamen sine osculis tradit.

14 Dum altare à celebrante incensatur, in missa hinc inde ministri altera manu eleuant extremitatem planetæ, alteram pectori admouentes: Ad Vesperas verò ad *Magnificat*, & in Cantico *Benedictus*, ad Laudes hoc præstant Acolythi, pluuialis fimbrias eleuantes. Cærem. cler.S.P. l.1.c.1.

15 In Missa post altaris incensationem regulariter à Diacono in cornu epistolæ ter incensatur celebrãs, initio, ac fine, inclinationibus adhibitis.

16 In missis sollemnibus ter ministratur atque benedicitur incensum. Primo in principio missæ, & tunc incensatur altare, & celebrans. Secundo ante euangelium, & tunc incensatur in principio à Diacono ter liber, & in fine euangelij ter celebrãs. Tertio post offertorium, & tunc incensantur oblata, altare, celebrans, & reliqui omnes ex ordine. Rit.Miss. IV.4. Rit.Miss. VI.5. Rit.Miss. VII. 10.

17 Post offertorium incensantur oblata, & altare; Diaconus nauiculam ministrans petit benedictionem, dicens, *Benedicite Pater Reuerende*, & celebrãs respondens, dicit. *Per intercessionem Beati Michaelis Archangeli, &c.* ter imponens, ac semel Cærem. episc.l.1. c.27.

benedi-

benedicens incensum in thuribulo, ita vt ad verbum, *Benedicatur*, manu dextera efformet signum crucis supra thuribulum, acceptoque vt alias thuribulo à Diacono nulla prius facta cruci reuerẽtia, ter ducit thuribulum supra calicem, & hostiam simul ad modum crucis, & ter circum calicem, & hostiam, bis scilicet à dextera ad sinistram, & semel à sinistra ad dexteram, dispensans verba in qualibet incensatione, in prima cruce dicendo. *Incensum istud*, in secunda *A te benedictum.* in tertia, *Ascendat ad te Domine*, in quarta circuitione. *Et descendat super nos*, in quinta, ac sexta, *Misericordia tua*, Interim Diaconus à dextris ipsius celebrantis dextera tenet pedem calicis, sinistra verò posteriorem planetæ partem subleuat, deinde facta cruci reuerentia Diaconus amouet è medio calicem, celebrans verò incensat crucem, & altare vtsupra, interim dicens. *Dirigatur Domine, &c.* ità omnia verba dispensans, vt simul, cum thurificatione compleantur: si verò supra altare adsint reliquiæ eodem modo, quo supra ad vesperas incensantur. Reddens tandem thuribulum Diacono dicit. *Accendat in nobis Dominus, &c.*

Rit.Miss. VII.10. 18 Incẽsato altari, immediatè Diaconus incensat celebrantẽ in cornu epistolæ, mox alios in choro ex ordine, rediens deinde ad altare thurificat Subdiaconum semel, & vbi tradiderit thuribulum thuriferario ab eodem, primo ipse Diaconus mox Acolythus, singuli semel; ac tandẽ populus circumstans triplici ductu thurificabuntur.

19 Cum sanctissimum Sacramentum in missa sollemni eleuatur, ab ipso thuriferario imposito thure absque benedictione, ter in hostię, itidẽ que in calicis eleuatione facta antea, & postea profunda inclinatione thurificabitur. Rit.Miss. VIII.8.

20 Quando missa cantata sine ministris celebratur, tunc initio non incensabitur altare, sed tantum ad Euangelium. Ad oblata, & ad eleuationem, &c.

21 Ad vesperas sollemnes celebrãs ante alios in choro tamen suo loco à thuriferario triplici ductu, quibus est opus inclinationibus antea, & postea thurificatur, post celebrantẽ verò incensabitur primo quidem Pater Generalis triplici ductu, deinde Præpositus domus pariter triplici ductu, postmodum si adsint Visitatores tempore visitationis duplici ductu, pariter Vicarij duplici ductu inclinationibus adhibitis: reliqui verò omnes in choro morantes quilibet suo ordine vnico ductu ex qualibet chori parte, facta antea, primo ex qualibet chori parte inclinatione thurificabũtur. Populus autem omnis simul cum inclinationibus antea, ac postea, triplici ductu thurificabitur. C. N. Cærem. episc. l.2. c.3.

22 Si adsit Cardinalis, immediatè post celebrantẽ, quibus par est reuerentijs triplici ductu thurificabitur, in quo casu reliqui Pręlati inferiores duplici ductu thurificabũtur; semper tamen cum in choro adsunt Prælati immediatè post celebrãtem quilibet suo ordine thurificabitur. Præsente Patre Generali Prępositus domus triplici ductu, reliqui verò Præpositi si adsint duplici ductu thurificabũtur, Vicarij verò semel, cum inclinationibus tñ ante & postea, qđ semper seruetur præsentibus Prælatis superioribus respectiuè, nã præsẽte Cardinali Pater Gñalis duplici ductu thurificabitur, reliqui verò Præpositi semel. Vsus eccl. Ro.

23 Cum aliquis Magnus Princeps, seu Reipublicę dux in Ecclesia

missæ sollemni, vel officio assistit post celebrantem, atque etiam post Episcopum loci si adsit triplici ductu cū opportunis inclinationibus incensabitur.

Cærem. epis. l. 2. c. 3. 24 Quilibet cum thurificatur stet detecto capite, amoto etiam pileolo, si illo vtatur, ac post se immediatè sequentem ad capiendam thurificationem capitis inclinatione inuitet, quod tum maximè fieri debet, cum qui sequitur in aliqua est dignitate constitutus.

Cærem. epis. l. 2. c. 33. Rub. par. Miss. fer. V. in cęn. Domini, & fer. 6. Parasc. 25 In processionibus sanctissimi Sacramenti duo Acolythi continuo Sacramentum incensabunt grauiter, ac decore, eodem tempore ducētes thuribulum, breui inter quamlibet thurificationem interposita mora, & procedentes nunquam Sacramento terga vertant, sed graui æqualique motu passum mouebunt, donec perueniant ante gradus altaris, quo cum peruenerint ministrant incensum celebranti, tum donec Sacramentum reponatur continuo hinc inde pariter thurificabunt.

De ordine dandi pacem. Cap. XIV.

Rit. Miss. X. 8. Cærem. epis. l. 1. c. 24. Cærem. Bon. l. 1. c. 50. 1 IN missis sollēnibus dicto *Agnus Dei*, diaconus genuflectit à dextris celebrantis, subdiaconus verò facta altari genuflexione, recedit post celebrantem, qui postquam secreto compleuerit orationem *Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis pacem, &c.* osculatur altare, quod tunc Diaconus surgēs ēt præstabit, ac statim celebrans illum, sinistris genis sibi inuicem appropinquantibus, amplectitur, dicens. *Pax tecum*, ille verò respondebit, *Et cum spiritu tuo.* & cōuertens se ad Subdiaconum eodem modo sinistris genis sibi inuicem appropinquitatibus eum amplectens, dicet, *Pax tecum*, illo pariter respondente, *Et cum spiritu tuo.* Tum facta altari reuerētia, præcedente Acolytho procedit in chorum per ostiolum à latere epistolæ, & ibi facta in medio genuflexione, expectat donec à choro compleatur, *Agnus Dei, &c.* quo dicto, conuertens se, primo imagini in choro existenti se inclinat, deinde accedens ad digniorem eum cō plectitur sinistris item genis inuicem sibi appropinquantibus, & dicit, *Pax tecum*, illeque respondet, *Et cum spiritu tuo.* Pari quoq; disciplina ei, qui est in primo loco alterius chori pacem defert, & descendēs duobus primis chori inferioris eodem prorsus modo pacem dabit. Reliqui verò in choro stantes ex ordine, superior videlicet inferiori pacē successiuè dabunt. Rediens ad altare, idem Subdiaconus Acolythis ibi assistentibus pari modo pacem dabit.

2 Pacem daturus nulli in quauis dignitate constituto antequam pacē illi det reuerētiam faciat, sed post datam pacem iuxta cuiuslibet dignitatem se inclinabit, illi verò qui pacem acceperunt parum se inclinantes respondebunt. Cærem. epis. l. 1. c. 24.

3 Si adsit aliquis Princeps, seu Principissa in missa sollemni, vel etiam in missis priuatis, quæ coram eis, aut Prælatis in locis suæ iurisdictionis dicuntur, cum instrumento pax deferatur, quod instrumentum velum coloris paramentorum in manubrio appensum habeat, quo accepto dicto *Agnus Dei*, minister ascendit ad altare, ibique ad dexteram celebrantis genuflectit, dextera eleuatum tenens instrumentum super altare, donec dicatur secreto oratio. *Domine Iesu Christe, &c.* vt supra, qua completa, & Cærem. episc. l. c.

altare

altare per celebrantem osculato, adhuc genuflexus porrigit ei instrumẽtum osculãdũ, & illo dicenti. *Pax tecum*, respondebit, *Et cum spiritu tuo*, mox surgens, iterumq; genuflectens Sacramento, descendit ad Prælatum, vbi nulla facta genuflexione, nec inclinatione, stans ante eum, prius sinistra velo è manubrio pendente leuiter extergit instrumentum, illudque osculandũ offerens dicit, *Pax tecum*, quo osculato reuerẽtiam Prælato facit, & si plures sint, eodẽ ordine alijs etiam offert; similiter si fuerit aliquis Princeps secularis eodẽ modo ei instrumentum offeret, quod postea in cornu epistolæ super altare reponet.

De ordine recipiendi Prælatum, & cæremonijs faciendis, cum coram eo celebratur in aliquo loco suæ iurisdictionis. Cap. XV.

1 CVm Cardinalis Legatus sedis Apostolicæ, Patriarcha, Archiepiscopus, vel Episcopus in aliqua ex nostris Ecclesijs, quæ in loco eorum residentiæ, vel iurisdictionis est, sollemniter, ac cum Pontificali apparatu accesserit, Altare paramentis coloris tempori congruentis decenter ornetur; supra verò altare, sex cerei accendantur; ante verò altare in plano intra presbyterium sit genuflexorium cum suo tapeto, ac puluinis ad procumbẽdum accommodatum: Præpositus verò cum alijs Patribus superpelliceo induti ante fores ecclesiæ expectabunt, quo cum Prælatus peruenerit, pulsantur campanæ, & Præpositus, aliquo Acolytho pariter superpelliceo induto ministrante vase aquæ benedictæ, aspersorium cum osculis prælato porriget omnesque genuflexi ab eo asperguntur, eumq; decenti reuerentia susci pientes ordinatè procedunt ad altare: vltimus verò omnium propè Prælatum, erit Præpositus, vel senior, vbi verò ante altare peruentum fuerit, cessabunt campanæ, & omnes hinc inde medium habentes Prælatum genuflexi cum ipso orabũt, qui si postquam orauerit celebrare voluerit, præparatis antea supra altare paramentis, & reliquis necessarijs supra credentiam, inseruient ei sui capellani, & omnia iuxta ritus cæremonialis episcoporum obseruabuntur. Pont.Ro. Cærem. episc.l. 1. c. 29.

2 Recedentem prælatum pariter superpelliceis induti superior cum Patribus vsque ad fores Ecclesiæ comitentur, si verò per ostium domus discedat; eum pariter comitentur, non tamen superpelliceis induti.

3 Si Prælatus in loco suæ Diœcesis, ac iurisdictionis cum ad concionẽ accedit baldachino vti voluerit, paretur ei à latere Euangelij propè altare maius intra Presbyterium, vel alio loco cõgruo, prout ecclesiæ structura, ac loci ratio postulauerit. Dec.congr.S.Rituum.

4 Si supradicti Prælati in aliquo loco suæ iurisdictionis, vel residentiæ sacrificio missæ interesse voluerint, tunc celebrãs posteaquam disposuit in altari calicem, & aperuit librum descendit ad infimum gradum à cornu Euangelij, vbi strãs expectat signũ incipiendi, & tunc facta profunda inclinatione Prælato, & altari reuerentia debita; aliquantulum conuersus ad altare facit confessionem, in qua dicens, *Tibi Pater*, & *Te Pater*, Prælato profundè se inclinabit, & dicto *Oremus*, factaq; Prælato reuerentia, accedit ante infimum gradum altaris, & ibi dicit, *Aufer à nobis, &c.* Rit.Miss. III.2. Pontif. Ro. Cærem. episc.l. 1. c. 31.

5 In fine Euangelij immediatè post

si di-

si dicendum sit symbolum, vel si non sit dicendum, lecto offertorio, liber defertur osculandus Prælato ipse verò celebrans illum nõ osculatur, nec dicit. *Per euangelica dicta*, deferens verò librum nulli se inclinat, nisi postquã fuerit deosculatus, ac clausus, prout dictum est de Subdiacono in missa sollemni.

Cærem. epis. l. 1. c. 10. & 31.

Sup. c. 14. nu. 3.

6 Dicto *Agnus Dei*, datur Pax cũ instrumento modo supra præscripto.

Cærem. epis. l. 1. c. 31.

7 Cum celebrans in fine missæ daturus benedictionem conuertit se, caput prius versus Prælatum quasi licentiam benedicendi petens profundè inclinat, atq; astantes à parte, vbi non est Prælatus benedicit, finito verò vltimo Euangelio conuertens se ad Prælatum ei reuerentiam facit.

8 Si verò adsit aliquis Prælatus extra suam Diœcesim, publiceq́ue missæ sacrificio assistat, finita missa decet, vt celebrans faciat ei debitam reuerentiam, quod etiam seruari debet, si adsit aliquis magnus Princeps, seu Principissa; ijs autẽ Principibus secularibus, nunquam celebrantis liber præbeatur osculandus, sed ad summum eis pax cum instrumento deferatur.

9 Quoties Prælatus loci processionaliter ante fores nostrę Ecclesię trãsibit pulsantur campanæ: similiter cum sacratissimũ Christi corpus, vel insignis alicuius sancti reliquia processionaliter ante nostras Ecclesias defertur, decet, vt campanæ pulsentur: in sollemnitate verò sacratissimi corporis Christi etiam altare cõstrui conuenit.

10 Si clerus processionaliter ob indulgentias, vel alia ex causa ad nostras Ecclesias venerit; accenduntur in altari candelæ, atq; pulsantur campanę, quod si processioni intersit Capitulum, vel Vicarius Generalis decet, vt aliqui ex patribus superpelliceis induti illos reuerenter excipiãt. Similiter cum aliquis religiosorum ordo processionaliter aduenerit, decet, vt eodem modo accendantur cãdelæ in altari, pulsentur campanæ, & à Patribus reuerenter excipiatur.

11 Cum aliquis magnus Princeps seu Principissa in locis ditionis suæ ad nostram accedit ecclesiam, superior superpelliceo indutus, ministrante acolytho pariter superpelliceo induto vase aquæ benedictæ, astantibus quoq; alijs ex Patribus, vestibus tamẽ communibus indutis, eum excipiet, & ingredientem ostium ecclesiæ factis opportunis inclinationibus asperget, egredientem quoque vsque ad ecclesiæ ianuam comitabitur, eiq́ue profundè inclinabit, quod si missæ sollemni, vel vesperis sollemnibus interesse voluerit, forma supra præscripta ad missam, & vesperas incensabitur, eiq́ue ad missam cum instrumẽto, modo suo loco pręscripto, pax deferetur. Pont. Ro.

De cæremonijs à concionatoribus seruandis. Cap. XVI.

Act. eccl. Med. de Fab. ecc.

1 PVlpitum in quo concio in ecclesia haberi debet à latere euangelij, cum commodè fieri potest in gremio ecclesiæ loco congruo, in quo cõcionator ab omnibus conspici, & audiri possit; ab altari maiori, si ecclesiæ structura permittat non longè distans, è marmore, pięq; sculpturæ opere ornatum, vel è lateritio lapide laminis marmoreis, aut æneis, iisq́ue inauratis, vel saltim ex tabulis sectilibus decenti opere, ac forma extruatur, à latere ex ea parte, quæ altare maius respicit, sanctissimi crucifixi imago firmetur: diebus quibus

concio-

concionatur, nisi sit politè ornatum pallio coloris tempori conuenientis operiatur, excepta sexta feria maioris hebdomadæ, nam tunc sicut & altaria nudum esse debet.

Bruch, de cr.l.2.c. 101.& 158.

2 Concionator antequam pulpitum ascendat superpelliceo indutus orariumq; supra humeros habens coloris tempori cõuenientis, breui oratione flexis genibus in oratorio, vel ante altare sanctissimi Sacramẽti ad Deum mentem eleuet, seipsum, suosque auditores ei commendans; mantelum etiam supra superpelliceum adhibeat, illudque pulpitum ascendens deponat.

3 Si coram Cardinali Legato sedis Apostolicę, Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo in locis suæ iurisdictionis concionari contingat, cũ debitis reuerẽtijs ante ipsum accedat, & genuflexus benedictionem petat, dicens, *Iube domne benedicere:* Ascẽdens suggestum, facta cruci reuerentia prius ipsi prælato profundè, mox alijs se incliner, & finita cõcione si dandæ sint Indulgentię non descendit, sed detecto capite genuflectit, donec Diaconus faciat confessionem, qua finita surgit, ac stans publicat Indulgentias, forma in cæremoniali Episcoporum pręscripta: vbi verò ab alio publicari solẽt, concionator statim discedit debita tamen reuerẽtia adhibita, quam prius Prælato facere debet, cauẽs ne ipse tunç populo benedicat,

Pont.Ro.

Cærem. episc.l.1. c.25.

4 Quod si adsit aliquis Prælatus magnus, non tamen in loco suæ iurisdictionis, antequàm alijs benedicat ipsi se profundè inclinabit, mox ex alia parte conuersus benedicet populo.

5 Statim ac concionator suggestũ ascenderit, reuerentiam faciet crucifixo versus altare collocato, mox Prçlatos; si adsint, ac Primores aperto capite, deinde populum circumstantem salutabit, caput postmodum operiens, aliquantisper donec populus quiescat expectat, rursumque caput detegens, manibus iunctis, biretum ante pectus tenens, oculisq; ad cœlum eleuatis, secreto dicet. *Munda cor meum, &c.* quo dicto crucis signo se munit, statimq; à latere pulpiti versus altare genuflectens, dicit clara voce salutationem Angelicam, qua completa caput cooperit, surgit, & sermonem incipit, ipsumque prosequitur,

6 Si inter cõcionandum sanctissimi Iesus nominis, vel Beatæ Virginis Mariæ fiat mentio, caput detegit, nõ tamen si Christi tantum; quod si sæpius sit repetendum, ad euitandum astantium, suique incommodum sub Christi, seu Saluatoris, vel Redemptoris, aut Beatæ Virginis, vel Dominæ nostræ, similique aliquo alio modo repetere poterit. Ad viuẽtis quoque Pontificis nomen caput detegit, reuerenterque inclinat. In fine verò concionis semel dabit benedictionem.

Cærem. episc.l.1. c.15.

7 Intra missarum sollemnia si sit concionandum statim post Euangelium, ac celebrantis incensationem fit cõcio, finita verò cõcione dicitur, *Credo*, si dicendum sit, sin minus offertorium; regulariter tamen vt consueuimus ob populi, & ecclesiæ maiorem cõmoditatem finita missa, concionari conuenit; si verò ipsemet celebrans velit aliquando, præcipuè in nocte Natalis Domini sermonem facere post Euangelium, & sui incensationem, à latere Eũgelij capite cooperto supra scabellum, vel sedem humiliorem, (cũ in altari sublimi sede vti non deceat) sedebit, ministri verò in eodem latere extra altare, tamen

Rit.Miss. VI.6.

C.N.

Act.eccl. Med.

tectis

tectis capitibus supra scamnum faciebus ad altare conuersis, Diaconus à dextris, & Subdiaconus à sinistris sedebunt; quod si sanctissimum Sacramentum fortè fuerit expositum, tam celebrans, quam ministri semper detecto capite stabunt.

Rit.Miss. VIII.3. 8 In missa sollemni pro defunctis, præsertim si sermo habendus sit in laudem defuncti, concio fiat completa missa ante absolutionem ad tumulum, interim celebrans cum ministris tecto capite supra scamnum sedebit, & in fine pluuiali indutus procedet ad tumulum.

Cõs.eccl.Ro. 9 Cum sanctissimum Sacramentũ est super altare expositũ, sermo habeatur, vel in pulpito, vel ante altare in cornu Euãgelij; semper tamen cõcionator stabit aperto capite, stolamque albam supra superpelliceum habebit.

10 In Parasceue loco salutationis Angelicæ genuflexus versus crucẽ, quæ vel in altari, vel in aliquo alio loco congruo adhibitis etiam duobus intortitijs accensis collocari poterit, ipsam salutabit, dicens. *O crux aue spes vnica hoc passionis tempore, auge pijs iustitiam reisque dona veniam. Amen.* In fine verò concionis cum sanctissimi Crucifixi imago populo ostenditur, accedunt duo Acolythi superpelliceis induti hinc inde intortitia accensa vsque in finem tenentes, cõcionator verò capite aperto crucem vtraque manu acceptam reuerenter, ac deuotè populo ostendit, atque cum ea benedicit, ac tandem, vel ibidem reponit, vel vbi adest consuetudo, præcedẽtibus ceroferarijs, eam reuerenter in locũ congruũ reponendam asportat.

Cærem. cl. P. 3.c.5. 11 Die sancto Paschæ, & duobus qui subsequuntur diebus concionator loco salutationis Angelicæ conuersus ad altare stans iunctis manibus clara, & intelligibili voce dicet Antiphonam. *Regina cæli, &c.* toto verò tempore Paschali, & diebus Dominicis infra annum eodem modo stans salutationem Angelicam recitabit, *Aue maria, &c.* reliquis verò diebus semper, cum dicit salutationem Angelicam genuflectet.

12 In Lectionibus, quæ fiunt post vesperas eadem respectiuè obseruet concionator, quæ mane, nam vtetur quoq; superpelliceo, easdemq; prorsus cæremonias exercet.

13 In sermonibus verò, qui vel in oratorijs, vel in alijs priuatis locis habẽtur, non opus est superpelliceo, sed adhibita superiori veste, vel mantello haberi poterunt.

De processionibus faciendis. Cap. XVII.

1 PRæter ea, quæ de sollemnibus processionibus infra suis locis dicentur, quo clarius illa elucescant generalia quędã hic præmittere necessarium duximus, ac primo quidẽ pro omni processione præparentur prius in sacristia, quæ necessaria sũt, tum hora competenti dato signo cãpanulæ, sono concios omnes ibi conuenientes superpelliceis induantur, celebrans verò paramenta sibi conuenientia accipiat, quod si processio sit sollemnis, etiam ministri sua capiant paramenta, & cum eis alius Subdiaconus, qui deferat crucem, pariter sacris sui ordinis induatur vestibus.

2 In processionibus sollẽnibus semper Subdiaconus deferens crucem medius inter ceroferarios cum candelabris accensis alios præcedat, in alijs verò processionibus Acolythus Pont.Ro.

super-

ſuperpelliceo indutus, ſemper tamen medius inter ceroferarios crucē proceſſionalē haſta deferet, qui per anguſtiorem locum tranſeuntes, vel oſtiolum chori egredientes primum ceroferarij, & inter eos iunior, poſt eos immediatè crucem deferens pertranſeat.

3 Bini omnes non abſq; myſterio, vt ait S. Bernardus incedere debemus. Primo quidem iuniores immediatè poſt crucem, reliqui verò, qui ſubſequuntur quilibet ſuo ordine, & loco, pari paſſu, ſemper æqualem inter ſe diſtantiam, aç proportionē ſeruantes, vnius videlicet paſſus inter laterales, trium verò inter præcedentes atq; ſequentes, expectātes (cum res poſtulauerit) ne fortè ſequentes longè poſt ſe relinquant, & propterea quilibet modeſtè, ac decorè; ſequentes obſeruet, nullus tamen ſibilus, vel ſtrepitus prorſus audiatur: egredientes verò, vel ingrediētes, ſeu etiam per anguſtiorem locum tranſeūtes iunior ſemper præcedat; quod ſi præcedentium numerus impar fuerit, duo vltimi medium habebunt ſeniorem.

Bern. ſer. 2. in feſto Purific.

4 Et vt in omnibus maximè verò in proceſſionibus Religioſa modeſtia commendatur, ſint propterea omnes benè compoſiti, oculis quidem ad terram demiſſis, corpore tamen erecto, à ſiniſtra ad dexteram, à latere videlicet epiſtolæ ad latus euangelij ritè tam circa eccleſiam, quam circa eccleſiæ atrium procedendum erit.

Synod. Mediol.

5 Cum ante altare in quo ſanctiſſimum Sacramentum aſſeruatur tranſeundum eſt, primo crucem deferens cum ceroferarijs, tum reliqui quilibet cum ſuo collaterali genuflectent ſimul ſe inclinātes, ſimul pariter ſurgentes: eodem modo ante altare in quo miſſa fuerit eleuata vſq; ad ſanguinis ſumptionem, vel in quo ſanctiſſima Euchariſtia miniſtratur trāſeuntes omnes genuflectant: ſi autem tranſeunte proceſſione in aliquo altari ſacra hoſtia eleuetur, omnes tam qui in conſpectu ſunt, quam præcedentes, vel ſequentes ritè genuflectant, ſimiliter cum fit abſolutio ad tumulum; ſi aliquam miſſam ibi eleuari cōtingat omnes (exceptis deferēte cruce cū ceroferarijs) genuflectant, præuidere tamen debet Sacriſta ne tunc temporis in illis locis miſſæ celebrentur.

6 In proceſſionibus in quibus ſacratiſſima hoſtia defertur; celebrans, ac miniſtri, necnon & thuriferarii ēt; ſi dum tranſeunt eleuetur ſacra hoſtia in aliquo altari, ſuo incumbant muneri; præuideat tamen Sacriſta, ne tunc temporis miſſæ celebrentur, quod ſi celebrari vſu cōtingerit, miniſter dum hoſtia eleuatur tintinnabulo non vtetur.

7 Deferens euchariſtiam pro communicandis ad illud tantum attendat, etiam ſi hoſtia in aliquo altari eleuetur, quod etiam ſeruent Acolythi intortitia accenſa tunc deferentes, nemini inclinantes, nullibi dum tranſeunt genuflectentes.

8 Candelas in proceſſionibus ita accenſas portabunt, vt qui à dextris ſunt, in dextera illam teneāt, qui verò à ſiniſtris, in altera manu. Seniores, cum ſeculares intortitia deferentes non interſunt; ſaltim quatuor intortitia accenſa propè ſanctiſſimum Sacramentum deferre debent, ſic etiam dextera qui à dextris, ſiniſtra verò, qui à ſiniſtris illa geſtantes.

9 Dum proceditur cantantur Antiphonæ, Pſalmi, Hymni, vel Litaniæ iuxta formam ſuis locis preſcriptam, illud monentes, quod cum cantantur

Antiphonas cãtoribus incipientibus reliqui proſequuntur ſimul incipientes,ac deſinẽtes pariter: Pſalmos verò,& Hymnos cantores inchoabunt, reliqui verò alternatim proſequentur, ita vt qui à dextris ſunt primum verſum,qui verò à ſiniſtris ſecũdum, & ſic reliquos obſeruatim proſequẽdo cantent,quod ſi incedentium numerus maior fuerit, tunc ſeniores à medio, & infra primum verſum, iuniores verò à medio, & ſupra ſecundum, & ſic reliquos alternatim cantabunt; Litanias vero cantores circa medium proceſſionis reliquis omnibus ſimul reſpondentibus cantabũt.

De modo celebrandi Diuina officia. Cap. XVIII.

1 Diuina officia ab Eccleſiaſticis ad Dei gloriam certis temporibus in eccleſijs celebranda piè olim,ac ſapienter à Summis Pontificibus præſertim Gelaſio, ac Gregorio primis conſtituta, ab alijs verò pro temporũ viciſſitudine reformata,& inſtaurata diurnas,atq; nocturnas cõtinent horas, quas canonicas, idcircò dicimus, quia Summorum Pontificum authoritate in ſacris Canonibus ritè eccleſiaſticis ſunt præſcriptæ. Hæ autem iuxta illud Prophetę ſepties in die laudem dixi tibi, ſeptem apud omnes eſſe dicuntur. Matutinum videlicet,Prima, Tertia, Sexta,Nona, Veſperum,& Completorium, cũ autem Hymnis, Pſalmis, Canticis,Antiphonis,Verſibus, Reſponſorijs, Abſolutionibus, Benedictionibus,Lectionibus,Orationibus, Suffragijs; precibuſq; ferè omnia cõſtent,ſingula quo res clarior fiat explanare non erit ab re.

Pſ. 118.

Cap. Presbyteri d. 91. c. ſi quis presbyter diſt. 91.

§. *De Hymnis.*

Hymnis qui ſunt ſpecialis quædam Laudes, quibus metrico cantu ad Deum ſpiritus eleuatur ſingulis horis canonicis, excepto triduo maioris hebdomadæ, & feſto Paſchatis vſque ad Dominicam in Albis excluſiuè, ad Matutinum q̃dem poſt Inuitatoriũ; ad Laudes,ac Veſperas poſt Cap.ad Cõpletorium poſt Pſalmos, & Antiphonam;ad reliquas verò horas ante Pſalmos dicantur.

D. Aug. 9. conf. c. 6. & 7.

2 Hi fere ſemper à cantoribus inchoantur, qui duos primos verſus; ad veſperas; quidem diſtinctos alterum ab altero, in reliquis verò horis coniunctos,tam in ferijs,quam in feſtis initiando concinent, quos ſimili modo chorus proſequetur: in officio tamen paruo B. Virginis ſemper verſos coniunctos, etiam ad veſperas cantabunt.

3 In feſtiuitatibus D.N. Ieſu Chriſti,ac B. Virginis,& infra octauas earum,in quibus ſpecialis verſus in fine Hymni dicendus eſt, aſſignatus, iuxta regulam:ſpecialia generalibus præferãtur,mutatur verſus: excipiuntur tamen hymni, qui habent verſus alterius metri, & qui habẽt proprios vltimos verſus cuiuſmodi ſunt Hymnus. *Vexilla,&c.* in feſto S.Crucis,& *Aeterna Chriſti munera,&c.* in nocturno Apoſtolorum,ac plurimorum martyrum,quorũ vltimi verſus nunquam variantur.

Rub. gene. Breu. XX. 4.

4 In Hymno Cõpletorij feria ſexta,quando in veſperis facta eſt commemoratio Beatæ Virginis pro officio Sabbathi ſequẽtis in fine dicitur *Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine, &c.* & ſi feſtum illius diei fuerit nouem Lectionum,dummodo non ſit ex illis, in quibus ſpecialis alius verſus dicendus ſit.

Rub. ſpecialis Br. in off. B. V. ĩ Sab.

5 Hymnus *Te Deũ laudamus,&c*

in fine

in fine matutini in festis primæ,& secundæ classis à celebrãte inchoatur, in duplicibus verò, & diebus Dominicis a duobus cantoribus, in semiduplicibus autẽ,& simplicibus ab vno; ad ℣.*Te ergo quæsumus*, omnes genu flectũt,& ℣.*Per singulos dies,&c.* altiori voce pronunciatur; vltima tandẽ verba, *Non confundar in æternũ*, ab vtroq; choro simul terminantur.

Cærem. episc.l.2. c.6.

§.*De Psalmis,& Canticis.*

6 Psalmi à choro alternatim omnibus capite cooperto stantibus regulariter cãtãtur, excipitur tamẽ Psalmus *Venite* in principio matutini, qui à cantoribus in medio chori, vt proprio loco dicitur cantatur. Festo verò Epiphaniæ cum in tertio Nocturno dicitur, oẽs stantes detecto capite versus alternatim dicunt, & Antiphona ab vtroq; choro repetitur.

Amalari' l. de eccl. off. l. 4. Marcell' Franul. d hor.can. c.2. Cassiod. in histor. Miss.

7 In fine cuiuslibet Psalmi semper dicitur, ℣.*Gloria Patri, &c.* excepto triduo maioris hebdomadę, nã tunc nihil dicitur, & officio Defunctorum in quo dicitur, ℣.*Requiem æternam.*& primis quinque Psalmis Gradualibus, qui dicuntur, ac si esset vnus psalmus,& in fine, ℣.*Requiem æternam,&c.* excipiũtur etiam Psalmus, *Deus Deus meus*, & *Laudate Dominum de cœlis*, in quibus, ℣.*Gloria Patri*, dicitur ĩ fine vltimi Psalmi.

Niceph. l.9.c. 24. D.Dama. Pap. D.Hier. Rub. gene. Breu. XXII.7.

8 Eodem modo dicũtur cantica in quorum fine dicitur, ℣.*Gloria Patri, &c.* excepto cantico, *Benedicite omnia opera,&c.* in cuius fine cũ dicitur *Benedicamus Patrem,& Filium,&c.* omnes caput detegunt, & inclinant. Cãtica euãgelica dñr aperto capite.

§.*De Antiphonis.*

9 Cũ in terrestri Hierarchia sicut, & in cœlesti, alternatim cani debeat Psalmi, Hymni, Cãtici, ac Versus dicuntur alternatim: sic enim, & Seraphin alter ad alterum Sanctus Sanctus proclamabant: Antiphonæ verò cœlestẽ pariter Hierarchiam imitando, quæ psallit in vnũ, ab vtroq; choro simul cantantur; semper tñ tã in officio diuino, quam paruo B. Virginis, ac mortuorũ à Sacerdotibus inchoãtur, prima quidẽ ab Hebdomadario, seu celebrante; secunda verò à Sacerdote illi respondente ex altera chori parte, reliquæ alternatim hinc inde à Sacerdotibus sequentibus, quod si numerus non sufficiat, superiores ordinatè supplebunt, primo quidẽ propinquiores, mox alij ordinatè; quod si minor sit numerus Sacerdotũ ijdẽ ordinatè repetant: In officio verò paruo B. Virginis tantum celebrans, & sibi ex altera chori parte respondens antiphonas alternatim inchoabunt Hebdomadarius, seu celebrans semper vniuscuiusq; horæ primam Antiphonam inchoabit, ac pariter añam ad *Magnificat*, *Benedictus*,& *Nunc dimittis*, diebus quibus vesperæ sollemniter celebrãtur inchoata prima aña à celebrãte, q. sacris indutus vestibus in prima sede secũdi chori stabit, secũdam dicet Præpositus, tertiã senior celebranti proximus, quartã è regione qui post Præpositum sequitur, quintam tandem, qui tertius est post celebrantem.

Marcellin' Franol. de hor.can. Isai.

10 Sacerdos inchoãs añam, ne longum illius periodũ proferat, sed sufficit si aliquam particulam, non tñ nimis concisam dicat, nec opus est, vt aliqui putant, vt sit pars significatum complens, voce quidẽ sonora, ac intelligibili,& sono apto magis eleuãdo, quã deprimẽdo vocẽ; in duplicibus, chorus eam prosequetur eodem tono, quo à Sacerdote fuit inchoata; in semiduplicibus verò, & alijs diebus, quibus nõ duplicantur Añæ, cantores immediatè inchoabũt psalmos eodem tono, quo à Sacerdote fuit

Cærem. Petr.de Roys. Rub.XXI 7.

Rub par. Breu. inchoata Antiphona.

11 Si Antiphonæ initium coincidat cum principio Psalmi, ſemper Sacerdos inchoabit Antiphonam, cantores verò reliquam pſalmi partem, vbi ſacerdos reliquit proſequentur, exempli cauſa Dominica ad matutinum in tertio Pſalmo ſecundi nocturni ſacerdos inchoabit Antiphonam, *Diligam te*, cantores proſequentur Pſalmum, *Domine fortitudo mea*, & chorus, *Dominus firmamentũ meũ*, *&c.* & ſic de reliquis; ſemper ſtudeãt cantores, vt poſtquam Sacerdos Antiphonam inchoauerit, ipſi vſque ad pũcta, quod reliquum eſt pſalmi proſequantur; at feria ſecunda ad veſperas hebdomadario inchoãte pro Antiphona, *Magnificat*. Chorus, quia nihil pro cantoribus relinquitur, immediatè proſequetur, *Anima mea Dominum*. In tertio noct. dedicationis Eccleſiæ, quia Antiphona coincidit cũ primo verſu Pſal. non debet repeti primus verſus, ſed cãtores debent incipere Pſalmũ à ſecundo verſum, qñ Antiphona incipit, vt Pſalmus; non tamẽ eſt pars Pſalmi, vt ſequẽti Antiphona, *Dominus defenſor*, debet repeti in Pſal. à cantore, qui incipiet, Pſ. *Domin⁹ illuminatio, &c.*

P. cler. 2. noct. Dominicæ.

Cærem. Pet. de Roys.

12 Antiphonæ, quæ dicũtur in miſſa, vel in benedictionibus, vel in proceſſionibus, ſeu etiam in mandato feria quinta in cœna Domini, nõ à Sacerdotibus, ſed cantoribus initiãtur.

13 Antiphonæ B.M. Virginis, quę dicuntur in fine officii ab hebdomadario, vel celebrante ſemper inchoãtur voce quidem ſummiſſa, ac graui, excepta Antiphona, *Regina cœli*, tpe Paſchali, quę altiori voce cantantur, & à choro eodem tono continuãtur.

§. *De Verſibus, ac Reſponſorÿs.*

Direct. chori Ro. 14 Verſus omnes à duobus cantoribus in duplicibus, & diebus Dominicis, in reliquis verò ab vno tantũ in ea parte chori in qua fit officium cãtãtur: ad completorium verò ſiue ab vno, ſiuè à duobus, ſemper in medio chori dicuntur: excipiuntur aũt verſus, qui ad ſuffragia ſanctorum in officio paruo B. Virginis, & ad preces feriales dicuntur, nam hi ab hebdomadario cani debent; ſicuti etiam verſus, qui poſt Litanias habentur.

15 In exequÿs defunctorum, & in abſolutione ad tumulum verſus oẽs à cantoribus concini debẽt: in officio verò defunctorũ, niſi corpus ſit præſens, ℣. *Requiem æterna dona eis Domine*, & *Requieſcant in pace*. ſemper in numero plurali debent cani.

16 Reſpõſoria poſt Lectiones à toto choro ſimul dicuntur, verſus verò niſi ſollemniter celebretur, ab eodem qui Lectiones tam in officio diuino, quam in officio paruo B. Virginis, & mortuorum legendi ſunt; in exequÿs verò defunctorũ Reſpõſoria inchoantur à cãtorib⁹, & ꝓſequũtur à choro.

17 Rñſoria breuia ad horas diurnas dicuntur ſicut, & verſus ab vno, vel duobus cãtoribus, choro repetente.

18 Verſus. *Dominus vobiſcũ. Benedicamus Domino*, & *Fideliũ animæ, &c.* à celebrãte dicũtur. In duplicib⁹ verò, & diebus Dominicis. ℣. *Benedicamus Domino*, in fine Veſperarũ, & Laudum, necnon poſt Tertiã ſollemnem à duobus cantoribus debet proferri, verſus verò, *Requiem æternã*, & *Requieſcant in pace*. in officio defunctorũ, vt plurimum ab eodẽ celebrãte ſunt canendi: cum verò officiũ duplici ritu celebratur tunc ℣. *Requieſcant in pace*, à cantoribus cõcinatur.

§. *De Abſolutionibus, Benedictionibus, Lectionibus, & Capitulis.*

19 Abſolutiones ante Lectiones dicuntur ab Hebdomadario, quando verò officium eſt nouem Lectionum,

quia Hebdomadarius legit tertij nocturni Lectiones, Præpositus, vel eius vices gerẽs absolutionẽ pronũciabit.

20 Benedictiones ab eodem à quo absolutiones pronunciantur: cum verò celebrãs dicit Lectionem benedictio à Pręposito, vel seniore in domo assignato regulariter est pronũtiãda.

21 Siue Hebdomadarius, siue superior dicat Absolutiones, tam ipse, quam reliqui omnes in choro stant detecto capite, donec detur benedictio, ac per chorum fuerit respõsum, *Amen.* & tunc non antea sedent caputq; tegunt.

22 In officio Defunctorum, & triduo maioris hebdomadæ non dicuntur Absolutiones, neq; benedictiones, sed immediatè, dicto *Pater noster*, totum secreto omnibus sedentibus, Lectores incipiunt lectiones.

Cærem. episc. l. 2. c. 5. 23 Hebdomadarius, siue celebrans ad primam, quartam, & septimam benedictionẽ stat detecto capite prout ad absolutiones, ad reliquas verò cũ verba benedictionis profert caput detegit, non autem surgit. Lector benedictionẽ petens, dicit versus celebrantem inclinatus. *Iube domne benedicere.*

Cærem. episc. l. 2. c. 5. 24 Cum legitur textus Euangelij, donec dicatur. *Et reliqua.* omnes stãt detecto capite. At cãtans, vel legens textum euangelij non signat librum, neq; seipsũ, nec manus iunctas tenet, neq; vnquam pluuiali induitur, neq; cerei accensi deferuntur, et si sollemniter celebretur, sed omnia prout in alijs lectionibus prorsus seruentur.

Consul. Mag. Ro. 21 Nonam Lectionem cum in sollemnioribus cantat Præpositus, vel quilibet ex Patribus sacris indutus: decet, vt eam suo loco astantibus ceroferarijs cantet, & interim oẽs stent detecto capite. Quod si ob cõmoditatem populi, in aliquibus sollemnitatibus lectiones in legili ante Altare cantentur, tunc celebrans ad eundem locum cum duobus Acolythis, & ceroferariis procedens suam cantabit Lectionem omnibus interim astantibus, vt supra capite aperto. In fine verò inchoabit Hymnum, *Te Deum laudamus.*

§. *De precibus.*

26 Diebus ferialibus, atque etiam semiduplicibus, nisi occurrant infra octauam ad Primam, & Completorium semper dicũtur Preces, in quibus Hebdomadarius, dicit, *Pater noster. Et ne nos. Credo in Deum. Carnis resurrectionem.* cum versibus tono competenti, ad versum verò, *Dominus vobiscum*, eleuans vocem surgit. Ad primam verò dum dicit confessionem vocem deprimat, quam dicens, ℣. *Dignare Domine die isto.* aliquantulum eleuat, & ℣. *Dominus vobiscum*, cũ oratione tono altiori profert: diebus verò ieiuniorũ preces dicuntur etiam ad reliquas horas voce humiliori; flexisq; genibus, & ad ℣. *Dominus vobiscum*, Hebdomadarius solus surgens vocem eleuat. Rub. gene. Breu. XXXIV.

27 Triduo maioris hebdomadæ loco precum, dicitur, ℣ *Christus factus est*, & Psalmus, *Miserere, &c.* tono humiliori, nec ad orationem celebrans surgit. Cærem. epis. l. 2. c. 22.

28 In officio Defunctorum repetita Aña ad *Magnificat*, & *Benedictus*, preces, quæ sequuntur dicũtur flexis genibus, & tã ad Vesperas, quã Laudes ab Hebdomadario dicitur clara voce. *Pater noster. Et ne nos, &c.* & ad orationem dicens altiori voce, ℣. *Dominus vobiscum.* surgit, & si officium sit sollemne induitur pluuiali, & ceroferarii cum candelabris accẽsis assistunt, die verò commemorationis omnium fidelium Defunctorum, & qñcunq; officiũ est nouẽ lectionũ,

& si non dicantur Psalmus, *Lauda anima mea*, ad Vesperas, & *De profundis*, ad Laudes, dicuntur tamen Preces flexis genibus.

29 Post psalmos graduales Preces dicuntur flexis genibus, ad orationem tamen hebdomadarius surgit.

30 Post Litanias, versus precum dicuntur flexis genibus; ad orationes tamen ipse solus Hebdomadarius surgit, & si litaniæ dicantur sede vacante, omittitur versus. *Oremus pro Pontifice nostro N.* quòd vel omnino tunc omitti debet, vel loco eius dici ℣. *Tu Domine qui nosti corda omniũ.* ℟. *Ostende quem elegeris*, similiter ad orationes post preces, vel omnino omittitur oratio, *Omnipotens sempiterne Deus*. vel eius loco addatur oratio. *Supplici Domine humilitate deposcimus, &c.* quæ habetur in missali Ro. in missa pro eligendo Summo Pontifice.

31 Suffragia, quæ post preces sequuntur, omnibus sicut, & ad preces genuflexis solo hebdomadario stãte eadem voce, qua oratio dici debent.

32 Preces quæ dicuntur tempore Capituli post nonam, flexis genibus dicantur hebdomario inchoante, reliquis verò respondentibus, & ad orationes tãtum hebdomadarius surget; Intra capitulum verò à Patre Generali, vel Præside inchoabuntur; eodemque modo prosequentur.

33 Preces quæ dicuntur causa lætitiæ, & pro gratiarum actione post electionem Patris Generalis, vel in aduentu noui Præpositi, non flexis genibus, sed stando, altioriq; tono cãtantur, cantoribus inchoantibus Hymnum, *Te Deum laudamus.* versus verò, & orationes à Patre Generali, vel Præposito dicentur.

34 Ad versus, qui dicuntur ad Preces nunquã additur Alleluia; qñ verò pro gratiarum actione, & causa lætitiæ tempore Paschali dicuntur ad oẽs versus excepto. ℣. *Domine exaudi orationẽ meã*. alleluia addi debet.

§. *De orationibus.*

35 Orationes semper in officio à celebrante stante iunctisq; manibus dicuntur, q̃ si plures dicãtur, prima tñ, & vltima concluduntur, Attamẽ ante quamlibet earum chorus cantabit añam, cãtores versum, vti chorus respõdebit, & celebrãs subdet. *Oremus*. Direct. chori Ro.

36 In cõclusionibus orationum attendãtur ea rubricis Breuiarij habentur si ad Patrẽ dirigatur oratio, concludatur *Per Dominum, &c.* si ad Filium, *Qui viuis, & regnas*, si in principio orationis fiat mentio filij. *Per eundem, &c.* si in fine. *Qui tecũ, &c.* si verò Spiritus sancti fiat mentio, cõcludatur. *In vnitate eiusdem Spiritus sancti, &c.* Rub. gene. Breu. XXX. 4.

37 Qñ in officio defunctorum dicũtur plures orationes, omnes dicuntur sub vna conclusione, & ante primam tantum dicitur. *Oremus.* Rub par. Breu.

38 Orationes quæ dicũtur post Litanias omnes dicuntur sub vna conclusione; & tantum ante primã hebdomadarius dicit. *Oremus*.

39 In officio ad Laudes tantũ, & ad Vesperas plures dicuntur orationes, & tunc si alicuius Sancti currẽtis facienda sit commemoratio, ante aliorum suffragia fiat.

40 Patroni, vel Titularis Ecclesiæ ante vel post commemorationem B. Virginis, vel Apostolorũ pro dignitate illius commemoratio fiat; añã, & versus ex officio, eius cuius fit commemorio assumentur, in vesperis q. dẽ Añã ad Magnificat, in Laudibus verò quæ ad Benedictus, cum versu qui post hymnum habetur regulariter sumi debent; oratio verò accommodabitur, vbi .n. habetur cuius sol- Rub. gen. Bren. IX. 11. & XXXV. 1. Rub. gene Breu. XXI. 9. Rub. gene. Breu. XXXIV. 3.

lemni-

lemnitatẽ,vel natalitia dicetur,cuius commemorationẽ, quod si commemoratio fit S.Io.Baptistæ dicitur oratio,quæ in eius vigilia habetur.*Præsta quæsumus,&c.*si S.Stephani,quę in eius octauā.*Omnipotens sempiterne Deus,* si B.Virginis cuiuscunq; tituli nulla alia præter communionẽ. Si alicuius Martyris atq; Pontificis, et si in die dicēda assignetur oratio. *Deus qui nos,&c.*dicatur.*Infirmitatem,&c.* si martyris tantum dicatur *Præsta quæsumus omnipotens Deus, vt intercedente,&c.* quod si concurrat cum oratione alicuius sancti illo die occurrentis mutetur cum alia ex eodem communi.

41 Omnes orationes et *Pater noster,* cum totū dicitur clara voce ante preces Vesperarum,ac Laudū diebus ieiuniorū, à Sacerdote stante dici debent,tantum excepta oratione, *Respice quæsumus Domine,* quando in triduo maioris hebdomadæ in officio dicitur.

42 Ante primā,& post vltimā orationem in officio Diuino excepto triduo maioris hebdomadæ semper repetitur, ℣. *Dominus vobiscum,*et si vnus solus extra chorū celebret,& *Benedicamus Domino*, eodem tono quo dicta fuit oratio, & tandem humiliori voce dicetur,℣.*Fidelium animæ, &c.* In officio verò Defunctorū post orationes dicetur, ℣. *Requiem æternam dona eis Domine*, & *Requiescant in pace. Amen.*

De modo celebrandi diuina officia diebus ferialibus.

Cap. XIX.

1 CVm satis,superq; Diuini officij partes,quibus constāt sint explicatæ ad vlteriora congruo ordine pregredientes, primò modum, quo ipsa diebus ferialibus sint celebranda trademus, quæ vulgari partitione omnia, vel ferialia, vel festiua sunt;illa quidem,quæ ferijs per anni cursum infra hebdomadam celebrantur ferialia;hæc verò,quæ diebus festis,quibus missæ cantantur,& altare thurificatur festiua dicimus; vnde rursus ista in festis primæ,& secundæ classis, & duplicibus, quæ ex præcepto seruantur, atq; etiam Dominicis per annum distinguere consueuimus:ferialia deniq; ea modo esse dicimus, quæ officio trium lectionum celebrantur, quibus ea quoque addimus,quæ etsi duplici,vel semiduplici ritu iuxta rubricas Breuiarij, & Missalis celebrentur, non tamen solemni ritu, prout in diebus festis ordinātur.Ac primo quidem ferialium officiorum ritum explicaturi,à vesperis,ecclesiastico moræ initium sumēdum duximus.

De vesperis diebus ferialibus.

2 Qua hora diebus ferialibus quo quo tempore, & quot campanarum signis ad vesperas celebrandas pulsari oporteat, satis suo loco à nobis est supra explicatum lib. 1. c. XVI.

3 Antequam vltimum signum detur Acolythus superpelliceo indutus duas candelas super altare accendet; hebdomadarius ab ea parte chori,in qua hebdomada illa celebrari ex ordine cōtingit superpelliceo indutus, librum signaculis proprijs quibusq; locis,singula opportunè præuidens, disponit.

4 Primò ob præcipuam ergo Beatissimam Virginē pietatem officium paruum eiusdem B. Virginis semper diebus ferialibus,ac simplicibꝰ iuxta rubricas Breuiarij in choro canimus: nostros enim, ne latum quidē vnguē à Romanis ritibus,ac ceremonijs recedere decet.& si Pius V. fel.mem.secundum

Io.Belethus de diuin.off. c. 4.

Cōst.par. 1.c.1.

Const.p p.c.1.

Rub.par. Breu.ī fi de off.B. Virg.

Bulla Pij V.incipit Quod à nobis.

cũdũ indulgẽtiã concesserit, vt sine peccati periculo prętermitti possint, nos tamen eiusdẽ Pontificis Maximi pijs obsecrationibus obedientes filij, omittere nõ consueuimus; non enim decet arctiori via Apostolorum vestigijs inhærẽtes Diuinas laudes minuere, cũ illis accessus, præsertim à pijs, ac religiosis viris semper sit faciendus, ac propterea cũ ex eiusdem Breuiarij rubricis, vel aliqũ superiorum permissu omittitur constitutionibus cautum est, vt quisq; priuatim recitet.

Const.p. p.c.1.

5 Diebus igitur ferialibus quando tale officium dicendum est, ante officij currentis dicantur vesperæ officij parui B. Virginis, in quibus celebrandis, quia quædam ad hebdomadariũ spectant, alia ad cantores, ac quamplura ad reliquos in choro existẽtes, de quibus omnibus in proprijs locis, cum de officio hebdomadarij, vel cãtoris, seu etiam de Antiphonis, vel disciplina in choro seruanda satis supra egimus.

6 Post vesperas (exceptis ferijs quadragesimæ) immediatè dicitur Completorium, in quo cantor dicit Capitulum, hebdomadarius verò reliqua, vt suis locis explicatum est supra, & dicto *Benedicamus Domino*, dicitur immediatè, si dicendum sit completorium officij parui B. Virginis.

7 Post cõpletorium, si terminetur officium, fit aspersio aquæ benedictæ supra præscripta l.2.c.12.nu.6.

De Matutinis ferialibus.

8 Matutinum regulariter dicitur horis nocturnis ad auroram, prout in proprio loco de sonu campanarum fusius est adnotatum.

9 Pro matutinis præparabunt clerici superpelliceum hebdomadarij: in medio autem chori etiam legile apponent cum Breuiario aperto, suisq; signaculis pro Lectionibus, ac Respõsorijs disposito; candelulam quoque in instrumento, quod Buciam dicũt: duas quoq; candelas, & candelabra, cum candelis disponãtur, & dum datur vltimũ signum accendantur candelæ omnes, hebdomadarius quoq; superpelliceo induatur.

10 Si officium non sit duplex, vel semiduplex, primũ omnium dicitur matutinum officij parui B. Marię Virginis; in quo celebrans dicit, *Domine labia mea aperies*, & interim ipse, ac reliqui omnes signant os pollice dexteræ; & subdens, *Deus in adiutorium, &c.* signant se à fronte ad pectus prout ad vesperas. cantor suo loco stans dicit inuitatorium, inchoat Hymnum, & cum à celebrante fuerit inchoata Aña, ipse psalmum intonabit, & tunc omnes tecto capite prosequuntur psalmos, in quorum fine ad, ℣. *Gloria Patri*, caput detegunt, & inclinant.

Cærem. episc.l.1. c.8.

11 Dicto tertio psalmo cantor dicit versum, & tunc omnes caput detegũt hebdomadarius, dicit *Pater noster*, & *Ne nos, &c.* subdit absolutionem, & pronuntiat benedictiones, cantor verò legit Lectiones, & Versus Responsoriorum; & dum post tertium responsorium dicitur, ℣. *Gloria Patri, &c.* omnes detecto capite surgunt: & immediatè post dicuntur Laudes eodem modo, quo vesperæ.

12 Post Laudes dicto, *Benedicamus Domino, &c.* immediatè pro matutino diei Hebdomadarius dicit, *Domine labia mea, &c. Deus in adiutorium, &c.* cantor verò in medio ante legile dicit Inuitatorium, inchoat Hymnum, & Psalmos; Antiphonæ verò intonantur à Sacerdotibus, vt suo

Cærem. episc.l.1. c.6.

loco

Rub. pe. ne. M. XV. 3. Rub. ge. ne. M. XV. 3. loco supradictum est. Post vltimam Antiphonam cantor dicit versum; celebrans verò, vel superior absolutiones, & benedictiones, & Lectores, vt suis locis est adnotatum, dicunt Lectiones.

Cõst. p. 1. c. 1. 13 Dicto matutino immediatè dicuntur Laudes, eodẽ modo quo Vesperæ, & in fine post Antiphonam B. Virginis datur signum salutationis Angelicæ maiori campana ecclesiæ; quod si ante illucesceret, dabitur signum cum campana maiori pro populo, & cum campanula in fine dabitur signum initij orationis mentalis, quæ semper iuxta constitutiones

Const. p. p. 1. c. 8. duret per dimidium horæ spatium.

14 Post matutinum dato signo à Superiore, si quis inter psalendũ aliquem cõmisit errorem se accusabit: celebraturi verò, atque etiam clerici, si sacram communionem sint sumpturi, benedictionem à superiore petant; tum hebdomadarius deponit

Rub. p. Breui. in fine. superpelliceum, clerici verò extinguunt candelas, remouent legile, & candelabra; omniaq; suis locis asportant.

15 Diebus Dominicis, atq; etiam duplicibus omnibus eadem omnino seruentur, cantores tamen nõ in suis locis, sed in primis sedibus chori inferioris stantes, in medium conueniunt, cum psalmos inchoant, ac versus cantant.

De horis diurnis diebus ferialibus.

16 Pro prima diebus ferialibus preparetur ab ea parte chori in qua sit officium superpelliceũ cum Breuiario pro celebrãte, & martyrologium pro cantore.

17 Ante primam discutiant clerici puluerem à sedibus chori, deinde superpelliceum cum Breuiario ab ea parte chori in qua fit hebdomada pro celebrante apponãt, pro cantore verò Martyrologium, in altari verò sint duæ candelæ accensæ, & dato signo campanæ, omnes pie conuenientes genuflexi expectant, donec à superiore detur signum inchoandi: & tunc dicto, *Pater noster, Aue maria,* & *Credo*, secreto hebdomadarius signans se dicit, *Deus in adiutorium, &c.* cantor verò dicto, *Alleluia*, vel *Laus tibi Domine, &c.* incipit Hymnum, post quem Hebdomadarius inchoat Antiphonam, cãtor verò Psalmũ, quo incepto omnes tecto capite prosequũtur, & in fine ad ℣. *Gloria Patri, &c.* caput detegunt, & inclinant: alter verò cãtor ex altera chori parte, cũ res postulauerit psalmos inchoabit.

18 In fine psalmorum dicitur Antiphona: postquam hebdomadarius dicit Capitulum, cantor verò versus, quòd si officium sit duplex, dicetur à duobus cantoribus.

19 Preces si sint dicendæ proferentur ab hebdomadario modo supra præscripto, post versus, vel etiam post preces, dicetur, ℣. *Dominus vobiscũ,* & oratio, *Domine Deus omnipotens,* post quam rursus hebdomadarius, dicit, *Dominus vobiscum,* & *Benedicamus Domino.* Rub. pe. ne. M. XV. 3.

20 Si dicendum sit officium paruum B. Virginis, responso per chorũ, *Deo gratias*. Hebdomadarius inchoabit, *Deus in adiutorium, &c.* cãtor verò hymnum, post quem hebdomadarius inchoabit Antiphonam, & cantor Psalmos, & tunc omnes tecto capite prosequuntur illos in fine ad ℣. *Gloria Patri*. caput detegunt, & inclinant, post Psalmos dicitur Antiphona, postquã celebrans dicit Capitulum, cãtor verò versum; post quẽ dicto à choro *Kyrie*, hebdomada- Rub. ge. ne. M. XV. 3.

rius

rius, dicit, ℣. *Dominus vobiscum*, & orationem, iterumque post ea, *Dominus vobiscum*, & *Benedicamus Domino*.

21 Post *Benedicamus Domino*, responso à choro, *Deo gratias*, omnes dimittentes placide sedes, cooperto capite sedent: cantor verò stans suo loco detecto capite legit martyrologium, quo dicto omnes detecto capite surgunt.

22 Hebdomadarius post martyrologium responso à choro; *Deo gratias*, dicit, *Pretiosa in conspectu Domini, &c. Sancta Maria, &c. Deus in adiutorium*, ter, nec interim se signat, *Pater noster: Et ne nos*: & *Respice quæsumus*, cum ℣. *Gloria Patri, &c.* & oratione, *Dirigere, &c.* postquam Cantor pro absolutione capituli dicturus Lectionem conuertit se ad Hebdomadarium, dicens, *Iube domne*. postea legit lectionem, postquam hebdomadarius subdit, *Adiutorium*, Benedicite, & *Dominus*, nos benedicat, subdensque, *Et fidelium animæ*, pronũtiat eodem tono.

Rub.gene.Miss. XV. 3.

23 Si dicenda sit missa cantata pro defunctis, siue cum ministris, siue sine ministris dicatur immediatè post Primam; qua completa, atque etiam si facienda sit, post absolutionem immediatè dicantur Tertia, & Sexta.

24 Tertia dicitur eodem modo quo prima, hebdomadario inchoante. *Deus in adiutorium*, & Antiphonam, qui etiam dicet capitulum, & orationem, postquam si dicẽdum sit officium paruum B. Virginis, dicto, *Benedicamus Domino*, dicatur eodem modo, quo ad primam dictum est.

Rub.gene.Miss. XV. 2.

25 Post tertiam eodem ordine dicatur Sexta; quod si ieiunium sit ex præcepto ecclesiæ, dicatur etiam nona post Sextam, quod etiam seruetur si dicenda sit missa pro defunctis in officio sollemni sepulturæ, vel in cõmemorationis omnium fidelium defunctorum: Idem seruetur, cum dicenda est missa sollemnis pro re graui, vel publica ecclesiæ causa.

Rub.gene.Miss. XV. 3. Rub.gene.Miss. XV. 5.

Cõst.p.1. c. 1.

26 Reliquis diebus regulariter Nona dicitur à prandio, vel si ieiunandum sit nõ ex præcepto ecclesiæ, sed iuxta ritus nostræ congregationes, tunc immediatè ante mensam dici debet; cum tamen seorsum ab alijs horis dicitur, non vtimur superpelliceis; imò nec hebdomadarius illo tunc vti debet.

De officio mortuorum, Psalmis gradualibus, Pœnitentialibus, ac Litanijs.

Rub.par. Breu.in fine.

27 Huiusmodi officia dici debent diebus à rubricis assignatis, quas ad vnguem obseruare intendimus, quomodo autem dici debeant, & qua hora suis locis est explicatum, officium tamen mortuorum, etiam pro defunctis fratribus, Duplici ritu, vt suo loco adnotauimus, est celebrandum.

De celebratione Festorum dierum. Cap. XX.

1 Festa, quæ per anni circulũ ecclesiastico ritu celebrãtur multiplicia sunt, alia enim mobilia, alia immobilia dicuntur, quæ iuxta Romani Breuiarij rubricas diuersa, atq; distincta habent officia, nam quædã sunt Domini, quædam verò Sanctorum, quorum alia sunt duplicia, alia semiduplicia, pleraque simplicia: Duplicia verò ipsa non omnia eiusdem sunt naturæ, quædam enim sunt primæ classis, quædã verò secundæ, nõnulla qnoq; ac pariter sollemnia ex-

tra ordinẽ classis. Reliquorũ, & si omnia eiusdem sint ordinis; quædam tamen maiora dicuntur, de quibus omnibus proprijs quibusq; locis distinctè tractabitur.

2 Nunc vt ordinatè procedamus, festa primæ classis triplici ordine distinguimus, nam & si omnia, ac singula quoad recitationem officij æquali ritu ordinari debeãt, quoad sollemnitatem tamen, & apparatum ministeriorũ videlicet, & ecclesiæ, distinctione opus est, nam in festiuitatibus primæ classis, quæ sunt primi ordinis semper celebrabit Prelatus, altaris, & reliquorum ornatus erit splendidior, paramenta omnia sollemniora; matutinum sollemnius celebrabitur, nã ad totum matutinum accendentur omnia luminaria altaris, & parietum; fores Ecclesiæ à primis Vesperis, & in ipso Festo tota die patebunt, atq; semper in altari candelæ erunt accẽsæ; thymiamateria cum prunis accensis, & aromatibus in ecclesia opportuno loco apponentur; In festis verò primæ classis secũdi ordinis pariter Prælatus celebrabit, paramenta, & reliqua ecclesiæ ornamenta erunt quidem pretiosa non tamen sollemniora. Ad matutinum sex tantum candelæ accendentur; Laudes sollemniter celebrabuntur, ad quas celebrans adhibebit pluuiale, atque cerei supra parietes accendentur, & ad Benedictus thurificabuntur altare, ac reliqua prout ad Vesperas. Ad missam autem sollemnẽ in istiusmodi sollemnitatibus primi, & secundi ordinis semper Diaconi ministerium aliquis ex aptioribus Sacerdotibus à magistro cæremoniarum deputatus præstabit, in ijs autem quæ sunt tertij ordinis, celebrabit Pater Vicarius, vel aliquis ex senioribus, ad Laudes non adhibebitur pluuiale, nec incensabitur altare, neque etiam tota die accendentur candelæ super altare, supra parietes verò tantum ad missam, & vesperas cerei accendentur.

3 Dies Festus primæ classis primi ordinis sunt.

Natiuitas D.N. Iesu Christi.
Epiphania Domini.
Pascha Resurrectionis.
Dies Pentecostes.
Sanctus Titularis ecclesiæ. & dies Dedicationis ecclesiæ; qbus ex præcipua pietate erga Beatissima Virginem, Gloriosissimæ eius Assumptionis Festum, quod celeberrimum est addere consueuimus.

4 Dies Festus primæ classis. Secundi ordinis sunt.

Ascensio Domini.
Festũ sanctissimi Corporis Christi.
Festum omnium Sanctorum.

5 Dies Festus primæ classis tertij ordinis sunt.

Festum S. Stephani mart.
Sancti Ioannis Euangelistæ.
Feria secunda Paschæ.
Feria tertia Paschæ.
Feria secunda Pentecostes.
Feria tertia Pentecostes.
Festum sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli.
Natiuitas S. Ioannis Baptistæ.
Festum Patroni precipui ciuitatis.
Anniuersarium dedicationis Ecclesiæ.
Festũ exaltationis S. Crucis, quæ est nobis titularis.

6 Festa quoq; Purificationis, Annunciationis; atq; Natiuitatis B. Mariæ semper Virginis, & si iuxta Rubricas sint secundæ classis, ac propterea officij ritus eo modo ordinari quoad recitationem debeat, tamen ob venerationem, & præcipuam deuotionẽ Beatissimæ Virginis, quoad

sollem-

follemnitatem,& cultus ornatum,ac si essent primæ classis, tertii tamen ordinis,celebrare consueuimus.

De Vesperis diebus Dominicis,ac Festiuis. Cap.XXI.

1 PRo celebratione Vesperarum a quibus sacræ sollemnitates initium sumũt, quarũ primæ propterea semper sollemnius celebrari debent, omnia pro festorum qualitate opportunè præparentur, altare congruè,prout festum requirit,ornetur; super altare sex candelæ accendendæ, & si festum sit ex sollemnioribus etiã supra parietes sex vel octo cerei collocentur; lampades concinnantur, in altari seu credentia in choro, aptentur quoque duo candelabra cum cereis deferẽda à ceroferariis: pro celebrante ante primam sedẽ primi chori, si Præpositus domui suæ,vel Pater Generalis;si verò alius ex patribus ante primam sedem secundi chori præparetur Breuiarium cum integumento coloris paramentorum distinctum signaculis; in sollemnioribus verò sternatur ante sedem supra scamnum,seu genuflexorium tapetũ cum puluino,& vbi non est talis strictura in huiusmodi præcipuis sollemnitatibus sternatur tapetũ,vel pannus ante sedem, seu locum celebrantis, Breuiarium verò supra legile ante sedem ponatur.

2 In Sacristia supra scamnum, seu mensam præparetur pro celebrante saltim amictus,& stola cum pluuiali, in sollemnioribus verò etiam cingulus,& alba: thuribulum item cũ nauicula;vas cum prunis accensis.

3 Dato primo signo accenduntur lampades omnes si fortè antea non fuerint accensæ, & omnia in altari, sacristia,ac choro disponuntur; omnesque superpelliceis induti ad chorum se conferunt.

4 Antequã detur vltimum signum Acolythi accendunt cereos in altari;celebrans verò in Sacristia accipit sua paramenta, diebus quidem Dominicis supra superpelliceum amictum quo collaria circundat,stolam, & pluuiale:in maioribus verò sollemnitatibus induit se amictu,alba, cingulo,stola,ac pluuiali, & interim nõ dicit orationes, *Impone Domine capiti mei,&c.*stolam autem accommodat ante pectus ad modũ crucis eodem modo,quo in missa.

5 Cum vltimum signum datur in chorum proceditur præcedentibus Acolythis, ac ceroferariis ante ostiũ Sacristiæ expectantibus, vbi omnes aspergit, chorumque ingrediens in medium prius Sacramento genuflectit, ac Prælatis si adsint prius,mox aliis ex arduo se inclinant,deinde ad locum suum accedens, videlicet in prima sede secũdi chori, genuflexus orat donec à superiore detur signum incipiendi, & tunc omnibus surgentibus secreto dicit, *Pater noster*, & *Aue maria*, quibus dictis aliquantulum versus superiorem capite inclinatus licentiam petit incipiendi, & sinistram manum ante pectus tenens dextera aperta munit se signo crucis à fronte ad pectus, cãtans intelligibili, ac sonora voce, *Deus in adiutorium meum intende*, & vnoquoque verbo tangit manu, primo frontem,deinde pectus, mox humerum sinistram,vltimo dextrum, & in fine iungit manus ante pectus. Cærem. episc.L.2. c.1.

6 Cum chorus,dicit,℣.*Gloria Patri*, *&c.* caput inclinat vsq; ad *Sicut erat,&c.* & dicto *Alleluia*, vel *Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ*, inchoat ipse primam Antiphonam, &

inchoato

inchoato Psalmo à cantoribus omnes caput tegunt,ipse verò celebrans ſtat capite cooperto, ac pluuiali, vt prius indutus vſque ad finem vesperarum.

7 Cantores in primis ſedibus chori inferioris præcedentes in medium factis, vbi par eſt reuerētijs altari,ac mutuis ad inuicem inclinationibus inchoant Pſalmos, Sacerdotes verò ex ordine hinc inde Antiphonarum initia pronunciabunt, ſuperiore, vel ſeniore,qui in altero choro eſt ſecundam incipiente,cæteras ſeriatim modo in vnam, modo in alteram chori partem.

8 Cum cantatur vltimus Pſalmus Acolythus,cum debitis reuerentiis, accedens ad altare,accendit duos cereos in candelabris maioribus, & interim thuriferarius parat ignem in thuribulo: ceroferarii verò accendūt cereos in ſuis candelabris, & dicto ℣. *Gloria Patri,&c.* facta altari genu flexione,accedunt ad celebrātem cui inclinant,ac facie ad inuicem cōuerſa,dum dicitur capitulum,& inchoatur hymnus aſſiſtunt.

9 Celebrans, repetita Antiphona, ſtans manibus iunctis,capiteq; detecto cantat Capitulum,& principium Hymni,quod ſi Hymnus ſit. *Aue maris ſtella*, ſiue *Veni creator Spiritus*, poſtquam illum intonauit genuflectit,alii verò omnes exceptis ceroferariis à principio genuflectunt, ſicq; permanent omnes donec compleatur totus primus verſus, quo completo ſurgentibus omnibus, ipſe quoq; celebrans ſurgit. (Cærem. Bon.l.2. c.10.)

10 Inchoato Hymno ceroferarii, cum debitis reuerentiis recedunt, & in fine cantores reuerentiis in medium accedentes dicunt verſum, ceroferarii verò interum repetunt candelabra, & tunc cum thuriferario, & Acolytho in medium accedunt, ibique faciebus ad inuicem conuerſis expectant celebrantem, qui inchoata Antiphona ad *Magnificat*, ad vtramque chori partem honoris ſignum præbens ſe inclinabit, eique omnes capitis inclinatione reſpōdebunt; mox à ſede ſua ad mediū chori deſcendenti thuriferarius, ac reliqui Acolythi ſe inclinant, atq; ad altare ſe ſtatim conuertunt.

11 Cantores dicta Antiphona, inchoāt canticum, *Magnificat*,& tunc celebrās ſignās ſe ſigno crucis à frōte ad pectus, à genuflectit in medio, vnaq; cū ipſo reliqui miniſtri, ac per oſtiolum à latere Euangelii præcedentibus thuriferario, & Acolytho, & poſt eos ceroferariis, vltimus ad thurificandum altare detecto capite; manibuſque ante pectus iunctis procedit.Quod ſi Antiphona non duplicetur, ipſam non in ſuo loco, ſed in medio chori intonabit. (Cærem. epiſ.l.2. c.2.)

12 Ad medium altaris perueniēs, ſupra infimum gradum genuflectit, miniſtri verò poſt eum in plano recta linea, ceroferarii quidem hinc inde a lateribus;thuriferarius verò, & Acolythus in medio eorum,ſimul genuflectunt,ac ſurgunt.

13 Ceroferarij dum altare thurificatur ibidem aſſiſtant;ipſe verò celebrās altare aſcendens in medio illud oſculatur, mox ſe verſus cornu epiſtolæ conuertens; miniſtrātibus thuriferario ante eum in ſupremo gradu genuflexo thuribulum, cum prunis accenſis, & Acolytho à ſiniſtris thuriferarii pariter genuflexo nauiculā, immittit in illud, ac benedicit incenſum, ipſumque altare thurificat, modo in proprio loco ſupra explicato,l.2.c.13.nu.6.interim nihil dicit. (Cærem. epiſc.l.2. c.1.)

14 Thurificato altari,celebrās ſtans in cornu epiſtolæ reddit thuribulum

thuriferario, Acolythus verò pluuiale adaptat, ipſe verò facit in medium cruci inclinationem, atque poſt gradus deſcendens, vt prius genufleƈtat, & in chorum per oſtiolum à latere epiſtolæ reuertitur, ibique facta iterum in medio genuflexione, Acolythi celebranti ſe inclinabũt, ac ceroferarij candelabra ſupra altare chori deponunt; ipſe verò celebrans accedens ad ſedem ſuam, vtrique chori parti, vt prius ſe inclinãs ſalutat omnes, qui pariter ei capitis profunda inclinatione reſpondent.

15 Qui in choro ſunt maiori pauſa, ac tardiori grauiorique cantu cãticum, *Magnificat*, cantabunt, quo altare, ac reliqui antequam perficiatur Antiphona thurificari poſſint; ac propterea thuriferarius ſtatim celebrãtem, mox reliquos ex ordine modo ſupra præſcripto thurificabit l. 2. c. 13. num. 21. ac dum dicitur oratio omnis thurificatio ceſſabit, ad præſentiam namque figurati ceſſat omnis figura. Dum repetitur Antiphona, ceroferarii cum cãdelabris accedunt, ipſaq; completa celebrans dicit, ℣. *Dominus vobiſcum, Oremus*, & orationem ſemper ſtans iunctis manibus, nunquam ipſas deducens; nec aperiens.

Cærem. epiſ. l. 2. c. 1. Cærem. Pet. de Roys. Cærem. epiſc. vbi ſup.

16 Si faciendæ ſint commemorationes, ſeruato ordine in Breuiario præſcripto, cantores in medio chori dicãt verſus, ipſe verò celebrans eodem ordine quo ſupra iunctis manibus dicit Orationes, poſt quas rurſus dicit, ℣. *Dominus vobiſcum*, & cantores, *Benedicamus Domino*; ipſe verò voce humiliori dicit, ℣. *Fidelium animæ, &c.* ceroferarij dicto, *Benedicamus Domino*, recedentes deponunt candelabra; & ſi immediatè dicendum ſit completorium, celebrans dicto, *Fidelium animæ, &c.* vtrique parti in choro inclinans, & factis altari genuflexionibus præcedentibus ceroferariis recedit in ſacriſtiam, ibique paramenta deponit, aliuſq; Sacerdos immediatè poſt eum ſubſequẽs eius vices; donec reuertatur ad Completorium ſuppleat: quod ſi ibi terminandũ ſit officium, dicatur Antiphona B. Virginis, poſtquam pluuiali, vt ſupra indutus, præcedẽtibus Acolythis, ac ceroferariis cũ candelabris accenſis vtriq; parti chori inclinans capite cooperto iunctiſque manibus cum debitis reuerentiis ordine quo venerat recedat.

17 Completorium his diebus ſi dicẽdum ſit immediatè poſt veſperas; ab eodem celebrante pluuiali tãtum depoſito dicatur, in altari verò tantũ duo cerei maiores, & qui ſupra parietes ſunt extinguantur, reliqui accenſi relinquantur ſicut ad veſperas, acceſſorium enim ſequitur principalis conditionem.

18 Idem ſeruetur in feſtis ſecundæ claſſis. Dominicis verò, & Feſtis in anno celebrans depoſito pluuiali, & amictũ in locũ ſui ordinis accedens Hebdomadarii munus implet, nec amplius pluuiali induitur.

19 Acolythi niſi immediatè poſt veſperas ante cõpletoriũ ſi cerei fuerint extincti dato ſigno recedendi, & non prius eos in altari extinguunt, incipiendo à remotioribus à cruce, & ſi ſollemnitas ſit ex maioribus, vel dies indulgẽtiarum; ſuper altare duo candelabra cum cereis accẽſis adaptentur, quod ſi ſanctorum reliquiæ ſint ibi expoſitæ, decet vt quatuor cerei ſuper candelabra accendantur.

20 Si inter veſperas, & Completorium intercedat ſacra Lectio, vel tẽporis ſpatiũ interponatur, vt in Quadrageſima, tũc Completorium abſq; vlla ſollemnitate ab Hebdomadario

ſuo loco ſuperpelliceo tantum induto celebrabitur omnibus etiam alijs ſuperpelliceo indutis; & ſuper altare duæ tantum candelæ accendantur.



De matutinis ſollemnibus.

Cap. XXII.

Cærem. piſc.l.2. c.5.

1 PArentur in Sacriſtia pro matutinis ſollemnibus celebrandis omnia paramenta ſicut ſupra dictum eſt ad Veſperas; pariter in choro paretur ſedes celebrantis cũ Breuiario, in medio verò chori legile nudum, ſine aliquo opertorio, cum Breuiario ſignaculis diſpoſito pro lectionibus cantandis, in quo ſit etiã candelula cum Bugia: cerei in altari bene diſponantur, & dato ſecundo ſigno campanarum, feſtis primæ claſſis primi ordinis celebrãs induit ſe ſacris veſtibus prout ad veſperas, acolythi verò interim in altari omnia bene diſponunt, cereos ſex in altari, atque etiam eos qui ſunt ſupra parietes accendunt; cæteri verò interim ſuperpelliceis induti quilibet ad ſe cum ſui ordinis accedit, ibique genuflexus more ſolito expectet.

2 Omnibus diſpoſitis datur tertium ſignum, & interim celebrans pluuiali indutus præcedentibus ceroferarijs cum candelabris accenſis ante oſtium aſpergit miniſtros, & ad chorum eodem modo quoad veſperas accedit. ibique in medio genuflectit, mox aſtantes hinc inde capitis inclinatione ſalutat, & ad ſuam ſedem procedens aliquantulum genuflexus orat, ceroferarij verò recedunt.

3 Dato ſigno à ſuperiore omnibus ſurgentibus, dicit ſecreto, *Pater noſter*, *Aue Maria*, & *Credo*, tum ſignans ſe pollice in ore dicit, *Domine labia*, *&c.* mox ſubdens, *Deus in adiutorium*, *&c.* ſe ſignabit. Ad ℣. *Gloria Patri*, *&c.* omnes caput inclinant.

4 Cantores, qui ad ſtare debent in primis ſedibus chori inferioris in medium procedentes genuflectunt, ſeque inuicem aliquantulum honoris ſigno capitis inclinatione ſalutantes cantant Inuitatorium ex libro ſupra legile ante ſe poſito. Quo cantato pariter cũ debitis reuerẽtijs recedunt, & celebrãs inchoat Hym: poſtquẽ inchoabit etiam Añ m, & ipſi in medium conſuetis reuerentijs procedentes inchoabunt Pſalmum, quem omnes cooperto capite proſequuntur, & tunc celebrans pluuiale deponit. Cærem. epiſc. lib. 2.c.6.

5 Cantores eodem modo quo primum Pſalmum, inchoabũt reliquos, & repetita tertij Pſalmi Antiphona eodem loco dicent Verſum. poſt quem omnibus detecto capite ſtantibus celebrans dicit, *Pater noſter*, & *ne nos*, *&c.* ſubdens deinde abſolutionem.

6 Lectores aſsignati à magiſtro cæremoniarum ſinguli cantabunt octo lectiones in legili in medio chori poſito, & ſi in Eccleſia ſit populi concurſus, atque conſuetudo id poſtulauerit, ante altare erit legile, & tunc acolythus miniſter præcedendo Sacerdotem cantaturum lectionem ad locum ducet, dumque illam cantat poſt eum ſtabit, lector vero dicta abſolutione

versus celebrantem inclinatus dicet, *Iube domne benedicere*, cui ille respondens dicit benedictionem, qua dicta responsoq; per chorũ, *Amen*; omnes tecto capite sedent, ipse verò lectionem cãtabit modo supra præscripto, in cuius fine dicturus, *Tu autem Domine miserere nobis*, genuflectit versus altare, & Acolytus cũ eo: rediens verò antequam ad locum suum accedat, ijs qui in choro sicut hinc inde se inclinabit: idem respectiuè seruabunt alij cantaturi lectiones.

Cærem. episc.l.2. cap.5:

7 Celebrans ad primam, quartam, & septimam benedictionem stabit capite detecto, ad reliquas non surgit, sed tamen caput detegit.

Cærem. episc.l.2: c.5:

8 Ad versum, *Gloria Patri*, post Responsorium omnes surgunt, & detecto capite se inclinãt pariter cum dicitur in secundi, ac tertij nocturni Responsorijs.

9 Antiphonæ, ac Psalmi secundi, & tertij nocturni cantantur eodem modo quo dictum est de primo nocturno, cum tamen cãtatur pro septima Lectione textus Euangelij omnes stant detecto capite, donec dicatur, *Et reliqua*, *&c.* non tamen adhibeantur luminaria, nec cantans Euangelium stat manibus iunctis, neq; librum, nec se signabit.

Cærem: episc.vbi supra

10 Dum cantatur octauam Responsorium celebrans accipit pluuiale, & accedunt ceroferarij cum candelabris accensis ante eum, qui stans in sede sua detecto capite, antequam lectionem incipiat conuertens se ad seniorẽ qui manet in choro parũ inclinatus dicit, *Iube domne &c.* cui ille stans respondebit; Interim verò dum Prælatus cantat lectionem omnes stant detecto capite, & in fine ipse celebrans dicens, *Tu autem Domine*, *&c.* profundè versus altare inclinat: responsoque à choro, *Deo gratias*, ipsemet inchoabit, *Te Deum laudamus*, & tunc ceroferarij recedunt.

Cærem. episc.l:2. c.5.

Cærem. episc.l.2. c.6.

11 Si lectiones cantentur ante altare, celebrans pariter ibi procedet ad cantandam vltimam lectionem præcedentibus duobus Acolythis, atque etiam ceroferarijs; & intonato, *Te Deum laudamus*, adhibitis debitis reuerentijs redibit ad locum suum.

12 Post Hymnum, *Te Deum*, immediatè inchoantur Laudes, in quibus celebrans stat pluuiali indutus, cantat Capitulum, & inchoat Hymnum: altare, & chorus incensantur, omniaq; fiunt prout dictum est, supra de vesperis.

13 Dato signo salutationis Angelicæ post laudes celebrans præcedentibus ceroferarijs cãdelabra accensa ferentibus reuertitur in sacristiam, vbi data illis benedictione paramenta deponit, & si Aurora illucescit pulsantur campanæ pro sollemnitate, & interim in altari extinguuntur cerei; & duæ saltim candelæ, ac lampades accensæ manebit.

14 Diebus festiuis primæ classis secundi ordinis; omnia fiunt, vt supra, non tamen initio celebrans Sacris vestibus se induit, sed dum dicitur octauum Responsorium supra superpelliceum amictu, stola, ac pluuiali se induit. Ad Laudes pluuiali indutus manet, incensatur altare, & chorus, vt supra, sex cerei super altare à principio accenduntur, supra verò parietes, ad Laudes tantum accenduntur.

15 In reliquis, quæ sunt tertij ordinis, cantantur quidem Lectiones, non tamen omnes à Sacerdotibus, sed tres primæ à clericis, sex sequentes à Sacerdotibus, quarum vltima

dice

dicetur à celebrante, qui non erit pluuiali indutus, nec etiam ad laudes, in quibus non incensabitur altare, nec chorus, super altare verò quatuor candelæ existent accensæ.

16 Eodem modo celebrabitur matutinũ in festis secũdæ classis, primi tamẽ atq; etiam secundi nocturni Lectiones à clericis cantabuntur, tertij verò à Sacerdotibus.

17 Diebus verò dominicis, & festis infra annum nullius præterea sollemnitatis fiat accessus, vt matutina celebrentur, sed Lectiones more solito legantur.

De horis diurnis diebus festis. Cap. XXIII.

1 PRima diebus festis, quibus sollemnis cantata missa, seorsum ab alijs horis dicitur; ad quam omnes superpelliceis induti conueniunt; festis verò primæ, & secundæ classis martyrologium, & lectio pro absolutione Capituli cantantur.

2 Tertia ante missam cantatã immediatè sollemniter cantatur, duobus cantoribus in primis sedibus chori inferioris inchoantibus Hymnum, & Psalmos, qui etiam dicent versus breues, & tandem ℣. *Benedicamus Domino*, quod semper seruatur in omnibus diebus festis, quibus cantatur missa sollemnis, nisi fortè missa sit votiua, nam tunc iuxta rubricas post Nonam dici debet, nec tunc horæ seorsum, sed coniunctim prout in diebus ferialibus absq; vlla sollemnitate dicendæ sunt.

3 Sexta dicitur immediatè post missam sollemnem duabus tantum candelis in altari accensis, & si eo ieiunandum, dicetur etiam post sextam nonam; secus nona dici debet, more solito, à prandio.

4 Omnes in choro superpellicis induti accedunt, & dato tertio signo, non quidẽ hebdomadarius, sed designatus ex Patribus celebrabit.

De Dominicis, et alijs festis. Cap. XXIV.

1 OMnibus diebus Dominicis, ac festis de præcepto cantabitur missa sollemnis, ac propterea altare his diebus decentius ornetur, sex candelabra cum suis cereis, & inter candelabra erunt vascula floribus ornata, ac lampades omnes accendantur. Prima mane seorsum ab alijs horis dicetur; Tertia verò immediatè ante missã, quæ cantari debet modo suo loco præscripto.

2 In missis sollemnibus regulariter nè fiat communio generalis, sed in Missa Præpositi post primam priuatè nostri Sacram communionem sumant; pro secularibus verò si res postulauerit in altaribus deputatis, vel etiam in altari maiori à Sacerdote ad id designato post missæ sollemnis celebrationem administrari poterit.

3 Ad vesperas celebrans amictu stola, ac pluuiali coloris conuenientis indutus præcedentibus ceroferarijs procedet; dum dicitur capitulum accedũt ceroferarij; ad *Magnificat* incẽsatur altare, & chorus modo præscripto. Post vesperas celebrans deponit pluuiale, & immediatè cantatur completorium, accensis candelis manentibus, vel saltim reliquis extinctis duæ accendantur.

4 Post vesperas extinguuntur cerei,non tamē lampades donec claudantur fores ecclesiæ ad solis occasum.

5 Altaris ornamenta sero hora cōpetenti mutantur: quòd si sequentis diei officium sit Duplex cuius vesperę celebrantur die Dominico,tūc altaris paramenta ad Vesperas erūt conuenientia officio subsequentis diei.

De Festo duplici, semiduplici, & simplici.

Cap.XXV.

1 FEsto duplici altare, ac pariter ciboriū sanctissimi Sacramenti ornabitur paramentis coloris officio conuenientis à primis vesperis vsque ad vesperas sequentis diei,nisi fortè cum aliquo alio sequenti festo duplici concurrat, nam tunc in secundis Vesperis altaris ornamenta erunt coloris officio sequentis diei, de quo vesperę,siue totæ,si sequens officium sit ex maioribus, vel à capitulo celebrantur,conuenientis; quod si præcedens duplex sit ex maioribus, de quo integræ vesperæ celebrantur,& sequentis tantum fiet cōmemoratio, tunc paramenta etiam in secundis vesperis erunt coloris præcedenti officio cōuenientis; Reliquorum etiam altarium omnium in duplicibus paramenta erunt coloris Festo,& officio conuenientis.

2 Missæ votiuæ priuatæ nullo modo in duplicibus dici poterunt;benè tamen pro re graui, vel publica Ecclesiæ causa missa principalis potest dici: nec missæ Defunctorū his diebus dicuntur; sed tantum die depositionis, & Anniuersario Missa principalis dici poterit,non autem missę priuatæ. Rub.gener.miss. V. 2.

3 Ad Vesperas, & Laudes duo cantores in primis sedibus chori inferioris assistent, qui in medium cōuenientes intonabunt Psalmos, Hymnum,Versus,Canticum, & in fine ℣. *Benedicamus Domino*, ad Matutinum verò dicent Inuitatorium, inchoabunt Hymnum,& Psalmos, dicēt versus breues, & post nonam lectionem Hymnum,*Te Deum laudamus*: Ad reliquas verò horas vnus tantum intonabit Psalmos,& Hymnos,versus verò bini cantabunt. Direct. cho.Ro.

4 In semiduplicibus, saltim altare maius paramentis coloris officio conuenientis ornabitur, vnus tantum cantor intonabit in loco sui ordinis, huiusmodi autem festis, quæ sunt nouem Lectionum non dicitur officium paruum Beatæ Mariæ Virginis, neque officium mortuorum, nec in Quadragesima septem Psalmi Pœnitentiales, nec Graduales. Etsi in semiduplicibus non sit prohibitum missas votiuas celebrari, non tamen passim dici debent: neq; plures orationes coaceruari præter assignatas. Rub.par. Breu.

5 Festis simplicibus à primis vesperis vsque ad nonam altare palliolo coloris Sancto, seu officio conuenientis operietur; in officio autem Breuiarij Ritus obseruentur, in missa verò eadem quæ de semiduplici dicta sunt seruentur: tamen si simplex in feria secunda per annum venerit secunda oratio erit pro defunctis, *Fidelium animæ &c.* tertia verò,quę secundo loco fuerat assignata;exceptis tempore Paschali, Quadragesima,& Aduentu. Rub.gen. miss. V. 3.

De

De celebratione missarum.

Cap. XXVI.

Cære m. Pet. de Roys.

1 Missæ sacrificium, quod in altari iuxta sanctæ matris Ecclesiæ ritus à Sacerdotibus offertur, variè celebrari contingit, aliquando enim sollemniter, aliquando verò priuate perficitur; iuxta quem ritum dicimus Missarum, alias esse sollemnes, alias verò priuatas, sollemnes quidem dicimus omnes, quæ cum ministris, siue diebus festis, siue etiā feriatis, tum pro viuis, tum pro defunctis, celebrantur; quarum omniū iuxta missalis rubricas, eadem est disciplina; cum ijsdem Ritibus atque cæremonijs omnes indifferenter, iuxta præscriptam formam, celebrandæ sint: priuatæ verò missæ sunt, quæ sine ministris, ab vno solo, siue cantentur, siue legantur, celebrantur; omnes enim iuxta missalis Rubricas priuatæ dicuntur, et sic generatim omnes in priuatas, ac sollemnes distinctæ, quatuor continent missarum differentias, videlicet conuentuales; Principales, seu maiores votiuas, et de die: cōuentuales igitur missæ sunt, quæ pro conuentu, seu congregatione, siue sollemniter, siue priuatè dicuntur, et hoc siue legantur, siue cantentur; nec opus est, vt per conuentum, sed sufficit si pro conuentu dicantur: missa verò principalis, seu maior est, quæ principaliter eo die dicitur, siue sit pro viuis, siue pro defunctis, vt in die omnium fidelium defunctorum, & in die depositionis, et Anniuersarij; nec refert, an sit cum ministris, nec si cantentur, an non. Missa votiua est, quæ ex alicuius deuotione, extra suum diem, vel extra officium dicitur: missa de die est, quæ dicitur iuxta ordinem officij, quod eo die celebratur: iuxta quem ritum, etiam de die dici poterit missa alicuius sancti, cuius Festo Sacer est ille dies, etsi videtur rubricas, tantum commemoratio fieri deberet; vt si quis infra Aduentum missam Sanctæ Barbaræ dicere voluerit; nam eo die de ea celebratur. Sunt igitur duo genera, et quatuor missarum differentiæ, genera dicimus, sollemnes, ac priuatas; differentias verò, conuentuales; principales, seu maiores; votiuas; et de die; quæ omnes sollemniter, ac priuatim dici poterunt, semper enim quando cum ministris celebrantur, sollemnes dicantur, si verò sine illis, siue legantur, siue cantentur, priuatæ dici debent; et sic habemus missam conuentualem, principalem, votiuam, et de die sollemnem, cum conuentualis, principalis, votiua, seu de die missa cum ministris celebratur; habemus verò missam conuentualem, principalem, votiuam, et de die priuatam, cum ab vno solo sine ministris celebratur, quod notādum duxi, vt intelligatur rubrica missalis.

De Missa sollemni.

Cærem. Pet. de Roys.

2 Cum autem ex eiusdem missalis rubricis singula, quæ ad priuatas missas celebrandas spectant, exactè habeantur, pluraque à nobis præcedentibus capitulis, de genuflexionibus, de inclinationibus, de modo, ac tempore formandi signum crucis: de pectoris percussionibus: de manuum, ac digitorum coniunctione, disiunctione, et eleuatione, necnon ad populum conuersione: de vsu birreti, ac pileoli; de qualitate paramen-

torum, de ordine dandi pacem, ac de cæremonijs faciendis quando coram Prælatis celebratur, satis suis locis sit dictum, compluraq; alia passim sint explicata: ne dicta iterum repetamus, aliqua tantum, quæ ad Sacerdotum instructionẽ magis attinere iudicauimus, hic breuiter adnotanda duximus.

De Missa currenti, seu de die.

Rub. gene. miss. 1

Cõf. magist. Ro.

Cærem. Petri de Roys.

3 Missa quotidie dici debet conformis officio, quod celebratur; diebus verò quibus dici possunt Missæ votiuæ, semper missa conuentualis, quæ apud nos est, quæ primo loco post horas dicitur, erit conformis officio diei, cum paramentis tam celebrantis, quam Altaris conformis officio, nec opus est, vt hæc missa cantetur, nec vt in ipsa omnes conueniant, sed satis est si priuatè, tamen principaliter pro conuentu dicatur: quando verò immediatè post horas cantanda est missa sollemnis pro defunctis, vel votiua pro re graui, aut publica ecclesiæ causa; tunc postea, vel antea dicatur missa de die in eodem altari maiori cum paramentis coloris officio conuenientis, quę nũquam omittatur, nec etiam die commemorationis omnium fidelium defunctorum; quo casu sicut, & vigiliis ac feriis quatuor temporum, & Quadragesimæ iuxta rubricas in nostris ecclesiis, quæ verè collegiatæ censentur vbi plures Sacerdotes quotidie celebrant, dicendæ sunt duæ missæ principales, in quarum neutra fiat commemoratio alterius; quod si illis diebus occurrat, quibus missa sollemniter cantatur, post Tertiam, more solito cantabitur missa de sancto sine vlla cõmemoratione feriæ, postquam immediatè dicetur Sexta, & Nona, deinde statim in eodem altari, vel si ob concionem, vel aliud rationabile impedimentum non poterit, quando & vbi commodè potest, dicatur missa de feria cum orationibus in illa assignatis, absq; vlla commemoratione sancti eo die occurrentis: regulariter tamen, & quando commodè fieri potest huiusmodi missæ in altari maiori dicantur.

Emanuel Roderichez Cordub.

Cærem. cler. S. Pau. l. 1. c. 7.

Cærem. Spag. 7.

4 Obseruandum quoq; hic est, aliquando contingere posse, vt eadem die tres missæ conuentuales dicãtur, vt si in vigilia Ascensionis occurrat aliquod festum duplex, vel semiduplex: & tunc dici debent tres missæ conuẽtuales, de sancto videlicet post Tertiam, de vigilia post Sextã, postquam dicentur Litaniæ, & post Litanias dicetur missa de Rogationibus, quod si aliqua iusta de causa talis ordo seruari non poterit, satis est si dicantur in altari maiori huiusmodi missæ.

5 Notandum insuper, quod licet rubrica mandet, vt semper conuentualis missa conformis sit officio; excipi tamen vigilias infra octauas occurrentes, nam tunc licet officium sit de octaua, missæ tamen omnes erunt de vigilia, quę celebrari debẽt in paramentis violaceis, quo casu altaris maioris paramẽta pariter horis quibus missæ celebrãtur, violacea erũt. Rub. gener. miss. III. 2.

6 Similiter si infra octauam occurrat feria quatuor temporum, missæ erunt de feria, nam ex rubr. in vigilia quæ occurrit infra octauam missa erit de Vigilia. & eadem rubr. nu. 5. si in Quadragesima, & quatuor temporibus occurrat Vigilia, dicitur missa de feria cũ commemoratione vigiliæ, cũ ergo missa feriæ quatuor temporũ præcedat vigiliæ cuius missa dici debet infra octauam, ergo à fortiori dici debet Missa feriæ qua- Rub. gen. III. nu. 2.

tuor temporum.

7 Excipiũtur etiam Sabbathi Aduentus, quibus nisi occurrant quatuor tempora, vel vigilia, etsi officiũ sit de feria, missa tamen erit de Beata Virgine,& tunc celebrantis,atque altaris paramenta quandiu missæ celebrantur erunt alba. Excipiuntur quoque feria secunda, & tertia Rogationũ:quibus missa dici debet non de officio, sed de rogationibus cum paramentis violaceis.

Rub. gene.IV.2.

De Missis votiuis.

8 In omnibus missis votiuis celebrantis paramenta erunt conuenientia missis, quæ dicuntur, iuxta designationem factam in missali Rom. altaris verò paramenta erunt conuenientia officio,quod celebratur; nisi fortè missa votiua sit pro re graui, & publica ecclesiæ causa, eaq; sollemniter celebretur, nam tunc etiam altaris paramenta cum missa conuenire debent.

Rub.gener.miss. XV.II.

9 Missæ votiuæ semper cum officium non est Duplex dici poterunt: pro re tamen graui, vel publica Ecclesiæ causa Missa sollemnis quocũque die etiam Dominico, ac Duplici, dici poterit.

10 Cum dicitur missa votiua de aliquo Sancto,dicatur prout in eiusdẽ sancti Festo habetur, & vbi dicitur.*Cuius natalitia*,vel *Festiuitatem*, mutetur, dicaturque, *Commemorationem*: si verò missa votiua erit de B. Virgine; semper quæ eo tempore est assignata dici debet.

Cærem. Pet. de Roys.

Rub par. miss.

11 Huiusmodi Missæ votiuę ait rubrica,ne passim dicantur, vbi deuotum,ac religiosum Sacerdotẽ,piosq; viros monere non erit incongruum, magis gratam Deo futuram pietatem Ecclesiastico ritui congruam, vt puta,quæ ab Ecclesia dilecta spõsa,quam sponsus maximè diligit,ordinata,cuius & speciosos gressus miratur,in eisque delectatur, hos ego dico Ecclesiasticos progressus iuxta dies,& tempora ab Ecclesia ordinatos, gratos esse sponso eius Christo Domino,ac propterea,puto cum officio missa cõueniens est, officiosum atque acceptabile munus tunc Deo offerri.

Rub ge-ne.IV.3,

Cærem. gener. de Roys.

12 Nec prætereundum, quod addit Rubrica, non nisi rationabili de causa, nam si quis vt cito se expediat,vel simili aliqua leui occasione permotus, missam currentem in votiuam mutaret, vtique contra rubricam faceret,non ex rationabili causa id agens.

Cærem. Petri de Roys.

13 Cum rubrica dicat, quod huiusmodi missæ votiuæ dici poterunt quocunque die officium non est duplex,multo minus dici poterũt in vigilia NatiuitatisDñi,& infra octauã Epiphaniæ, feria 4. cinerum, ferijs maioris hebdomadæ, & infra octauas Paschæ,& Pentecostes, quibus diebus Duplex occurrens transfertur.

Rub.gene.IV.3.

Cærem. Petri de Roys,

14 In missis votiuis priuatis, exceptis assignatis in Rubr. nunquam dicitur. *Gloria in excelsis*, etiam si dicantur diebus festis, vel infra octauas, aut tempore Paschali: si tamen sollemniter pro re graui, vel publica Ecclesiæ causa missa votiua dicatur, tunc vna tantum oratio dicetur cum *Gloria*,& *Credo*. in reliquis verò omnibus sẽper plures orationes dici debent; quarum secunda semper erit eius de quo fit officium, cum aliorum etiam sanctorum occurrentium commemorationibus.

Rub.gener.miss. VIII.4.

Rub.gener.miss. VIII.4.

Rub. gener. miss. IX.14.

Rub. gener. miss. XI.

15 In missis votiuis Beatæ Virginis, excepta ea, quæ iuxta missalis Rubricas dicitur Sabbatho,nũquam

Cærem. cler. S. Pau.L 1. c. 7.

dicitur

dicitur *Gloria in excelsis*, etiam si in Altari, vel Ecclesia B. Virgini dicatis celebretur: Sabbathis verò Aduentus, nisi occurrant Vigilia, vel Quatuor tempora, dici debet, quia talis missa à rubricà est assignata: si autem Sabbatho celebretur officiũ feriæ Quadragesimæ, vel vigiliæ, vel Quatuor Tp̃um; tũc si dicatur missa votiua B. Virg. non dicitur *Gloria*, quia talis missa est votiua B. Virginis, non tamen in Sabbatho pro cuius intelligentia obseruandũ est, totum officium B. Virginis, quod in Sabbatho celebratur, dici votiuum, largo tamen modo; tale enim officiũ speciali quodam modo celebratur; nam neq; simplex, neq; semiduplex, nec simplex dicitur, sed quodãmodo votiuum, quod enim non sit duplex, nec semiduplex satis ex se patet; qđ verò nec simplex, ex eo colligi licet, non enim si eo die Festũ nouem Lectionum, vel feria ieiuniorũ occurrat, de eo fit vlla commemoratio, sicut de simplici, votiuum autem missæ officium quodammodo dicẽdum videtur, quia in rubr. 4. de missis votiuis de eo agitur, non tamen simpliciter votiuum dicerem, cũ non arbitrio celebrantis, sed forma præscripta, dici debeat. (Cærem. Petri de Roys.)

16 Vbi ex populi pietate, ac laudabili consuetudine celebratur aliqua votiua festiuitas B. Mariæ Virginis, vt puta Sanctæ Mariæ de Victoria die 7. Septembris, S. Mariæ de Carmelo die 16. Julij; Sanctæ Mariæ de porsiuncula die 2. Augusti, & si quæ sunt aliæ similes festiuitates, vt populi Pietati, qui ob venerationem B. Virginis tunc in ecclesijs frequẽs concurrit, satisfiat; dici poterit missa votiua B. Virginis, quæ tunc temporis est assignata, in qua dicatur vna Oratio, cum *Gloria*, & *Credo*, & Præfatio B. Virginis, in qua dicatur. *Et te in festiuitate B. Mariæ semper Virginis, &c.* Si verò non sollemniter celebretur, tunc dici poterit missa votiua assignata eo tempore sine *Gloria*, & *Credo*, dicẽturq; in ea more solito plures orationes, quarum secunda erit de officio currenti.

17 Missæ, quæ de aliquo Sancto dicuntur eo die, quo eius festum occurrit, & si de eo non celebretur officium, & ex deuotione dicantur, tamen in eis dici debet *Gloria*, non enim huiusmodi missæ votiuæ, sed festiuæ censentur. (Cærem. Petri d. Roys.)

18 Cum diebus Quadragesimæ, Vigiliarum, ac Quatuor temporum dicuntur missæ votiuæ, fiat quidem commemoratio feriæ, eius tñ Euangelium in fine ne legatur. (Rub. gen XIII. n. 2)

19 Missa votiua pro re graui quocunq; die sollemniter celebrari potest, missæ tamen priuatæ nequaquã sed diebus adnotatis. (Rub. gen miss. IV. nu. 3.)

20 Si missæ votiuę dicãtur in diebus semiduplicib⁹, vel infra octauas, vel Tp̃e Paschali, non tñ propterea dicitur *Gloria*, & *Credo*, nisi in missa sollemni pro re graui, & publica Ecclesiæ causa. (Conf. Magist. Ro.) Præfatio tamen, si missa votiua non habeat propriam, erit de Sancto, octaua, vel tempore occurrente. (Rub. gen. XII. 4.)

21 In missis votiuis, quæ dicuntur tempore Paschali ad Introituum dicuntur duo Alleluia, & in fine offertorij, & cõmunionis vnum Alleluia, post epistolam verò nõ dicitur Graduale, sed dicũtur duo Alleluia, deinde duo versus, & in fine cuiuslibet versus additur Alleluia. (Rub. gen. V. 2.)

De missis Defunctorum.

22 In duplicibus, & Dominicis diebus missæ priuatæ pro defunctis

dici

dici non possunt,& à fortiori,nec illis diebus,quibus duplex occurrens trãsferri debet, cuiusmodi sunt feria quarta cinerũ,feriæ maioris hebdomadæ,infra octauam Paschæ,à vigilia Pentecostes, vsq; ad festum sanctissimæ Trinitatis,& in tota octaua Epiphaniæ,potest tamen huiusmodi diebus, dici missa principalis si occurrat de die depositionis, & Anniuersario defuncti,aliæ tamen missæ, vbi plures Sacerdotes celebrant erũt de officio currenti.

23 Die obitus, tertia, septima, & trigesima,ac pariter in Anniuersario defuncti, dicitur vna tãtum Oratio, cum Sequentia,quæ semper quãdocunque in missa vna tantum oratio est assignata dicenda erit. Rub. gener. miss. V. 4. 5.

24 Cũ dicitur missa in obitu alicuius absentis;dicitur quidẽ die depositionis,& vna tãtum oratio, quæ erit assignata pro diebus tertia, septima,& trigesima,dicceturque.*Cuius depositiones diem commemoramus*, *&c.*& si ex nostris diceetur,*Vt anima famuli tui fratris nostri*,*&c.* & hoc quidem quando pro obitu celebratur, nam alias dici debet, missa cõmunis,cũ oratione, *Inclina &c.*vel *Quæsumus &c.* vel si sit Sacerdos dicatur propria in missali assignata. Cõf. magist. Ro.

25 Prima die cuiusq; mensis non impedita exceptis Aduentu, Quadragesima,& tempore Paschali,post Primam dici debet missa principalis pro defunctis, quæ erit communis cum tribus ibi assignatis orationibus,nec tũc dicetur Sequentia:reliquæ verò missæ priuatæ erũt de die, cum commemoratione generali pro defunctis, pro qua dicetur Oratio *Fidelium*,quæ semper dici debet penultimo loco. Rub. gener. miss. V. 1.

26 Feria secunda cuiusq; hebdomadę exceptis Quadragesima,& tpe Paschali, & quandocunq; officium est Duplex, vel Semiduplex, potest dici missa principalis pro defunctis, & in missis priuatis de die,fiat commemoratio pro defunctis, pro qua penultimo loco dicetur Oratio, *Fidelium*,*&c.*quæ autem in missis pro defunctis omittantur satis habetur ex rubr. missalis in ritibus 13. Rub. gener. miss. VII. 6.

De modo quo Sacerdos celebraturus se præparare debet.

27 Antequam Sacerdos celebraturus Sacris se induat vestibus; omnia bene disponat, maximè enim dedecet si postea sacro habitu indutus,cumChristi personam sacrificaturus repræsentat,confiteatur,vel benedictionem à Superiore petat, multo minus, quòd omninò vitandum erit cum aliquo confabuletur; Superpelliceum,cum commodè potest supra vestes communes habeat. Rub. gener. miss. V. 2.

28 Illa tantum paramenta cum se sacris induit osculabitur, quæ signo sanctæ Crucis insignita sunt, cuiusmodi sunt amictus, manipulus, ac stola, quorum crucem in medio positam illa accipiens osculabitur, reliqua verò nunquam osculetur.

29 Manipulũ sumens ne vltra cubitum protrahat, stolam non vltra, sed supra collum paululum ad dorsum retortam sic adeptet, vt casula, quæ iugum Domini dicitur, super imposita,illa non appareat.

30 Cum calicem accommodat, quando plures sunt celebraturi, non necesse est, vt corporale intra bursam reponatur, nec supra ipsam vnquam sudariolum ponat. C. Mag. Rom.

31 Calicem portans manu sinistra eleuatum ante pectus eum tenebit, dextera super bursam extensa, ita vt omnibus digitis extẽsis eam teneat,

eius

eius tamen pars aperta Sacerdotis pectus respiciat.

32 Recedens à Sacristia,atq; etiã rediens imagini principali,quę in ea est profundè inclinet; quod si ad altare cum procedit aliquis magnates ei fiat obuius, ne caput detegat, sed tantum inclinet, ac reliqua omnia obseruet,quę proprijs locis de inclinationibus, & genuflexionibus supra sunt dicta.

Rit.miss. II. 1. 33 Transiens ante altare, vbi sanctissimum Sacramentum asseruatur capite cooperto genuflectit; si ante altare, vbi eleuatũ fuerit Sacramentum vsq; ad communionem; similiter cum ante altare, vbi fit communio,vel sacra hostia est exposita detecto capite genuflectit.

Synod. Med. 34 Ad altare accedens nihil omnino super illud ponat,quod ad eius ornatum, vel missæ sacrificium non pertineat; sudariolum verò in cordula à latere dextro adaptet, cumq; illo post consecrationem fortè opus habet,inter indicem, & medium digitum apprehendat.

Synod. Med. 35 Si ob visus tenuitatem conspicilijs indigebit, bene illa firmabit in naribus ne cadant;& si commodè fieri potest ne illis in canone, nisi post sanguinis sumptionem vtatur, quod si etiam ad legendum canonẽ illis indigebit,accipiens, ac reponẽs post consecrationem inter indicem, ac medium digitum accipiat, numquam autem super corporale, sed extra,ea collocabit.

36 Si pileolo opus habeat, quando,& quomodo eo vti debeat,supra dictum est, si Missa cum officio cõueniat,paramenta tam altaris,quam celebrantis erunt officio, ac missæ conuenientia: si verò aliqua missa votiua, vel pro defunctis, dicenda erit;tunc paramenta celebrantis, & calicis ornamenta erunt coloris missæ conuenientis iuxta rubr. missalis, altaris verò ornatus erit conueniens officio,quod celebratur, & similiter puluinus erit cõformis pallio altaris; & hoc intelligitur de missis priuatis, nã si dicenda sit missa sollemnis,vel cantata,tunc altaris etiam paramenta,dum illa missa celebratur,erunt coloris conuenientis. Rub gen. mi. XVIII.

De modo legendi missam, & de his quæ clara voce,quæ ve secreto dici debent.

37 Quoniam pia mater ecclesia inter alios huius sacrosancti sacrificij ritus instituit, vt quædam elatiori voce,quædam verò summissa proferantur,idcirco attendat Sacerdos, quæ clara,quęuè summissa voce sint pronuntianda, vbi eum monendum puto,quòd licet ex rubricis missalis, ac cæremonialis plures fortè toni innuantur,nimirum clara voce,conuenienti, vel intelligibili voce, alta voce,mediocri voce,summissa voce, aliquãtulum eleuata voce, & secretò.idem tamen est clara,conuenienti,& intelligibili voce, videlicet voce tali, vt ab omnibus circumstantibus percipi possit, alta voce vtitur cæremoniale pro his,quę in officio, vel missa cantari debent. mediocri voce,summissa voce,& aliquãtulum eleuata voce pro eodem accipienda sunt,id est, vt nõ inter dentes dicatur, nec rursus altè, sed taliter vt à ministris, & aliquibus tantum ex circumstantibus percipi possit, cum aliquali tamẽ differẽtia, vt explicabimus,quod verò secretò dicendum est, ita à Sacerdote intra se recitandum, vt distinctè quidem, ac labiorũ motu dici debeat, sed ne à circũstantibus vllo modo intelligatur. Concil. Trident. Sess. 22. cap. 5. & can. IX.

38 Le-

Synod. Med. 38 Legens igitur missam Sacerdos cum priuatè celebrat clara, & intelligibili voce, expeditè, atq; distinctè ad pūcta morulam aliquam, breuem tamen interponat, non nimis tarde, nec celeri cursu, sed mediocritatem quandam in omnibus seruet; maximè verò pietati studeat, omnem tamen vitans affectationem, ac leuitatem, nihil ne minimum quidem tam in rebus, quā gestis, et causa deuotionis ijs quæ præscripta sūt addat, vel demat, sed adamussim prout in missali habetur, eius seruatis regulis, missam legat; voce quidem nec omnino depressa, neq; admodum eleuata, vel clamorosa, sed graui, ac decora, prout tantum decet mysterium.

Cōc. Triden. Sess. 22. de reformat. Bullæ Pij V. quæ incipit. Quo Primum.

39 Clara autem, & intelligibili voce dicet ea omnia, quæ in Missali Rom. Rubr. XVI. sunt adnotata.

40 Mediocri voce finis Præfationis præfertur, videlicet, cum dicitur *Sanctus &c.* vno tantum tono vocem deprimendo.

Rit. miss. VII. 8.

41 Summissa voce dicit celebrans in missa cantata, ea omnia, quæ in missis priuatis clara voce dicuntur, exceptis, ijs quæ alta voce ab eo cātari debent, ministri quoque in missis cantatis summissa voce cum celebrante dicunt Hymnum, *Gloria in excelsis, &c.* & symbolum, atq; etiā *Sanctus*, eique pariter cum opus est summissa voce respondent.

Rit. miss. IV. 7.

42 Aliquantulum eleuata voce dicuntur inter secreta aliquæ particulæ; vt sunt, *Orate fratres. Nobis quoque peccatoribus, & Domine non sum dignus*, quæ tantum verba clara voce dici debent, reliqua verò quæ sequuntur secreto prosequi oportet.

Rit. miss. VII. 7. Rit. miss. IX. 3. Rit. X 4.

43 Exceptis iā dictis, reliqua omnia ita secreto dicantur ne à circumstantibus audiantur.

44 Semper omnia ex libro, vel tabella secretorum legi debent, exceptis aliquibus, quæ memoriter sunt dicenda, cuiusmodi sunt confessio cum psalmo, & versibus ante missā, oratio, *Aufer à nobis, & Oramus te Domine*, in principio missæ, & *Mūda cor meum, &c. Iube domne benedicere, &c. Dominus sit in corde meo &c.* ante Euangelium, *Per Euangelica dicta, &c.* post Euangelium. *Deus qui humana substantia, &c.* cum vinum, & aquā infundit in calicem, *Lauabo inter innocentes, &c.* In lctione manuum. *Quid retribuā Domino*, in assumptione sanguinis. *Quod ore sumpsimus, &c.* & *Corpus tuum Domine, quod sumpsi, &c.* cum ablutionem sumit, & quædam alia verba, quæ infra actionem dici debent, Sacerdos benè memoriæ mandare debet.

De orationibus in missa dicendis.

45 In duplicibus nisi aliqua sit facienda commemoratio, vna tantum dicenda est oratio: In semiduplicibus verò, & dieb⁹ infra octauas tres in rubrica missalis singulis quibusq; temporibus assignatæ dicuntur. At in simplicibus, & ferijs plures dici poterunt, numero tamen impari, non decet autē plus quinq; vel ad summum septem in vnum congerere, in vigilijs autem sicut in diebus infra octauas tres tantum dicuntur.

Rub. gener. miss. IX. Ex rubr. gen. IX. nu. 12. Cærem. Petri de Roys. Synod. Med. Rub gen. mi. IX 9.

46 Qualibet feria secunda extra Quadragesimā, & tēpus Paschale in missis, quæ dicuntur de feria, atque etiam votiuis, vel de sancto simplici currenti; secunda oratio, si tres dicātur, vel penultima si plures erit pro defunctis, *Fidelium, &c.*

Rub. gene. V. 2.

47 In

Rub.gene.IX.15 46 In missa Beatæ Virginis, quæ dicitur Sabbatho, quando de ea fuit celebratum officium, secũda erit de Spiritu sancto, tertia *Ecclesiæ*, *&c.* vel pro Papa; nisi fortè facienda sit commemoratio alicuius sancti simplicis, nam tunc secunda oratio erit de sancto,& tertia de Spiritu sancto, si verò missa B. Virginis sit votiua, secunda oratio erit de officio, quòd celebratur, vt supra.

Rub.gener.IX.5 47 In orationibus, quæ dicuntur ad libitum seruetur ordo in rub.missalis præscriptus, qui ità intelligendus est, vt quãdo secũda oratio v.g. est de B. Virgine, quæ sequuntur ad libitum dicuntur ordine præscripto in rub.7.n.5. videlicet de Trinitate, de Spiritu sancto,&c.non tñ dici debêt ante eas,quæ certum habent locum,licet sint inferioris ordinis.

Cõsult. nag.Ro. 48 Quãdo dicenda est aliqua oratio ob publicam Ecclesiæ necessitatem,siue pro electione Summi Pontificis,vel Episcopi loci,vel tempore belli, vel pro quacunque alia necessitate Ecclesię,si indicatur à Summo Pontificę,vel Episcopo loci, vel etiã à Patre Generali diebus quidem ferialibus loco orationis ad libitum, in alijs verò supra numerum definitum addatur,& tunc etiam in duplicibus,exceptis tantum festis primæ classis dici debet,etiam in missa cantata,ac sollemni.

Cærem. Petri de Roys. 49 Si verò particularis aliqua necessitas vrgeat, poterit quidẽ in missis priuatis tantum,etiam in duplicibus dici oratio de Spiritu sancto,vel pro infirmis,regulariter tamẽ ne dicantur,sed seruetur rubrica missalis.

De Præfatione.

Cærem. Petr. de Roys. 50 Festum, quod habet propriam præfationem, si occurrat infra octauã, quæ habeat propriam Præfationem,& infra actionem,dicatur Præfatio propria festi cum infra actionem octauæ, quod contingere potest si infra octauam Ascensionis occurrat festum Sanctorum Apostolorum Philippi,& Iacobi;atque etiam si infra octauam Epiphaniæ occurrat in aliqua particulari Ecclesia celebrari festum alicuius patroni, vel titularis, quod propriã habeat Præfationẽ, nã tunc dici debet propria Præfatio,cũ infra actionẽ Ascensionis, vel Epiphaniæ: secus si accidat infra octauã Natiuitatis Domini,in qua ex speciali rubrica quocunque festo interueniente semper dicenda Præfatio de Natiuitate.

51 In missis votiuis Angelorum,& aliorum quæ propriam non habent Præfationem, dicetur Præfatio de tempore, vel infra octauam, vel de sancto de quo celebrari officium tũc contingit. Rub.gen. miss.XII.4

52 Cum in aliquo peculiari loco ob specialem erga Beatissimam Virginem Pietatem aliquod ipsius festũ præter ea, quæ habentur in Missali, ac Breuiario Romano celebrari cõtingerit, tunc in Præfatione B. Virginis,vbi habetur; *Et te in veneratione B. Mariæ*, *&c.* dicatur prout in festo ad Niues, *Et te in festiuitate B. Mariæ, &c.*

De Canone Missæ.

53 In Canone,vbi dicitur, *Et antistite nostro N.* specificetur semper nomẽ Episcopi ordinarij in ea Diœcesi,in qua tunc celebrare contingit, etiam si celebrans sit exemptus, vel in loco alterius Diœcesis domicilium habeat. Decr.cõgreg.

54 Dicens ante consecrationem tam hostiæ, quam calicis, *Tibi gra-* Rit.miss. VIII.4.

tias agens,caput inclinat.

55 Post cõsecrationem calicis antequã illum eleuet genuflectens dicit. *Hæc quotiescunq; feceritis, &c.* (Rit.miss. VIII.7.)

56 Verba canonis, *Vnde & memores Dñe,&c.* ne prius incipiat, quã à calicis adoratione surrexerit, & tũc, vt dicit rubrica, stans manibus disiunctis illa proferat. (Rit.miss. IX.1.)

57 Dicens post orationem Dominicam, *Libera nos quæsumus Domine &c.* dextera tenens patenam, sinistram supra corporale collocat. (Rit.miss. X.1.)

58 Ad cõionẽ,manu sinistra tenẽs partes hostię sup patenã inter pectus & calicẽ,parũ inclinatus, non tñ genuflexus,dextera tribus vicibus pcutiẽs pectus,dicit *Dñe nõ sum dignus, &c.* deinde, dicens *Corpus D.N.Iesu Christi,&c.* ita format signum crucis cũ hostia, vt non egrediatur limites patenæ,postmodum inclinans se,cubitis super altare positis, reuerenter easdem hostiæ partes sumit. (Rit.miss. X.4.)

59 Si qui sunt cõicãdi in missa,Sacerdos post sanguinis sumptionem, antequã se purificet, facta genuflexione, ponat hostias consecratas in pyxide,vel supra patenam,vel ex tabernaculo extrahat,qᵭ si in fine missę iusta de causa sit differenda,tunc tãtum fiat, cum hostiæ consecratæ intra tabernaculum sunt, modus autẽ quo fieri debeat infra præscribitur. (Rit.miss. X.6.)

De missa sollemni.C.XXVII

1 Missa sollemnis omnibus diebus festis in nostris ecclesijs iuxta Constitutionum decreta celebratur: tanta.n.antiquitus illius erat celebritas, vt Sacerdotibus priuatas missas ante tertiam celebrare nefas esset, ne scilicet populus à publicis sollemnibus distraheretur,sed vt oẽs Sacerdotes videlicet, & populus ad publica missarum sollemnia, & prædicationem conuenirent in vnum. Pro ipsius igitur celebratione summo mane præparentur à sacristis, & acolythis ea,quæ proprijs locis sunt adnotata, & dum dicitur Tertia Sacerdos cum ministris sacris se vestibus in sacristiam induant. (Const.p. 1.c.1.) (Bruch. decr.l.2. c.54.)

2 Finita Tertia,omnibusq; dispositis celebrans ante ostiũ sacristiæ nisi faciẽda sit aspersio sollemnis, aspergit ministros, & acolythos ante se genuflexos:deinde ex choro p ostiolum à latere Euangelij ad altare pcedũt incessu graui, oculisq; ad terram demissis;primus omnium thuriferarius cũ thuribulo, à sinistris habens acolythũ cũ nauicula, sequuntur ceroferarij cũ candelabris accẽsis, postea ministri vnus post alium manibus ante pectus iunctis:vltimus tũmcelebrãs capite cooperto, manibusq; pariter iunctis. Ante altare cũ peruenerint thuriferarius cũ acolytho in medio plani, ceroferarij verò hinc inde aditũ præbẽt celebranti,q medius inter ministros ante infimũ gradũ cũ peruenit birretum porrigit Diacono,& ille acolytho,omnesque simul reuerẽtiam faciunt,ac ceroferarijs recedentibus,acolythi ad confessionẽ genuflectunt,si verò sit dies Dominicus,prius fit aspersio modo supra præscripto, lib.2.c.XII.nu.1. (Cærem. l.2.c.8.)

3 Celebrans cũ ministris ante infimũ gradũ stans summissa voce facit confessionem,qua finita,cũ celebrãs inclinatus dixerit secreto *Aufer à nobis,&c.* cũb⁹ surgẽtibus; cũ ministris ascẽdit ad altare,ipsis anteriores vestiũ eius fimbrias interim eleuãtibus.

4 Ad altare cũ peruenerit celebrans dicit more solito.*Oram⁹ te Dñe,&c.* illoq; osculto,ministratur incensum, modo pscripto sup.l.2.c.13.n.6.&10. (Rit.miss. IV.4.)

5 Post incẽsationẽ celebrãs in cornu epistolæ summissa voce legit in- (Rit.miss. IV.7.)

troitum, cũ dicitur *Gloria Patri, &c.* caput inclinant, ministri tamen non dicunt Introitum, & ibidem alternatim dicunt. *Kyrie eleison.*

6 Circa vltimum *Kyrie*, q̃ in choro cantatur, celebrans, cum ministris p̃cedunt in medio, vbi vnus post alium stant; ipse verò clara, ac sonora voce cantat, *Gloria in excelsis Deo*, disiunctis, eleuatisq; manibus ad altitudinē humerorum, ita vt vela vnius manus respiciat alteram, & cum dicit *Deo*, iungit manus, & caput inclinat, quo dicto, ministri statim ascendunt, simul summissa voce reliquum hymni prosequuntur, quo completo, statim ministri genuflectentes recedent stentq; à tergo celebrantis, stantis in medio, & in fine cum cantatur, *Cum sancto Spiritu*, se signant.

Rit.miss. V.5. 7 Celebrās in fine hymni osculatur altare, ac vertēs se, dicit *Dñs vobiscũ* quo dicto, redit ad librũ in cornu epistolæ, & post eum ministri, ibiq; dum dicitur oratio, vel orationes stāt recta linea vnus post alium, & qñ opus est, caput sicut & celebrans crucem versus inclināt, & post vltimā orōnē Subdiaconus, vt p̃prio loco dictum est cātat epistolā, sup. l. 1, c. 26. n. 10.

Rit.miss. VI.4. 8 Dum cantatur epistola, celebrans summissa voce illam cum reliq̃s vsq; ad Euangelium in eodē cornu epistolæ stans legit, astante Diacono à dextris eius, dicto verò Graduali,

C.N. Approbata à Mag. Rom. Acolythus defert librum celebrātis ad cornu Euangelij, q̃ si dicēda erit Sequētia, tunc Subdiaconus cātata epistola, atq; manu celebrātis osculata, librum cum puluino defert ad cornu Euangelij, ipse verò celebrans lecto Graduali, accedēs ad medium iunctis manibus dicit, *Munda cor meum, &c.* & *Iube domne, &c.* & *Dominus sit in corde meo, &c.* deinde vertens se ad librum in cornu euangelij positum, Diacono assistente à dextris eius, dicit summissa voce, *Dñs vobiscũ, &c.* & legens titulum euangelij seipsum, & textũ signabit, mox iunctis manibus textum euāgeli vsq; in finem prosequetur, cui minister assistens respondebit, *Laus tibi Christe*, ipse verò non osculabitur librum, neq; dicet *Per euangelica dicta.*

9 Diaconus verò, cantata epistola, accipiunt librum, & reliqua, vt suo loco dictum est exequitur, eiq; benedictionem petenti celebrās dabit, dicens. *Dñs sit in corde tuo, &c.* & cũ in fine dicit. *In nomine Patris, &c.* sinistra posita supra pectus, producit signum crucis manu dextera supra Diaconum, q̃ deinde positā supra librum Diaconus osculabitur, & surgens cum alijs ministris accedit ad cantandum Euangelium, vt suo loco dictum est. Sup. l. 1. c. 29. n. 10

10 Celebrans post datam Diacono benedictionem ad cornu epistolæ se confert, vbi stat facie ad altare conuersa, donec Diaconus incipiat cantare euangelium, quo incipiente statim se vertit respiciēs Diaconum, & sic stat iunctis manibus ante pectus in eodem cornu epistolæ, quoad absoluatur euāgelium, & cũ à Diacono dicitur *Sequētia S. Euangelij*, vel *Initium, &c.* signat se; similiter cum inclinādum, vel genuflectendũ est, se inclinat, vel genuflectit vers⁹ crucē.

11 Cantato Euangelio Subdiacono deferente librum, celebrans ambabus manibus illum sibi appropinquans, principium euāgelij osculabitur, dicēs. *Per euangelica dicta, &c.* nō tamē librum signabit, stansq; ibidē à Diacono thurificabitur: statimq; cōuertens se ad altare, in medium stantibus post eius terga ministris, dicit, si dicendum sit, *Credo in vnum Deum*, & tunc Acolythi atq; Cærem. Episc. l. 1. c. 1.

cero-

ceroferarij recedunt, ministri verò necessarijs adhibitis reuerẽtijs ascẽdunt ad altare hinc inde, summissaq; voce cum celebrante prosequuntur symbolum, inclinãtes cum opus est, & in fine se signantes, vt supra dictũ est de Hymno *Gloria in excelsis*, ad versum verò, *Et incarnatus est, &c.* genuflectunt, celebrans quidẽ manibus hinc inde altari inhærens, ministri verò nullo modo altari adhærentes, manibus ante pectus iunctis genuflectũt, & cum dicitur, *Et homo factus est*, etiam caput inclinant: statimque lecto symbolo vnus post aliũ recedunt: cum verò in choro cãtatur idem versus rursus genuflectunt, celebrans quidem in medium, ministri verò hinc inde supra gradum supremum Diaconus à dextris, & Subdiaconus à sinistris, q celebrãti fimbrias adaptant, & ad surgendum eum adiuuant, & in fine cum dicitur, *Et vitam venturi sæculi*, se signant. C.N.

12 Dicto, *Et homo factus est*. Diacono deferente bursam corporaliũ celebrãs paululũ è medio recedit versus cornu Epistolæ, Subdiaconus quoq; post celebrantem retrocedit, donec Diacon⁹ explicet corporalia.

13 Cantato symbolo, vel si non sit dicendum, incẽsato celebrante, ipse altare in medio osculabitur, statimq; se vertẽs ad populum, dicit, *Dñs vobiscũ*, ministri verò interim stãt vnus post aliũ, & dicto *Oremus*, opportunis adhibẽdis reuerentijs Diaconus quidẽ ascendit ad altare, Subdiaconus verò accepto calice, & acolyth⁹ ampullas deferẽs, vt ꝓprijs locis de singulis dictũ est celebrãti ministrãt. Thuriferarius quoq; cũ thuribulo, & nauicula accedit, ac statim dicto. *Veni sanctificator, &c.* ministratur incensum ꝑ oblatis, prout proprio loco dictũ est, similiter incẽsatur chorus. celebrans verò statim postquam fuerit thurificatus lauat manus, dicentique *Orate fratres, &c.* Subdiaconus respondebit *Suscipiat, &c.* Sup. l. 2. c. XIII. n. 17.

14 Cũ dr̃ Pręfatio ministri stãt post celebrantem, & ad *Sãctus*, hinc inde quibus par est factis reuerentijs accedũt, simulq; dicũt vsq; ad Canonẽ exclusiuè: tũc accedit thuriferarius, & post eũ ceroferarij cũ intortitijs, Subdiaconus autẽ stat post celebrantem, Diaconus verò à latere prout suis locis dictum est: ipse verò celebrans oĩa præstat, prout in missis priuatis, nisi ꝙ calix à Diacono discooperitur, ac cooperitur cũ opus est, qui etiam missalis folia vertit. Rit. miss. VII. 11.

15 Ad eleuationem omnes, tam in choro, quam extra genuflectunt, statimque eleuato calice, nisi missa sit ferialis, surgunt.

16 Cum dicitur oratio Dñica, ad verba, *Et dimitte nobis, &c.* Diaconus accipiens patenam à Subdiacono celebranti eam porrigit. & dicto *Pax Dñi, &c.* ambo accedentes hinc inde ad celebrãtem quibus opus est genuflexionibus peractis simul dñt. *Agnus Dei, &c.* quo dicto Diaconus genuflexus à dextris celebrantis ab eo accipit pacẽ, datq; Subdiacono, illeq. alijs prout suis locis supra dictum est. ipse verò Diaconus assistẽs ministrat celebrãti, dũ sumit cõionẽ: Subdiaconus verò rediẽs data pace, ministrãte acolytho, ampullas, vinũ pro purificatione celebrãti porrigit, calicem adaptat, suoq. loco reponit. Rit. miss. X. 8. sup. l. 2. c. 14.

17 Celebrãs sumpta purificatione in cornu epistolæ, assistẽte à dextris eius Diacono, legit cõionem, osculatoq. altare in mediũ, se cõuertẽs ad populum dicit, *Dñs vobiscũ*, rediensque ad latus epistolæ cantat ibi orationem, vel orationes, interim ministri stant post eius terga vnus post Rit. miss. XII. 3.

alium cantatis deinde orõnibus rursum ad medium cum ministris, qui post eum stabunt, accedẽs osculatur altare, cõuersusq; dicit *Dominus vobiscum*, & si dicendum sit. *Ite missa est*. non se conuertit Donec à Diacono dicatur, qui dum dicit, *Ite missa est*, conuertit se pariter ad populum stãs in medio iunctis manibus; si verò dicendum sit. *Benedicamus Domino*, vel *Requiescant in pace*, non se conuertit.

18 Ad benedictionem omnes genuflectunt, ministri quidem hinc inde supra gradum supremum, acolythi verò in plano; ipse autẽ celebrans conuertens se, ac dicẽs *Pater, & Filius, & Spiritus sanctus*, semel tãtum signum crucis formabit eadẽ voce, eodemq; modo, ac in missis priuatis.

Rit. miss. XII. 7. 19 Si aliquod peculiare Euãgeliũ in fine legendũ sit, dicto per Diaconum, *Ite missa est*, Subdiaconus defert librum ad cornu Euangelij.

20 Dum dicitur Euangelium acolythus accipit birretum celebrantis, ceroferarij verò cum cãdelabris accensis accedũt in medium, statimq; lecto Euangelio celebrans cum ministris descendit ante infimũ gradũ, ibiq; omnes simul genuflectunt, & recedunt ordine quo venerant per ostiolum à latere epistolæ, transeuntes per chorũ omnes in medium genuflectunt, in sacristiam verò cũ peruenerint, omnes hinc inde genuflexi à celebrante benedictionẽ accipiũt; dumq; paramenta deponunt, celebrans quidẽ à Ministris illi verò ab Acolythis adiuuantur.

21 Acolythi statim candelas in altari existentes extinguunt, omniaq; ex credentia in sacristiã asportant.

22 Si intra missarum sollemnia facienda sit cõmunio, suo loco satis explicatum est quomodo fieri debeat.

De missa sollemni pro defunctis. Cap. XXVIII.

1 CVm sollemniter pro defunctis celebrandum erit, paretur altare pallio nigri coloris; sex candelabra super altare habeant suos cereos ceræ communis, & si facienda sit absolutio in medio Ecclesiæ accommodetur lectica mortuorũ, seu tumulus supra quem pannus niger sternatur, ac circumcirca habeat ad minus quatuor magna candelabra cum intortiis: in sacristia verò præter alia paramenta sint in promptu pluuiale, crux pcessionalis cum candelabris, atq; vasculum aquæ benedictæ, cerei quoq; ex cera communi qui sat sint.

2 Missa pro defunctis regulariter est cantãda post Primam diei, quod si officium sit sollemne, vt in die cõmemorationis omnium fidelium defunctorum, vel in obitu fratrum nostrorum, in propria Ecclesia in qua sepelitur, vel etiam in aliorum exequiis, vel Anniuersariis, cum sollemniter celebrantur, post nonam cãtari debet, quæ tũc in choro vna cũ aliis horis ĩmediatè post sextã dici debet. Rub. gen. mis. XV. 3

3 Datis tribus signis cum campanis, accensisq; candelis in Altari, & ad tumulum, proceditur ad missam præcedentibus Acolythis, atq; ceroferariis more solito; sine thuribulo tamen, nam in principio missæ non incensatur altare.

4 Ad introitum celebrans non se signat, sed manu dextera, sinistra supra librum posita format signũ crucis librum versus. Rit. miss. XIII.

5 Ad orationes tam in principio missæ, quã in fine post communionẽ, Acolythi ministrantes, ac reliqui in choro omnes genuflectant. Rub. gen. mis. XVII 5.

6 Fi-

Rit.miss. VI.4. 6 Finita epistola Subdiaconus non osculatur manum celebrantis, sed reddito libro Acolytho ascendit ad altare, librumque celebrantis defert in cornu Euangelij, eique dum illud legit ministrat.

7 Diaconus cantaturus Euangelium non ministrat incẽsum, nec petit benedictionem, neque celebrantis manus vnquam osculatur. Rit.miss. XIII.2.

8 Ad Euangelium non deferuntur luminaria; sed duo Acolythi mediũ habentes Subdiaconum assistunt.

9 Post Euangelium liber nõ osculatur, nec incensatur celebrans: sed statim Subdiaconus tradit librum Acolytho ministri verò statim vnus post alium accedunt post celebrantem: postquam verò ille dixit, *Oremus* omnes requisitis per actis genuflexionibus recedunt, Acolythi quidẽ in choro, Subdiaconus à credentia accipit Calicem, Diaconus verò celebranti ministrat in altari, vt suis locis dictum est.

10 Subdiaconus dum infundit aquam in calicem non petit benedictionem, & cum incensantur oblata vna cum Diacono eleuat fimbriam planetæ celebrantis à sinistris.

11 Diaconus cum incensum ministrat celebrantis manum nõ osculatur, & post incensationem altaris ipsum tantum celebrantem ter ducens thuribulum incensabit.

12 Cum dicitur *Orate fratres, &c.* Diaconus respõdebit, *Suscipiat &c.* Ad eleuationẽ Subdiaconus in cornu epistolæ genuflexus incensabit Sacramentum.

13 Acolythi, & reliqui omnes in choro, & extra exceptis Diacono, ac Subdiacono post eleuationẽ genuflectunt, vsq; ad *Per omnia &c.* ante *Pax Domini, &c.*

14 Ad *Agnus Dei*, dum dicitur nemo percutit pectus. non datur Pax, neque Benedictio, & Diaconus in fine dicit, *Requiescant in pace*: non tamen se vertit.

15 Si facienda sit Absolutio, finita Missa in choro distribuuntur candelæ, & in altari celebrans retrahit se ad cornu Epistolæ, vbi deposita casula, ac manipulo, adiuuantibus ministris accipit pluuiale nigrum. Subdiaconus accepta cruce medius inter duos ceroferarios portãtes cãdelabra accensa, præcedẽtibus thuriferario gestante thuribulum, & Acolytho ferẽte vas aquæ benedictæ, ac illius aspersorium, & librũ procedit ad tumulum, sequuntur reliqui in choro morantes bini ferẽtes candelas ceræ communis accensas primo iuniores mox seniores ex ordine, vltimo celebrãs à sinistris habẽs Diaconum, omnes detecto capite excepto celebrãte, qui ante altare sanctissimi Sacramenti dum transeunt, oẽs genuflectunt; ad locum verò præparatum peruenientes cruci se inclinãt. Subdiaconus cum ceroferarijs sistit se ad pedes tumuli contra altare, reliqui hinc inde ex ordine; celebrans verò cum Diacono sistit se in capite inter altare, & tumulum versus cornu epistolę, facie conuersa ad crucẽ, cui cũ ibi peruenerit statim detecto capite inclinat, thuriferarius verò, & Acolythus post eum stabunt. Rit.miss. XIII.4. C.N. à Magist Rom.probata.

16 Duo cantores à latere celebrãtis statim incipiunt Responsoriũ *Libera me Dñe, &c. de morte æterna*, & chorus prosequitur, *in die illa, &c.* versus verò dicuntur alternatim à cantoribus vtriusque chori.

17 Sub finẽ Responsorij celebrans immittit incensum in thuribulum illud more solito benedicens; Diaconus verò à dextris eius ministrat nauiculam sine osculis, & dicto *Kyrie*

eleison, accipit asperforium à Diacono fine osculis, dicitq; *Pater noster.* reliqua prosequendo secreto, & facta in medio reuerentia altari, comitante Diacono à dextris, ac fimbriam anteriorem pluuialis eleuante circuit tumulum, atque aqua benedicta aspergit ter à dextris, & ter à sinistris, ante crucem transiens profundè inclinat, Diaconus verò genuflectit; postmodũ reddito asperforio Diacono, eodem loco quo acceperat ab eodem accipit thuribulũ, & eodẽ modo quo asperserat incẽsat, solitis adhibitis reuerentijs altari, ac cruci, ac tandem redit ad locum suũ, vbi Diacono tenẽte librum apertum supra pectus ante ipsum celebrãtem iunctis manibus dic. ℣. *Et ne nos, &c. A porta inferi. Requiescant in pace. Domine exaudi, &c. Dominus vobiscum, & Oremus.* cum oratione, *Absolue, &c.* quæ semper dici debet ad tumulum excepto die cõmemorationis omnium defunctorum, & nisi officium fiat pro Sum. Pontifice Cardinali, vel Episcopo, nam tunc dicitur propria oratio prout in Pontificali, & est eadem, quæ dicitur in principio missæ. Post orationem dicens *Requiem æternam, &c.* manu dextera format signum crucis supra tumulum, sinistra posita supra pectus, interim Diaconus eleuat fimbriam pluuialis.

18 Dicto per cãtores, *Requiescant in pace*, redeũt omnes in Sacristiam ordine quo venerant, cruci cũ transit omnes caput profundè inclinant, in chorum cum peruenerint candelas extinguunt, celebrans cum ministris in Sacristia paramẽta deponũt; acolythi verò extinguunt cæreos in altari, & tumulos existentes.

De Missa quæ cantatur sine ministris. Cap. XIX.

1 IN Ecclesijs minoribus, in quibus non est sufficiens numerus ministrorum cantari poterit diebus Dominicis per annum missa sine ministris, pro qua dum dicitur tertia præparabitur supra altare missale, calix atque quatuor candelæ, quæ circa finem tertiæ accendantur.

2 Dicta tertia præcedentibus duobus Acolythis quorum alter defert vasculum aquæ benedictæ cũ asperforio, sequetur celebrans indutus pluuiali coloris tempori, & officio conuenientis, & facit aspersionem modo supra præscripto l. 2. cap. 17. in cuius fine deponit pluuiale, & casula indutus facit confessionem acolythis respondentibus, qui post eum hinc inde genuflectent.

3 Si verò non sit facienda aspersio, procedit, vt in missis priuatis cũ casula, deferens sibi calicem præcedente Acolytho cum missali.

4 Celebrãs facta confessione ascẽdit ad altare, legitque Introitum, & *Kyrie* assistẽte acolytho, deinde cãtat clara voce principiũ Hymni *Gloria in excelsis, &c.* orationẽ, vel orationes, Euangelium, Initium Symboli, *Credo in vnum Deum, &c. Dominus vobiscum, & Oremus*, ante Offertorium, cantat etiam Præfationẽ, & orationem Dominicam post eleuationem; *Per omnia, & Pax Domini.* post communionem verò cantat Dominus vobiscum, & orationem, vel orationes, atq; iterum *Dominus vobiscum*, atq; tandem *Ite missa est.* vel *Benedicamus Dño.* reliqua verò legit summissa voce, vel dicit secreto prout in reliquis missis priuatis.

Rub.gen. mis. VII.8 5 Epistolam cantabit aliquis Subdiaconus, vel etiam Acolythus superpelliceo indutus, qui celebrantis manum in fine non osculabitur, sed sibi ipsi respondebit, *Deo gratias*.

6 Non incensatur altare, nec defertur Pax; sunt enim sollemniũ missarum istiusmodi cæremoniæ, hæ autem & si cantentur non tamẽ à priuatis missis iuxta rubricas missalis, & vt supra diximus natura sua differunt.

7 Acolythus eodem modo, quo reliqui in choro, stat, vel genuflectit; ad confessionem tamen, & si in choro, quãdo cãtatur Introitus non genuflectant, ipse tamen interim genuflectet, & in omnibus celebranti respondebit, ac ministrabit, prout in omnibus missis priuatis.

8 Dum cantatur epistola celebrãs eam summissa voce legit, & in fine sibi ipsi respondebit, *Deo gratias*, ac Graduale pariter leget.

9 Finita missa recedit ordine quo venerat, prout in reliquis missis priuatis.

10 Eadem respectiuè seruantur in missis quæ pro defunctis sine ministris cantantur, seruatis tamẽ ijs, quę supra de missa sollemni pro Defunctis sunt dicta.

De prima missa noui Sacerdotis sollemniter celebrantis. Cap. XXX.

1 CVm aliquis ex nostris ad Sacerdotium promotus primo est sollemniter (vt moris nostri est) celebraturus; altare ornetur paramentis coloris festo, vel tempori cõuenientis; paramenta tamẽ, & totius altaris ornamenta adhibeantur ex pretiosioribus, prout festis primæ classis tertij ordinis, de quibus supradictum est, vesperæ tam primæ, quam secundæ sollemniter celebrabuntur: Ad matutinũ ipse celebrans in prima sede secundi chori stabit, lectiones cantantur, non tamen ad Laudes altare incẽsabitur. Campanæ quoq; prout festis primæ clasis ad officium, & missam sollemniter pulsantur; In reliquo etiam officio diei, atq; in reliquis publicis actionibus primum locum post Præpositum ipse celebrans tenebit.

2 Missa erit sollemnis, cui aliquis ex senioribus ministrãs Diaconi munus præstans ei asistet.

3 Fiat in missa genēralis communio nostrorum clericorum, ac laicorum, necnon etiam secularium.

4 Supra parietes, dum cantatur missa accendantur cerei, & ad eleuationem quatuor intortia accẽsa maneant, donec perficiatur Sacra communio.

5 Post missę celebrationem, qui in Sacristia sũt, manum celebrãtis exosculentur.

De oratione Quadraginta horarum, quæ sollemniter celebratur. Cap. XXXI.

1 CVm graui aliqua ex causa sollemnis quadraginta horarum oratio indicitur; altare maius, vt in pcipuis festiuitatib⁹ sollemni apparatu, decoroq; cultu exornetur: candelabra, Angelorumq; simulacra p cereis optimo ordine disponantur, inter quæ vascula flosculis odoriferis benè aptẽtur, tam super gradus, quam supra altare, parietes, ac cancellos, iuxta locorum dispositionẽ, & commoditatem: omnis autẽ prophanus apparatus vitetur; seculariũ Syn. Mediol.

candelabra, vasaq; argentea, quæ ad ecclesiasticum cultum nullo modo spectant ne apponantur: sanctorum reliquiæ suis locis cum luminibus alijsq; ecclesiasticis ornamentis exponantur; sacræ imagines, ac simulacra pia benè aptẽtur. Thymia materia cum odoramentis hinc inde à lateribus altaris retro, loco cõgruo, sint disposita, & cum res postulauerit supponantur prunæ accensæ, omniaq; bene aptentur.

2 Altaris maioris atque aliorum altarium ecclesiæ nec non celebrantis, ac ministrorum paramenta erunt prætiosiora, albiq; coloris.

Instruct. Clem. VIII. 3 Pridie quem celebranda est oratio ad vesperum post signum salutationis Angelicæ ter pulsantur campanæ sollemni sono, prout in præcipuis festiuitatibus, eodẽ quoq; modo mane in Aurora pulsentur: quod omnibus diebus dum continuatur oratio est seruandum, non solum his horis, verum etiam ad omnes canonicas horas, ad quas cãpanæ sollemniter prout in præcipuis sollemnitatibus sunt pulsandæ.

Cærem. pisc. l. 2. 33. 4 Pro missa cantanda præparẽtur omnia paramẽta alba, baldachinum etiam album, tabernaculum gestatorium, ac reliqua omnia, prout in proprio diei corporis Christi infra dicetur.

5 Missa erit de Sanctissimo Sacramento etiam si sit Duplex, vel dies Dominicus in quo iuxta rubricas missalis de missis votiuis pro re graui vel publica ecclesię causa dicetur vna tantum oratio, cum *Gloria*, & *Credo*. Præfatio erit de Natiuitate absque communicantes: & quia talis missa cum officio non correspondet dici debet post Nonam, Denæ autem horæ omnes simul dicentur absq; vlla sollemnitate duabus tantum candelis accensis more solito.

Rub. gen. miss. X. 14. Rub gen. miss. VII. Rub. gen. XI. Rub. gen. V. 5.

Ex rubr. gen. III. & VI. 6 Si sit dies festus celebrẽtur duæ missæ sollemnes alter de die post tertiam; altera verò de sanctissimo Sacramento post Nonam.

7 In missa consecrantur duæ hostiæ, quarũ altera sumpta à celebrãte cõmunione in tabernaculo ponitur, illudque supra corporale in medio collocatur, vnde & fieri debent genuflexiones, accẽdi luminaria, omniaque seruari, quę in proprio de festo Corporis Christi suo loco dicentur.

8 Processio quoque eodem modo facienda, in cuius fine incensabitur sanctissimum Sacramentum, & interim cantabitur, *Tantum ergo Sacramentum, &c.* deinde cantores dicẽt. ℣. *Panem de cœlo, &c.* celebrans verò orationem, *Deus qui nobis*, *&c.* prout in libro processionum: qua dicta nõ datur benedictio, sed sanctissimum Sacramentum loco decenti in medio altaris sub aliquo paruo baldachino, vel velis pretiosis ceu vittis ex infulis hinc inde pendentibus reponetur, factaque breui oratione recedunt.

9 Durante oratione vicissim, duo saltim ex nostris Sacerdotibus, ac clericis genibus nixi in plano ante altare per horam orationi vacẽt, clerici superpelliceis induti, Sacerdotes verò etiam stolam albam circa collum habentes, semper enim presbyter sanctissimo altaris Sacramẽto ministrans, vel ante illum assistẽs cũ orario accedere debet: & sic transacta hora, ordine præscripto, continuatè sibi inuicem succedentes, absque intermissione, vt solet Ecclesia quãdo graue aliquid occurrit, prout in Actis Apostolorum innuitur ad Deum sunt effundendæ præces.

Concil. Brach. 3. c. 3. C. Ecclesiast. d. 23. Act. 12.

Cærem. episc. l. 1. cap. XII.

10 In altari in quo sanctissimū Sacramentum est expositum priuatæ missæ ne celebrentur, quod si iusta ex causa celebrādum sit, oportet celebrantem accedendo, & recedendo genuflectere, & in cōuersionibus ad populum, ea omnia quæ proprio loco sunt supra notata l. 2, c. 4. nu. 6. seruantur.

Vsus eccl. S. Petri Romę & oium ferè ecclesiarū

11 Cum in choro horæ Diurnę, vel nocturnę cantātur, semper dum sanctissimum Sacramētum est super altare expositum aperto capite, siue stādū, siue sedēdū sit manere debēt.

Conf. à Mag. Ro.

12 Si vesperæ sollemniter celebrētur, celebrans pluuiali coloris officio conuenientis indutus erit, & *Ad Magnificat*, antequam incensetur altare, ipsum quidem Sacramentum flexis genibus prius incensabitur, mox altare, & reliqua, vt supra l. 2. c. 13. nu. 5. notatum est.

C. N.

13 Si quis sermonē est habiturus, siue in sugesto, siue propè altare, stās supra superpelliceum stolam albam habeat, semperq; detecto capite deuotè, ac reuerenter, quo piorum animi ad deuotionem excitētur magisque affectus moueatur, quam curiositas nutriatur breuis illa, ac pia hortatio dirigetur: decet autem vt principio orationis immediatè post procesionē, & pluties in die prout pietas, ac populi concursus postulauerit, sermones habeantur.

Sup. l. 2. c. 17. n. 5.

14 In fine orationis, vel fit processio, modo suo loco præscripto, vel si ratio suadeat non fiat, omnibus superpelliceis indutis intra presbyterium ante altare conuenientibus, ac circumcirca genuflexis; Præpositus medius inter duos assistētes, vt post Vesperas die octaua corporis Christi, incensabit Sacramentum; chorus verò cantoribus inchoantibus, cantabit Hymnum, *Pange lingua, &c.* in cuius fine dicetur, ℣. *Panē de cœlo*, cum oratione, *Deus qui nobis*, post quam celebrans benedicet populo formans signum crucis super eum.

De missa sollemniter cantāda in celebratione capituli generalis. Cap XXXII.

Const. p. 3. c. 2.

1 Pridie celebrationis generalis capituli in Ecclesia sancti Siluestri de Vrbe, vbi iuxta cōstitutiones ferè est celebrandum, altare sollemni apparatur ornetur sicut festis primæ classis; & vesperæ post signum salutationis Angelicæ campanæ sollemniter pulsētur, vt fit in præcipuis sollemnitatibus.

Rub. gen. nis. VX: 5

2 Mane hora decenti dicuntur horæ diurnæ, videlicet Prima, Tertia, Sexta, & Nona absq; vlla sollemnitate, celebrāte Hebdomadario, duabus tantum candelis super altare accensis, missa enim sollemniter celebranda nullum habet cum officio connexionem: post Nonam verò immediatè cantabitur missa sollemnis de Spiritu sancto.

3 Si eo die occurrat aliquod festū quo cantari debeat missa; post Tertiam cantabitur missa festus illius diei; postquam immediatè in choro dicentur, absque vlla sollemnitate Sexta, & Nona.

4 Post Nonā Pater Generalis celebrabit missam sollemnem de Spiritu sancto, cui Diaconi munus gerens Sacerdos à Magistro cæremoniarū designatus ministrabit, prout fit in præcipuis sollemnitatibus primæ classis.

Rub. gen. IX. n. 14. VIII. nu. 3. & XI. C. N.

5 In hac missa cum sit pro re graui, dicetur vna tantum *Oratio*, cum *Gloria*, & *Credo*.

6 Patres omnes, præcipuæ capitulum ingressuri, missæ vsque ad finem

interesse studeant.

7 Missæ priuatæ, nisi festum sit duplex, erunt de Spiritu sancto, in ijs autem dicendæ plures orationes, quarum secunda erit de officio diei sine *Gloria*, & *Credo*: nam rubrica tātum loquitur de missa sollemni pro re graui; si verò festum sit Duplex, dici poterit in ipsis missis priuatis oratio de Spiritu sancto, quòd seruandum durante capitulo.

Cærem. Petri de Roys.

8 In alijs domibus nostræ congregationis iuxta decreta cōstitutionū, pariter missa sollemnis de Spiritu sācto post Nonā dicetur, q̄ Vicari⁹ Domus, vel aliquis ex senioribus celebrabit eodem modo, quo supra, cum *Gloria*, & *Credo*, & vna tantum oratione, missæ quoque priuatæ eodem modo dicantur, quo supra.

Const. p. 3. c. 2.

9 Post Nonam in omnibus domibus quotidie, durāte capitulo, dicetur in choro flexisgenibus Hymnus cum Versibus, & Orationibus de Spiritu sancto, prout in peculiari libro habetur.

Constit. vbi sup.

De Sacramentorum administratione. Cap. XXXIII.

1 VT sancta sanctè, quod sæpius monemus administrentur, Sacerdotes Sacramētorum in domo Dei, quæ est eius Ecclesia, dispensatores, ac ministri primo conscientia munda, cordeque puro ad illa tractanda accedant: quamuis enim diuinam, quam habent virtutem Sacramenta nunquam amittant: illa tamen indignè ministrantibus æternam perniciem, & mortem inferunt; ex quo, vt munus suum impleant, vberioremque ex eorum vsu in dies, annuente Deo, gratiam consequantur. sanctitatem, vitæ integritate, ac morū grauitate apprimè sectari, oīq; studio, ac conatu amplectatur oportet: sic .n. decet, vt ex fontibus Saluatoris puris manibus aquam sitientibus hauriant, atq; propinent: nec hoc tantum satis sibi esse arbitrentur: verùm etiā meminisse oportet conditionis humanæ, quæ ea est, vt non facilè sine exterioribus adminiculis ad rerum Diuinarum cognitionem extolli queat. Hinc pia mater Ecclesia præter ea, quæ de essentia Sacramentorum sunt, ritus quosdam, sacrasque cæremonias ex Apostolica traditione adhibere cōsueuit, ad quæ omnia fidelis seruus in dispensationē alendæ familiæ destinatus diligenter attendens, gloriā à Domino, tanquam dispensator fidelis, & villicus vtilis consequetur, & super omnia bona constituetur.

2 Ad pęnitentiæ igitur Sacramentum ministrandum accedat compositus, interius quidem magna conscientiæ puritate, reuerentia, timore, & humilitate: exterius verò eo cultu, gestu, & habitu, quo par est eum, qui Dei locum tenet, & personam gerit.

3 Se primum Deo, tum iniunctum sibi onus comendans est, genibusque flexis Diuinum implorans auxilium, vt sibi ad iudicandum sapientiam, ad medendum consilium, ad miserendum pietatem; pœnitentibus verò cor contritum, & humiliatum elargiri dignetur. & si vacat oratione aliqua, vel Breui ad Deum mentis eleuatione se præparet.

4 Omnium cōfessiones in sedibus ad id in Ecclesia designatis loco patenti, tanquam Iudex pro tribunali sedens cooperto capite, superpelliceo, ac stola violacei coloris indutus audiat, nec alibi, neq; alio modo;

Synod. Med.

Rit. S. Seuer.

nisi necessitas vrgeat.

5 Pœnitentem benignè grauiter tamen excipiat, ipsumq; decenter se componere doceat: si arma gerit deponere iubeat; si immoderato corporis cultu,& ornatu accedat, paternâ corripiat, & suadeat,vt ornatum illum priùs deponat, tum redeat, quod tunc præcipuè fiat,cum mulieres nimis fucatæ accedunt, moneat deinde,si forte id nõ vltro fiat, vt vtrumque genu flectat, signoque crucis se muniat, & capite demisso, manibusque iunctis dicat,*Confiteor,&c.* vsq; ad *Ideo precor,&c.*exclusiuè, quòd si adeò rudis sit, vt id nesciat,adiuuet ipsum, etiam vulgari sermone, si opus sit.

6 Peracta confessione, pœnitenti iniunctam sibi pœnitentiam acceptanti iubeat,vt solus, vel confessore adiuuante recitet latina, vel etiam vulgari lingua, *Ideo precor Beatam Mariam, &c.* quibus dictis, eum absoluit, primo ab excommunicatione ad cautelam, mox à peccatis dicens. *Misereatur tui omnipotens Deus,& dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam*, ℞. *Amen. Indulgentiam absolutionem, & remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus*, ℞. *Amen.* Deinde manu dextera supra pœnitentem eleuata, & extensa eum absoluit hac forma. *Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius te absoluo ab omni vinculo excommunicationis maioris, vel minoris suspensionis*, quod si pœnitens sit laicus omittitur verbum *suspensionis*, *& interdicti in quantum possum,& indiges, & restituo te vnitati, & communioni fidelium, & sanctis sacramentis Ecclesiæ* deinde producẽs signum crucis supra pœnitentẽ subiungit. *Iterum ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis. In nomine ✠ Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* ℞. *Amen. Passio Domini Nostri Iesu Christi,&c.*

Rit.S.Seuer.

7 Si casus accidat, in quo immineat mors,& periculum sit in mora, omissis reliquis, recitet tantum verba absolutioni necessaria, videlicet. *Ego te absoluo ab omni excommunicatione,& à peccatis tuis:* vel etiam breuissimè,*Absoluo te*, intẽdens absoluere ab omnibus censuris, & peccatis etiam reseruatis.

8 In reconciliationibus vti poterunt confessarij forma communi supra posita, vel etiam hac breuiori. *Si teneris aliquo vinculo excommunicationis,à quo possim te absoluere, ego te absoluo. & restituo vnitati fidelium, Item & te absoluo à peccatis tuis. In nomine ✠ Patris, & Filij,& Spiritus sancti.* ℞. *Amen.*

9 In crimine hæresis, schismatis, vel apostasiæ à fide,confessarius facultatem habens absoluendi in foro conscientiæ primum omnium hæresim,schisma,vel apostasiam à fide faciat citra scripturã detestari verbo, anathematizare, & abiurare, ac iuramento præstito promittere, quod de cætero ab ijs, atq; alijs similibus excessibus penitus abstinebit, deinde, salutari pœnitentia, iniuncta in foro conscientiæ dumtaxat absoluat, ac in gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ excipiat, eisque reconciliet. Direct. Inquisit.

10 In dubijs absoluens ad cautelam, dicat. *Si teneris aliquo vinculo excomunicationis quãtum possum, & indiges auctoritate qua fungor absoluo te, &c.* deinde absoluat à peccatis.

11 Si excommunicatio fuerit publica,publicè absoluat:accepto prius iura- Pont. Rom.

iuramento in posterum talia non commissurum errata,& si damnum, vel iniuriam intulerit, eum nõ prius absoluat, quin vel satisfecerit, vel pro satisfactione cautionem dederit: tum superpelliceo, ac stola violacea indutus excommunicato humiliter ante se genuflexo,ac veniam, & absolutionem petente, dicat cum circumstãtibus Psalmus, *Miserere mei Deus*, totum, & quolibet versus initio humeros seu spatulas leuiter percutiat pœnitentis in grauioribus autem criminibus habita ratione personæ, nudis spatulis pœnitens percutiẽdus accedat, post Psalmum dicat *Kyrie eleison,Christe eleison,Kyrie eleison. Pater noster.℣.Et ne nos. ℟.Sed libera. ℣. Saluum fac seruum tuum. ℟. Deus meus sperantem in te.℣.Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Domine exaudi. ℟.Et clamor.℣.Dominus vobiscum. ℟.Et cum spiritu tuo*. Oratio, *Deus cui proprium est, &c.* Deinde absoluit dicens. *Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego authoritate ipsius, ac sanctissimi D. N. Papæ, vel Reuerendissimi Domini Nostri Archiepiscopi, vel Episcopi, vel talis Prælati mihi commissa, absoluo te à vinculo excommunicationis in quam incurristi*,vel concurrisse es declaratus propter tale factum, vel causã,vel si plura sint facinora, propter talia,&c.illa exprimendo iuxta sententiam, vel declarationem: *& restituo te communioni, & vnitàti fidelium, & sanctis Sacramentis ecclesiæ. In nomine ✠ Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.* & dextera facit signum crucis supra pœnitentem.

Ex to.3. diur.Paris de Crass.

Rit.S.Seuer.

12 Si confessario fuerit commissum, vt absoluat aliquem à suspensione,vel interdicto,postquam pœnitens dixerit,*Confiteor,&c.* Sacerdos dicet, *Misereatur*,& *Indulgentiam*, deinde subiunget absolutionem, dicens,*Auctoritate sanctissimi Domini nostri Papæ N.*vel *Reuerendissimi Domini Cardinalis Legati*, vel *Episcopi, ego absoluo te à vinculo suspensionis,in quam*, propter tale factũ,vel causam ipsum explicans, *incurristi, seu incurrisse declaratus es, In nomine ✠ Patris, & Filij,& Spiritus sancti.*& eodem modo mutatis nominibus fieri potest absolutio ab interdicto. & hoc modo fieri potest extra sacramentalis absolutio.

Rit,S.Seuer.

13 Ab irregularitate verò non fit absolutio, sed in ipsa dispẽsatur hoc modo. *Auctoritate sanctissimi Domini nostri Papæ N.* vel sedis Apostolicæ,vel vigore Decreti Sacri generalis Concilij Tridentini, *ego dispenso tecum super irregularitate*,seu irregularitatibus, *quam*, seu quas (propter N.causam,seu N.N.causas ipsas explicando)*contraxisti,& habilito te, & restituo tuo executioni ordinum,& officiorum tuorum*,quòd si irregularis non habeat ordines dicat, *& habilito te ad ordines suscipiendos.*

14 Quando vigore alicuius priuilegij,seu Iubilei,cum electione confessoris fieri debet absolutio à censuris, explicet confessarius in absolutione dicens, *Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius,ac sanctissimi Domini nostri Papæ rigore specialium literarũ Apostolicarum,vel generalis Iubilei, seu Indulgentiæ plenariæ in forma Iubilei tibi concessa,& mihi commissa absolua te,&c.* à censuris, à iure, vel ab homine quauis causa illatis, &c.

De hostiarum minorum consecratione, & eucharistia administratione.
Cap. XXXIV.

1 QVando hostiæ minores pro communicandis sunt consecrādæ, si sit missa sollemnis, dicto offertorio, deferatur ad altare per Subdiaconum pyxis cū hostijs consecrandis cooperta, & à diacono reponatur super corporale ante crucem, loco congruo, ita vt non impediat calicem, & maiorem hostiam consecrandam, nec thurificationem, & cum celebrās dicturus est, *Suscipe sancte Pater, &c.* p oblatione, Diaconus illam detegit, & aliquātulum eleuat, statimq; super altare reponit, & facta oblatione iterum cooperit; tēpore verò consecrationis rursum, discooperit, ac facta consecratione postmodum tādem cooperit, ac post calicem collocat. Cærem. epis. l. 2. c. 29.

2 Cū intra missarum sollemnia facienda est generalis communio, quę festis primæ classis primi, ac secundi ordinis, & feria quinta in cęna Dñi, atq; etiā in missa sollemni noui Sacerdotis, in quibus religiosorū atq; etiam sæcularium generalis communi fit, ceroferarij cum intortitiis accēsis vsq; ad finē cōionis à lateribus hinc inde assistant, celebrās verò assumpto sanguine, antequam se purificet, retrahit se ad cornu euangelij versa facie ad cornu epistolæ, post quē stabit Subdiaconus, Clerici interim superpelliceis induti, & post eos laici cum mantellis per ostiolum à latere euangelij vnus post aliū egrediētes, in plano ante altare recta linea genuflectūt. In altari verò Diaconus calicem palla coopertū ponit à latere epistolæ, intra tñ aram lapideā, extrahit pyxidē è tabernaculo, vel si esset super altare, eam detegit genuflectendo, interim celebrans, & Subdiaconus pariter genuflectunt, mox accedēs à latere altaris in cornu epistolæ in secundo gradu pfundè inclinatus, ac manibus iunctis voce intelligibili dicit, *Confiteor, &c.* quo dicto celebrās iterū genuflectēs Sacramentum, adorat vertensque se ad cōicandos dicit, *Misereatur*, & *Indulgentiam, &c.* format signum crucis supra cōicandos, sinistram infra pectus tenēdo, interim Diaconus eodem modo stans respondet, *Amē.* tum Diaconus à dextris, & Subdiaconus à sinistris supra gradū mediū altaris genuflectunt: Acolythi verò hinc inde velum extensum ante cōmunicandos genuflexi tenent. Rit. miss. VIII. 8. Cærem. epis. l. 2. c. 1. Rit. miss. E 6.

3 Celebrans opportunis adhibitis reuerentijs accipit pyxidem sinistra eam tenēs per nodū, absq; vllo velo, inter indicem, ac medium digitum, dextera verò accepta hostia cōuersus ad cōmunicandos, oculis defixis ad sanctissimū Sacramentum, dicit *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*, deinde dicit ter, *Domine non sum dignus, &c.* mox accedens ad cōicandos, cum vnicuique porrigit Sacramētum, faciens signū crucis intra labium pyxidis, dicit *Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animā tuam in vitā æternam æternam. Amen.* Ministri postquam cōionem sumpserint accedentes ad locum præparatum in choro purificationem sumunt, statimq; ad altare redeūtes hinc inde supra gradus à lateribus genuflexi vsq; in finem assistunt.

4 Post ministros accedentes clerici ascendunt medium altaris gradum ibiq; cōionē sumpturi genuflectunt quotquot gradus ille commodè ca-

pere poterit, primo quidem si adsit aliquis Prelatus, vel Sacerdos qui stolam coloris tempori conuenientis supra superpelliceũ habeat, reliqui verò ex ordine successiuè accedunt: ipse autem celebrans omnes eodem ordine quo supra communicat; incipiendo à latere epistolæ vsq; ad vltimum, qui est in extremo lateris Euangelij, & tunc omnes simul surgentes in plano genuflectunt, atque per ostiolum à latere epistolæ chorum ingrediuntur: statimq; reliqui ex ordine vsq; ad vltimum clericum eodem modo accedunt, post clericos sequuntur laici: & vbi est consuetudo, post religiosos immediatè sodales congregationis Oratorij eodem ordine accedere debẽt.

5 Si alij seculares sint communicandi acolythi velum extensum tenentes amouent; celebrans verò ab altari descẽdens ad cãcellos ad dexteram cõicandorum à latere Epistolæ accedẽs vnicuiq; sumendum dat Sacramẽtum, ex ordine, eodem modo, quo supra, donec cõpleatur circulus vsq; ad vltimum terminum lateris euangelij, & tunc, si alij accesserint, quoties opus est reuertitur incipiendo eodem ordine à latere epistolæ, nec dat eis benedictionem, cũ illam daturus sit in fine missæ.

6 Absoluta communione, antequã celebrans altare ascendat, surgunt ministri, & ad celebrantem cum reuerentijs accedentes, dum ascendit gradus hinc inde eleuant fimbrias anteriores vestium eius: ipse verò tenens digitos dexteræ adhuc coniunctos super pyxidem, ascendit ad altare, vbi supra corporale illam reponens, aduertat ne quid fragmenti digitis adhæserit, illos ad maiorem cautelam supra pyxidem excutiens, deinde à latere euangelij post se habẽs subdiaconum genuflectit donec reponatur sanctissimum Sacramentũ: & statim Diaconus tergit pyxidẽ, eamq; in tabernaculum reponit, debitis factis reuerẽtijs, tãdẽq; ostiũ claudit, & tunc cẽs surgũt; & Sacerdos more solito ꝓsequitur missã.

7 Eodem modo cũ diebus dominicis, & reliquis festis anni generalis Religiosorũ nostrorum cõmunio fit, in missis priuatis, quæ à Præposito, vel eius Vicario post primã sunt celebrandæ procedere oportet, exceptis ijs, quæ de ministris supra sunt dicta; celebrãs enim ipsæ accipit pyxidem, atq; aperit, & in fine claudit, atq; reponit; confessio verò recitato à clericis circũcirca genuflexis.

8 Cũ autem communicato Sacerdote secularis aliquis sanctissimum eucharistiæ Sacramentum est sumpturus eadem respectiuè obseruẽtur: semper velum ab acolytho ante cõmunicandos apponatur qui à latere epistolæ genuflexus facit confessionẽ celebrãs verò ẽt vnus tantum sit cõicãdus dicat. *Misereatur vestri*, & *Indulgẽtiam peccatorũ vestrorũ*, semper, etiam si mulier sit cõmunicanda, eadem modo dicat *Dñe non sum dignus, &c.* nec det benedictionem communicatis, quia in fine missæ illam sunt accepturi: quod si missa sit pro defunctis, seruato ritu missalis non dabitur tũc benedictio, cũ in missis defunctorum non detur; nec est absurdum, si qui in ea missa communionem sumunt nõ benedicantur, talis .n. ritus ex rubricis in officio defunctorum est seruandus. Rit. miss. X. 6.

9 Cum in missis priuatis hostiæ pro communicandis erunt consecrandæ, præparetur à ministro pyxis cum hostijs, & ante offertorium super corporale antequã celebrãs patenã cũ hostia accipiat, discooperiẽs

pyxidem ſupra corporale reponat, & intentionem ad omnes, & ſingulas hoſtias quotquot ſunt non determinando numerum dirigat, dicens. *Suſcipe ſancta Pater, &c.* & ſtatim depoſita patena pyxidē cooperit, & reliqua proſequitur more ſolito vſque ad conſecrationem; dicturus verò in canone, *Qui pridie, &c.* pyxidem ante calicem trahens diſcooperit, tunc accipiens hoſtiam format ſignum crucis, verbaq; conſecrationis ſuper ipſam omneſque alias profert, intendens conſecrare omnes, & ſingulas, nam & ſi iſta actualis intentio non ſit neceſſaria ſufficit enim virtualis, ſtudeat tamē ipſam habere: repoſita verò poſt cōſecrationem hoſtia ſuper corporale, tunc cooperit pyxidem, atque poſt calicem collocat.

10 Si quando communicandorum paruus eſt numerus, hoſtiæ conſecrandæ ſuper patenā poſitę, cū hoſtia maiori efferri poſſunt, & poſt offertorium ſupra pallam ſubtus hoſtiam reponi, & quando poſt orationem Dominicam, hoſtia ponenda eſt ſupra patenam reponantur in ipſa palla ſuper corporale ad latus calicis; & aſſumpto ſanguine ſupra patenam vna cum palla reponantur.

Rit. miſſ. X. 6.

11 Acolythus interim genuflectēs à latere epiſtolæ dicit, *Cōfiteor, &c.* celebrans facta prius Sacramento genuflexione conuertit ſe ad populum à latere Euangelii, ac dicit *Miſereatur veſtri, &c.* & *Indulgētiam peccatorum veſtrorum*, etiā ſi vnus tantum ſit communicandus, dum verò dicit *Indulgentiam*, ſiniſtra infra pectus poſita format ſignū crucis ſupra communicandos, poſtea accipiens ſiniſtra pyxidem, vel patenam intra indicem, ac medium digitum, dextera inter indicem, & pollicem accipit vnam hoſtiam, quā aliquantulum eleuatam ſupra pyxidem, vel patenam tenens conuerſus ad communicandos terga vertens altari in medio, dicit. *Ecce Agnus Dei, &c.* deinde ter dicat, *Domine non ſum dignus*, etiam ſi fœminæ cōmunicentur, interim miniſter, & omnes circumſtantes ter quoque pectus percutiunt, tunc accedens ad dexteram, ideſt ad latus epiſtolæ vnicuique porrigens Sacramentum facit ipſo ſignum crucis ſupra pyxidem, vel patenam, dicens. *Corpus Domini Noſtri Ieſu Chriſti, &c.* & reliqua fiunt vt ſupra.

Conſult. Iag. Ro.

12 Si congrua ex cauſa communio eſt facienda in fine miſſæ, vel alias extra miſſam extendatur corporale ſuper altare, vel ſaltim adhibeatur palla, & Sacerdos, ſi non ſit ſacris veſtibus indutus, ſupra ſuperpelliceum habeat ſtolam coloris tempori congruentis; acolythus verò accendat intortitia, & ſupra cancellos extendat velum. Sacerdos verò extrahat ſanctiſſimum Sacramentum cum debitis reuerentiis ex tabernaculo, & interim acolythus à latere epiſtolæ genuflexus dicat confeſſionem, in cuius fine rurſum celebrans genuflectat, conuerſuſque dicat *Miſereatur, &c.* prout ſupra.

Conſult. eccl. S. Petri Ro.

13 Poſt communionē reponit pyxidem ſupra corporale, eamq; operculo, ac paruo conopeo cooperit, factaque genuflexione conuertēs ſe ad communicatos benedicit eis dicens. *Benedictio Dei omnipotentis ✠ Patris, & Filij, & Spiritus ſancti deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. Amen.* Interim autem ſiniſtra infra pectus poſita ſignum

Rit. S. Seuer.

crucis super ipsos formabit; ac tandem peractis debitis reuerentiis pyxidem in tabernaculum reponet, clauique ostiolum claudet digitos tandem, vel in altari in vase ad id deputato, vel in Sacristia abluet.

Synod. Med.

14 Si dum fit communio, aliqua hostia excidat in terram, reuerenter eam Sacerdos accipiat, locusque in quem ceciderit obsignetur, atq; aliquid interim superimponatur, ne à transeuntibus fortè conculcetur, opportuno verò tempore cum postea populus recesserit abradatur, & puluis, seu abrasio in sacrarii piscinam proiiciatur.

15 Si ceciderit supra mappam, vel velum huiusmodi mappa, seu velum signetur, ac postmodum diligenter lauetur, ipsa verò lotio in sacrarii piscinam proiiciatur.

16 Si supra vestes communicantium ceciderit locus signetur, ac postea lauetur, quod si commodè, vel decenter fieri non poterit, si fortè aliquam mulierem tetigerit, eidem vt vestem, vel locum à Sacramento tactum lauet minister committat, & lotionem vt supra in sacrarium proiiciat.

17 Pro monialibus communicandis in fenestella ad id deputata sternatur velum sericeum, & in loco vbi reponenda est pyxis corporale explicetur, in terram verò ex vtraque parte decet, vt extendatur aliquod tapetum, seu pannum, sint etiam in loco cerei accensi. Sacerdos verò ministraturus stola coloris tempori conuenientis supra superpelliceum indutus, veloque super humeros imposito præcedentibus acolythis intortitiis accensis ad locum communionis reuerenter, ac pie Psalmos, & Hymnos summissa voce recitando sanctissimum Sacramentum defert, ac in loco præparato supra corporale reposita pyxide velum deponit, Sacramentumq; reuerenter adorat, & dicta à monialibus confessione iterum genuflectit, ac subdit *Misereatur*, & *Indulgentiam*: deinde accipiens quibus par est reuerentijs vnam hostiam ex pyxide ad fenestellam accedens ipsamq; eleuatam supra pyxidem tenens dicit, *Ecce Agnus Dei, &c.* mox ter subdens, *Domine non sum dignus*, vt supra, &c. singulis porrigens Sacramentum format signum crucis intra labium pyxidis, hostiamque eis porrigens dicit *Corpus Domini nostri Iesu Christi, &c.* omnibus communicatis cooperit pyxidem, ac supra corporale reuerentijs adhibitis repones dicit Antiphonam, *O Sacrum conuiuium*, cum ℣: *Panem de cælo*, & orationem, *Deus qui nobis*, qua dicta formans signum crucis super ipsas, dicit vt supra, *Benedictio Dei omnipotentis ✠ Patris, & Filij, & Spiritus sancti descendat super vos, & maneat semper. Amen.* & rursum imposito velo humeris, peractis reuerentijs vtraq; manu pyxidem accipit, & eodem modo quo venerat reuertitur recitando Psalmos, & Hymnos pariter præcedentibus acolythis lumina ferentibus.

18 Si dum monialium communio fit, casu hostia intra clausuram earum ceciderit, quòd omni studio cauendum est, ne accidat, tunc præcipiat alicui ex ijs quæ intus sunt, vt illam reuerenter atq; omni diligentia adhibita ne aliquod fragmentum pereat, vel decidat patena, vel palla, aut etiam pagina alba, ac munda accipiat, & si aliter non potest manibus reuerenter per eandem fenestellam ei porrigat, & locus signetur, ne pedibus conteratur,

& si-

& finita communione ab ijsdem monialibus terra raddatur, ac tandem lingua lambatur, ipsaq; rasura in piscinã sacrarij proijciatur. sicut enim si in limũ decidat, ne irreuerenter ibi sit, à quolibet, vt Doctores dicunt eleuari, ac decenti loco reponi potest, ac debet, ita ergo à simili, nam & si in casu nostro sufficiens hæc est occasio, facultatem ingrediẽdi clausuram concedendi non ita, tamen facile adiri potest superior à quo licentia in scriptis esset concedenda, & interim indecenter sacra hostia in terram iaceret, & aliæ communicãdæ impedirentur, compluraque alia incommoda sequerentur.

19 Si in altari in quo celebratũ est, ac peracta communio, vel in gradu, seu etiam in plano inueniatur aliqua hostia, seu pars hostiæ, de qua sit dubium an post consecrationem ceciderit, tunc in loco decenti absq; vlla sollemnitate reponatur, & in sequenti missa à celebrante post sanguinis sumptionem immediatè ante purificationẽ assumatur; quod si amplius eo die non sit celebrandum, pro sequenti die intra tabernaculũ in quo sanctissimum Sacramentum asseruatur à Sacerdote absq; stola, & luminibus custodienda deferatur, & vbi sanctissimum Sacramentum non asseruatur, intra corporalia loco decẽti vsq; ad crastinum custodiatur, & proximo sequenti die à celebrante ieiuno post sanguinis assumptionem ante purificationem, vt supra assumatur.

20 Idem seruetur si casu accidat, vt pœnitens quis confessario commissum sacrilegium detegens, hostiã consecratam secreto restituat, nam tunc ipsam reuerenter acceptam secreto asportabit assumendam modo quo supra, non enim alijs traddi debet cum non certo constet de eius consecratione.

21 Si fortè hostia quam ei pœnitẽs restituit fuerit madefacta, ac deturpata, quod facile solet contingere cũ quis Sacramento communionem cũ alijs sumens, ex ore postmodum ipsam extrahit, si animus ferat, gratum Deo sacrificium erit, si sensum mortificãs, eodem modo, quo supra pius Sacerdos ipsam assumat; sin minus, in tabernaculo custodiat, donec species consumentur.

22 Si miraculosè fortè hostia cõsecrata in carnem, vel sanguinẽ conuersa fuerit, quod & contigisse experientia docuit, tunc si in aliqua eius parte species sacramẽtales mãserint, intra tabernaculum sanctissimi Sacramenti custodiatur; vbi verò species omnino fuerint deperditæ, & tantum sanguinis color, vel aliud liuoris, vel carnis miraculosum signũ remanserit, tunc non intra tabernaculum, sed in alio decenti loco vna cum sacris reliquijs custodiatur. Rit. S. Seuer.

23 Si intra pyxidem (quod absit) aliquis vermiculus ex speciebus sacramentalibus genitus, fuerit repertus, vel sordes ibi contractæ, comburantur, & cineres intra piscinã sacrarij proiiciatur. Synod. Med.

24 Semper Sacerdos; vbi sanctissimum Sacramentum, siue peracta communione, siue quacunque alia ex causa tetigerit, digitos in vasculo vitreo cum vino ad id deputato abluat, ac purificatorio tergat, vinumque purificationis, vel à ieiuno assumatur, vel in piscinam sacrarij proijciatur.



De communione infirmorum. Cap. XXXV.

1 PRo communicando infirmo mundetur locus, vbi iacet, atque in eo præparetur mensa cooperta linteo mundo, super quam etiam extendatur corporale, vbi reponendum est vasculum cum Sacramento, apponantur etiam duo candelabra cum cereis, & in medio mensæ, loco congruo sit imago crucifixi, sit etiã vasculum aquæ benedictæ cũ aspersorio, vasculum item cum vino pro ablutione digitorum Sacerdotis cum purificatorio, aliud quoq; vasculum pro purificando infirmo post sumptam Sacram communionẽ, præparetur etiam linteum, seu tobalea apponenda ante pectus infirmi cum communicatur: quod si infirmus sit clericus, decet eum dum communicatur indui superpelliceo, si verò sit Sacerdos, etiam habere stolã ab humero pendentem.

Rit.S.Seuer.

2 In sacristiam verò præparentur crux processionalis, cerei, intortitia, stola, ac pluuiale albi coloris, & velum oblongum; datoque signo magister cæremoniorum accedens ad altare, extendit in eo corporale, pyxidem vacuam cum paruo conopeo super altare à latere reponit, acolythi verò accendunt duos cæreos super altare, reliqui omnes acceptis superpelliceis, ac cereis intra presbyterium circumcirca altare accedentes genuflectunt, vltimus omnium procedit Præpositus, vel eo absente, qui eius vices gerit amictu, superpelliceo stola alba, ac pluuiali indutus, que supra gradus altaris genuflectit, & vbi aliquantulum orauerint, accẽduntur cerei; & quatuor intortitia deferenda à senioribus propè sanctissimum Sacramentum, ipse verò surgẽs adiuuante magistro cæremoniarum aperit tabernaculum, ac genuflexus adorat Sacramentum, accipit vas cum Sacramento, illud supra corporale ponens, extrahit inde aliquas particulas, vt semper communicato infirmo, aliquæ remaneant, easque in pyxide ponit, quam suo operculo tegit, paruumq; conopeum superimponit, deinde reponit Sacramentum intra tabernaculum, ostiolumque claudit; & tunc imposito velo eius humeris, facta genuflexione sinistra extremitate veli coopertam accipit pyxidem, quam altera veli extremitate cooperit, atq; vtraq; manu ante oculos eleuatam tenens defert; & præcedente cruce, & acolytho continuè tintinnabulum tangẽte procedunt ad locum infirmi, alternatim recitando Psalmum *Miserere, &c.* & alios prout in processionali habetur, quo cum peruentũ fuerit, ingressus Sacerdos locum, dicit, *Pax huic domui:* & omnes respondent, *& omnibus habitantibus in ea,* clerici omnes circumcirca genuflectunt, infirmus verò indutus, vt supra, si commodè potest propè lectum genuflexus Sacramentum expectet; Sacerdos verò depositum Sacramẽtum super corporale adorat, & accepto aspersorio aqua benedicta aspergit infirmum, & cubiculum; dicens Antiphonam. *Asperges me, &c.* cum ℣. *Miserere,* & *Gloria,* ac repetita Antiphona, dictisque ℣. cũ oratione, prout in libro hortatur infirmum, vt se ad recipiendum viaticum præparet, & tunc ipsemet infirmus, si potest, vel aliquis alius ex circumstãtibus pro illo dicit *Confiteor, &c.* Sacerdos verò subdat alia, prout in libro processionum, ac tandem ablutis digitis, dat cum Sacramento be-

Synod. Med.

nedi-

nedictionem infirmo, & reuertuntur ad ecclesiam ordine quo venerant, recitando canticum, *Benedicite, &c.* & *Benedictus*, vel etiam *Te Deum laudamus, &c.*

3 Ad altare cum peruenerint omnes circum circa intra presbyterium genuflectunt, Sacerdos verò pyxidem super corporale ponit, genuflectit, surgit, dicitque Antiphonam, *O sacrum conuiuium*, cum versu, & oratione, ac tandem data benedictione aperit tabernaculum, repositaque in eo pyxide rursum claudit, omnesque extinctis cereis, & intortitijs in Sacristiam recedunt, ibique deponunt superpellicea, Sacerdos verò etiam paramenta.

4 Cum infirmus grauiter ægrotãs communicatur ad modum viatici, siue ieiunus sit, siue non ieiunus dicatur. *Accipe frater viaticum &c.* cum verò ex deuotione communicat, dicatur. *Corpus D.N. Iesu Christi*, more solito.

Rit.S.Seuer. 5 In eadem infirmitate grauiter ægrotãs, ne pluries non ieiunus Sacram communionem per modũ viatici sumat; sed ei pie poscenti potest post octo, vel decem dies concedi; Ieiuno autem, quoties deuotè petierit, non negetur.

6 Cum causa deuotionis ad infirmum sacra communio defertur ne conuocentur omnes, sed quatuor acolythi superpelliceis induti intortitia accensa deferent, Sacerdos verò stolã, ac velũ sericeũ super humeros habens, dum Sacramentum defert Psalmos alternatim cum acolythis, vt supra recitabit, ingressusque cubiculum infirmi dicet. *Pax huic domui, &c.* aspergensque cubiculum dicet, *Asperges me, &c.* cum versu, & oratione, postquã infirmus dicet. *Confiteor, &c.* Sacerdos verò subdet *Misereatur*, & *Indulgentiam*, mox accepto Sacramento dicet. *Ecce agnus Dei, &c.* terque more solito. *Domine non sum dignus*, & cum ei porrigit Sacramentum dicit, *Corpus Domini nostri Iesu Christi, &c.* factaque communione, & abstersis digitis, dicit Antiphonam. *O Sacrum conuiuium*, cum versu, & oratione, tandemque data benedictione infirmo, recedit recitando Psalmos, vt supra.

7 Si in cubiculo in quo iacet infirmus, obtenta licẽtia, celebretur missa, infirmum communicat post communionem Sacerdotis, & si per modum viatici fit, dicatur ei, *Accipe viaticum, &c.* & in missa dicatur oratio pro infirmo, tamen magis decet si communio fit per modum viatici, vt ab ecclesia deferatur. Rit.S.Seuer.

De modo administrandi extremam vnctionem nostris infirmis. Cap. XXXVI.

1 PRo extrema vnctione ministranda, paretur in cella infirmi mensa cooperta mappa candida, & super eam vas aquæ benedictæ cũ aspersorio, peluicula, in qua sit gossipium, vel stupa ad abstergendas vnctiones in septem globulos distincta, alia etiam peluicula cũ medulla panis, ad abstergendos digitos, vas cum aqua ad abluendas manus Sacerdotis, cum linteolo, seu mantili, liber insuper processionum cum parua candela, quæ lumen inungenti præbeat, præparetur quoque aqua tepida, vel linteolum maditum, quo loca inungenda, si absq; infirmi incommodo fieri potest prius lauentur; lintea etiam infirmi (quoad fieri potest sint munda.

Ca p.fin de cõsec dist.4.

2 In Sacristia sit in promptu vas olei infirmorum eo anno ab Episcopo Feria quinta in cœna Domini consecrati, quòd velo violaceo cooperiri debet, stola etiam violacea pro Sacerdote ministraturo, & crux processionalis sine hasta cum duabus intortitijs.

3 Dato signo omnes in Sacristia superpelliceis induti præcedête acolytho cũ cruce sine hasta, quem medium habebunt ceroferarij cũ duabus intortijs accensis, ex ordine bini Psalmum *Miserere*, vel alios ex gradualibus recitantes procedunt, vltimus omnium sequitur superior, stola violacea supra superpelliceum indutus, vtraq; manu deferens vasculum olei infirmorum.

4 Cum peruenerint ad infirmum superior dicit, *Pax huic domui*, deinde crucem ferens, & acolythi cum intortitijs ad pedes lecti, reliqui circumcirca genuflectunt, superior vase olei supra mensam reposito, stans dicit orationes prout in nostro libello, postea aspergit infirmum, & cubiculum, dicto deinde, *Confiteor* ab ægroto, vel alio pro eo, subdit. *Dominus noster Iesus Christus*, *&c.* & statim prolata absolutione, clerici circumstantes alternatim legendo recitant septem Psalmos pœnitentiales, reliqui omnes laici, & seculares, qui sunt præsentes pro infirmo præces fundant.

5 Antequam vngatur infirmus, aliquis ex infirmarijs panno lino madefacto leniter partes vngendas detergêt, idem gossipio, vel stuppa partes inunctas postea absterget, post quamlibet vnctionem nouum globulum adhibens.

6 Interim dum Psalmi recitantur Sacerdos stans ante infirmum dicat. *In nomine ✠ Patris, & Filij, & Spiritus sancti*. & duo acolythi assistentes vnus libro, alter verò candelula ei ministrabunt, magister verò cęremoniarũ vas olei sancti apertum ante ipsum tenebit.

7 Sacerdos intincto dextero pollice in oleo sancto, inunget ex ordine singulas partes in formam crucis, distribuens verba cuiusque vnctionis ad ambas partes, ac primo dexteram, deinde sinistram vngens, vna cum vnctione ambarũ partium verba proferet; oculorũ palpebras primo inungens, mox aurium infimam partem, quæ scilicet planior est: narium verò intimam, ac labiorũ extimam vnica vnctione, manuum verò Sacerdotum in exteriori, reliquorũ in interiori parte: pedes in superiori parte, quæ dicitur collum pedis: ac denique renes in medium vngentur, vel si commodè fieri non poterit, in alterutra parte, vel etiam arbitrio vngentis omitti poterit, quod in muliere infirma omnino obseruari debet: ad singulas autem vnctiones idem met infirmus si poterit, vel alius pro eo respondebit. *Amen*. Rit.S.Scuer.

8 Finita vnctione cooperto vase, ac supra mensam reposito, medulla panis manus abstergit, & abluit, ipsa verò lotio in sacrarij piscinam proiicitur. Sic etiam gossipij combusti, seu stupæ cineres in sacrarium proiiciuntur.

9 Lotis manibus, ac Psalmis, & Litanijs completis, Sacerdos ante infirmũ genuflexus dicit preces, surgensq; legit ex libro orationes, post quas facta ægroto monitiuncula, traditaque ei cruce, recedit omnes ordine quo venerant, recitando Psalmos.

10 Si laborat in extremis, cito vngatur, ne sine vnctione decedat, incipiendo immediatè ab vnctione ocu-

lorum,

lorum, dicens. *Per istam sanctam vnctionem, &c.* deinde si superuiuat dicantur orationes assignatæ.

11 Si dum inungitur infirmus decidat, desinat Sacerdos illum vngere etiam si totus vnctus nequaquã sit, & orationes omittantur.

12 Si infirmum vi morbi correptum ad exitum vitæ properare contingat ideòque confestim communicari, atque inungi oporteat; tunc poterit, & oleum infirmorum deferri, non tamen à Sacerdote eodem Sacram Eucharistiam deferente, sed ab alio superpelliceo, ac stola violacea induto, qui deferẽtem Eucharistiam sequatur, & sumpta ab infirmo Sacra Eucharistia, ministretur hoc extremum Sacramentum.

D. Tho. Soto. 13 Si quis careat aliquo membro, vt oculis, nihilominus vngatur in viciniori parte, & dicatur, *Quidquid oculis vitio deliquisti.* & idem seruetur in mutilatis, vt si quis careat manibus, vel pedibus, vngatur in parte illi membro, quo caret, propinquiore, & nihilominus dicatur, quidquid tactu, vel incessu deliquisti.

Rit.S.Seuer. 14 In mulieribus vnctio lumborũ, vel renum honestatis gratia omittatur.

Modus adiuuandi fratres morientes. Cap. XXXVII.

1 POst sacram vnctionem Sacerdotes vicissim infirmo assistãt ipsum ad mortem præmunientes sacra lectione passionis Christi, alijsq; pijs orationibus, necnon etiam pijs exhortationibus: in missis quæ celebrantur, oratio, quæ proximè morituro in missali nuper edito addatur: priuatim quoq; pro eodẽ (r)es orent.

2 Proximè morituro sacerdos superpelliceo, ac stola violacea indutus assistens orationes ex libro legat: Imago sanctissimi Crucifixi, & vas aquæ benedictæ cum aspersorio ante infirmum collocẽtur: cum verò mors imminet, omnes in decumbentis cellam conueniant, atq; flexis genibus psalmis, piisque orationibus egredientem animam comitentur. Constit. p.2.c.9.

3 Egressa anima dicatur Responsorium. *Subuenite, &c.* cum versibus, & oratione prout in libro. & si mane congrua hora fuerit dicantur missæ Defunctorum, aut saltim applicẽtur, aliæque orationes, & deprecationes priuatæ fiant.

4 Tunc quoq; dabitur signum trãsitus defuncti maiori campana ecclesiæ, eodem modo quo fit pro salutatione Angelica, & immediatè post tribus vicibus modico interjecto spatio inter ipsas pulsationes cãpanæ omnes sono funebri pulsentur, quod si transitus defuncti in tẽpesta nocte cõtingat hoc signum ad horam opportuniorem differatur, poterunt autem pluribus vicibus, puta in morte prælati, vel insignis alicuius personæ iuxta laudabiles singularum Ecclesiarum consuetudines campanæ pulsari, vt audientes pro anima defuncti ad Deum preces effundant. Rit.S.Seuer. Synod. Med.

5 Infirmarii corpus defuncti lauabunt, illudq; communibus vestibus induẽt, si sit clericus superpelliceo, si verò laicus mantelo: si verò sit Diaconus, vel Subdiaconus paramentis sui ordinis coloris violacei vestiatur, Presbyter verò induatur omnibus paramentis ad missam celebrandam ordinatis, videlicet amictu, alba, cingulo, manipulo, stola, ac casula violacea, ponaturque supra feretrum panno nigro coopertum, cum puluino pariter nigro, & ita re- Rit.S.Seuer.

ponatur in aliquo sacello dormitorii, vel alio loco congruo cum cruce ad caput, & duobus saltim candelabris accensis, tenens ante pectus crucem cũ sacra crucifixi imagine, & in manibus coronam B. Virginis, & nihil aliud.

6 In ecclesia, altaria omnia, & ciborium sanctissimi Sacramenti paramentis nigri coloris operiantur: In medio Ecclesiæ quatuor præparentur cãdelabra cum cereis, seu intortitiis ceræ communis.

7 In Sacristia verò præparetur crux processionalis, cãdelabra, thuribulum cum nauicula, vas aquæ benedictæ cum aspersorio, candelę ceræ communis, stola, ac pluuiale nigrum, & reliqua paramenta pro missarum sollemnis, ac priuatarum celebratione.

De delatione corporis defuncti ad ecclesiam, & officio mortuorũ. Cap. XXXVIII.

1 HOra cõgrua dato signo omnes in sacristiam conueniẽtes superpelliceis induuntur, candelasq; ceræ communis extinctas in manibus habentes, præcedentibus duobus acolythis quorum alter librum; alter vas benedictæ aquæ deferat, sequitur Subdiaconus, siue acolythus superpelliceo indutus deferens crucem, medius inter duos ceroferarios cum candelabris accẽsis, & post eos alij ex ordine bini capite cooperto, & silendo, post quos vltimus sequitur Sacerdos celebraturus, stola, ac pluuiali nigro indutus: & ita procedunt ad locum in quo iacet defunctus.

2 Cum ad defunctũ peruenerint deferens crucem sistit se in caput feretri, reliqui verò hinc inde stantes accendunt cereos; superior incipit Antiphonam. *Si iniquitates, &c.* & per chorum dicitur Psalmus, *De profundis, &c.* cum versibus, & oratione in libro assignatis. & post orationem celebrans aspergit aquà benedicta corpus defuncti.

3 Cum corpus defertur omnibus ordinatè procedentibus ad ecclesiã candelas accensas in manibus habentibus cantantur vesperæ defunctorum, & interim pulsantur campanę, & tam in altari, quam circa feretrum in medio ecclesiæ accenduntur cerei, corpus verò defertur à Sacerdotibus, si defunctus sit Sacerdos vel à clericis, seu laicis, si clericus vel laicus fuerit, iuxta gradum suum: procedentes autem per claustra cantant alternatim Psalmos vesperarum, & ad ecclesiam peruenientes deferens crucem sistit se ad caput feretri, cõtra altare, reliqui verò ex ordine hinc inde; portitores verò feretrum in medio deponunt pedibus versis ad altare maius, quod si sit Sacerdos caput versus altare, pedes verò versus populum deponantur. Rit.S.Seuer.

4 Reposito corpore defuncti in medio Ecclesiæ, ad chorum accedẽtes prosequuntur Vesperas, in quibus Antiphonæ duplicantur, & repetita Antiphona post Magnificat celebrans pluuiali indutus astantibusq; ceroferariis cum candelabris accensis, dicit *Pater noster,* ℣. *Et ne nos,* omissoque Psalmo, *Lauda anima mea, &c.* dicit versus, & vnã tantum orationem, quæ erit. *Absolue quæsumus Domine animam famuli tui fratris nostri, &c.* prout in Breuiario, vel si defunctus sit Sacerdos, dicatur oratio, *Deus qui inter Apostolicos Sacerdotes famulum tuum*

Rit.S.Seuer. Conf. Mag.Ro.

fratrem

fratrem nostrũ. N. sacerdotali fecisti dignitate vigere, &c.

5 Post vesperas, vel mane, aut alia qualibet hora magis congrua cantentur in choro Vigiliæ, seu matutinum mortuorũ; In quo duplicantur Antiphonæ, & in fine cuiuslibet Psalmi dicitur, *Requiem æternam dona eis Domine*, in numero plurali, quòd semper in officio, & missa seruatur. Inuitatorium dicetur in medio chori à duobus cantoribus, lectiones verò in legili in medio posito à designatis lectoribus, eas autem singuli ex ordine concinent, vltimam tandem cantabit celebrans.

Cærem. Episc. l. 2. c. 38.

6 Laudes dicuntur sicut, & Vesperæ, assistet celebrans pluuiali indutus, & dicta Antiphona post *Benedictus*, assistentibus ceroferarijs cũ candelabris accensis, dicet omisso Psalmo *De profundis*, quòd semper seruatur, quando officium est duplex, & nouem Lectionum, dicet versus, & orationem vt supra.

Consult. Mag. Ro.

7 Dum dicuntur laudes, si immediatè post cantanda sit missa, ministri induunt se sacris vestibus, & celebrans dicta oratione, deponit pluuiale, acceptaque casula, ac manipulo procedit ad Missam, in qua si defunctus sit Sacerdos, dicet orationem, *Deus qui inter Apostolicos Sacerdotes, &c.* si verò clericus, vel laicus. *Deus cui proprium est.*

De officio sepulturæ. Cap. XXXIX.

1 Absoluta missa, si immediatè post sepeliendus est defunctus, Sacerdos deposita casula, accipit pluuiale nigri coloris, & Subdiaconus accipit crucem processionalem, & medius inter duos ceroferarios cũ candelabris accensis, præcedentibus thuriferario cum thuribulo, & acolytho cum vase aquæ benedictæ, sequentibus alijs de clero ordinatæ cum candelis ceræ communis accensis, sistit se cum cruce ad caput feretri, vel si defunctus sit Sacerdos ad pedes contra altare; reliqui verò hinc inde ex ordine feretrum circumdantes, iuniores prope crucem; seniores verò prope celebrãtem, qui vltimus omnium pluuiali indutus, Diaconum habens à sinistris, (si sit Præpositus in propria ecclesia, vel Pater Generalis in qualibet ex nostris ecclesijs, sistit se à latere Euangelij;) reliqui verò Sacerdotes à latere Epistolæ, facie cõuersa ad crucem; acolythi cum thuribulo, & vase aquæ benedictæ retro post eum accedent; quilibet autem ad locum sui ordinis accedens, cruci profundè; inclinat Sacerdos verò conuertẽs se ad crucem dicet absolutè, sine Oremus, *Nõ intres in iudicium, &c.* quo dicto, & responso à choro. *Amen*, cantoribus incipientibus, clerus circumstans cantabit Responsorium. *Subuenite, &c.*

2 Dum cantatur Responsorium, celebrans acolytho, vel Diacono, si post missam fuerit, ministrante, accipit incensum ex nauicula, & benedicens illud ponit in thuribulum, vt deinde cum eo incenset corpus. & finito vltimo *Kyrie* dicit alta voce, *Pater noster*, quod in silentio dicitur, & ipse interim accipit ab acolytho, si non adsint ministri, vel si adsint, à Diacono aspersorium sine osculis, illo verò fimbriam pluuialis subleuante, facta prius altari genuflexione, circumiens feretrũ aspergit corpus defuncti; transeuntes ante crucem, celebrans quidem pro- Rit. S. Seuer.

fundè inclinat, Diaconus verò vel acolythus genuflectit, deinde completo circulo, eodem Diacono ministrante accipit thuribulum, quòd sine osculis porrigitur, & eodẽ modo circumiens feretrum corpus incensat, vt asperserat, postea reddito thuribulo ei, à quo acceperat, stans in loco suo subiungit, ℣. *Et ne nos.* cum oratione; *Deus cui omnia, &c.* postea cãtoribus inchoantibus chorus prosequitur. Secundum Responsorium. *Ne recorderis, &c.* & interim ministratur incensum, finito verò Responsorio aspergitur, & incensatur corpus defuncti, & in fine dicitur Versus, & Oratio, eodem modo quo supra. Tertium quoque Responsorium. *Libera me Domine,* cãtoribus inchoantibus cantabitur, & ministrato incenso atq; cõpleto Responsorio aspergetur, & thurificabitur corpus defuncti, diceturq; tandẽ Versus, & Oratio eodem modo quo supra, &c.

3 Finita oratione portitores accipient feretrum, vt deferãt ad tumulum, & dum portatur cantantur antiphonæ. *In paradisum, &c.* & *Chorus Angelorum, &c.* quæ etiam, si opus fuerit, pluries repetentur, donec perueniatur ad locum.

4 Cum peruenerint ad tumulum, Sacerdos benedicit sepulturam, si non sit benedicta, dicens orationem *Deus qui fundasti, &c.* qua dicta, & asperso thurificatoque corpore defuncti, ac tumulo, dicuntur in persona defuncti à clero Psalmi, ac Antiphonæ, quæ duplicantur; celebrans verò astantibus ministris, ac magistro cæremoniorum dicit orationes prout in libro quibus dictis adiuuãtibus fratribus laicis, corpus defuncti, vt moris nostri est, sepelitur cum paramentis omnibus sui ordinis be- Rit.S.Seuer.

nedictis, excepta casula, vel tunicella, sepelitur autem in cæmeterio sindonæ inuolutum, ac facie sudario cooperta.

5 Dicto Cantico *Benedictus*, & repetita Antiphona, celebrans dicit *Pater noster, &c.* quòd secreto complens, aspergit, ac benedicit tumulum, & defunctum; deinde subdit. *Et ne nos, &c.* cum Versu, & Oratione, *Satisfaciat*, postquam subdit ℣. *Anima eius, &c.* quibus dictis Diacono, vel Acolytho ministrante ligone, ac fimbriam pluuialis eleuãte proijcit terram super defunctũ, chorus verò celebrante inchoante dicit Responsorium. *Memento mei Deus, &c.* illud prosequendo à cæmeterio, vel sepultura reuertiũtur in ecclesia. Magister verò cæremoniarum, vel sacristia ad tumulum cum aliquibus ex fratribus laicis corpus defuncti curabit, quod siue in ecclesia, siue in cæmeterio sepeliatur pro situ, & loco versa facie ad altare maius ponatur: si verò in oratorijs, vel capellis ponatur pedibus versus illarum altaria: Presbyteri verò, & Episcopi collocentur capite altare versus, videlicet versus facie populũ conuersa, & quoad fieri potest curetur, vt defunctus sepeliatur capite spectante ad Occidentem, quasi pedes suos dirigat ad Orientem, & sic videatur de occasu festinare ad ortum, & de morte ad vitam. Rit.S.Seuer.

6 In quocunque loco extra ecclesiam, vel cæmeterium, tam religiosus, quàm secularis quilibet christianus sepeliatur, semper crux capiti illius apponi debet, in signum christianæ fidei quam professus es: atque ad abigendos Dæmones, qui hoc signo perterriti, ad locum crucis signaculo insignitum, accedere pertimescunt. Rit.S.Seuer.

7 Ad ecclesiam reuersi dicto ab omnibus secreto, *Pater noster, &c. Et ne nos, &c.* cum alijs versibus, & oratione. *Tibi Domine, &c.* postquã, extinctis cãdelis, omnes in chorum genuflexi tantisper expectãt, donec à superiore detur signum surgendi, quo dato Sacerdos cũ ministris paramenta, reliqui verò superpellicea in Sacristiam deponunt.

C.N. 8 Sacrista in libro diem obitus notabit, & cancellarius singulis domibus quamprimum literis communibus à Præposito firmatis significabit.

Rit. S. Seuer. 9 Præsente corpore in ecclesia quouis tempore poterit missa principalis pro defunctis celebrari, nisi in Parasceue: tunc enim non debet corpus tumulari, nec missa pro eo cantari, quia tunc corpus Christi immolari non debet; sed vsq; in crastinum reseruetur, & tunc, scilicet Sabbatho, post missarum sollemniũ celebratione, & Dominicæ Resurrectionis Annunciatione, potest missa pro eo cantari, & corpus sepeliri. Sic etiam si quis die Paschæ moriatur corpus eius vsq; in crastinũ seruetur super terram, & tunc cum celebratione missæ sepeliatur; nõ enim corpus debet sepeliri absque missa; quamuis contrarium fiat in plerisq; locis, non tamen decet, & sacri canones concedunt Sacerdoti ne quis sine missæ sacrificio sepeliatur, vt in eo casu possit aliquis eodem die iterum celebrare.

C. sufficit de cõsec. d. 1. 10 Si officium sepulturæ fiat diebus Duplicibus, & ferijs atque infra octauas quibus celebrare missas priuatas pro defunctis est à rubrica prohibitum, tantum missa principalis dicatur; reliquæ verò priuatæ applicentur: similiter & in reliquis domibus in quibus fit officium depositionis si sit duplex, vel dies Dominicus, vel infra octauam à vigilia Natiuitatis Domini, vsque ad octauam Epiphaniæ, & à Dominica Palmarum, vsq; ad Dominicam in Albis, & à vigilia Pentecostes, vsq; ad festum sacratissimæ Trinitatis exclusiue, atque etiam feria quarta cinerum ne dicatur, quod si non sit dies festus, sed tantum duplex, vel infra octauam Natiuitatis, Epiphan. Paschæ, & Pentecostes poterit dici officium cum missa principali, reliquæ verò priuatæ missæ applicentur.

De officio sepulturæ secularium. Cap XL.

1 QVamuis secundum veterem ritum S. R. E. præfatum officium sepulturæ non tam pro Sacerdotibus, & Clericis, quam pro secularibus, & laicis seruari deberet; modo tamen neotericorum, ac posteriorum vsu breuitati studẽtium ex frequẽtia funerum iusta de causa, vt breuiori officio in secularium sepultura vtamur factũ est, ac propterea nisi forte exequiæ fiant pro aliquo Prælato, vel magno Principe, pro quibus (eodem modo est celebrandum) quo supra dictum est, Regulariter tñ pro reliquis secularibus omissis omnibus alijs dicetur missa, si tempus fuerit opportunum, & post missam, si dicatur, vel si non dicatur, quia tempus non est opportunum, officium sepulturæ celebrabitur modo præscripto. Rit. S. Seuer.

2 Antequam defuncti corpus in Ecclesia deferatur præparetur locus sepulturæ, qui iuxta instituta maiorem, & laudabilem nostræ Cõgregationis cõsuetudinẽ in cœmete- Rit. S. Seuer.

rio in atrio, aut in porticu Ecclesiæ nullatenus autem intra ecclesiam, & multo minus prope altare, vbi corpus, & sanguis Domini conficitur, prout statuerũt Patres Concilij Nãnatensis, quod & antea in Concilio Bracarensi primo decretum fuerat, & in Concilio Maguntiaco declaratum, & quidem iustis de causis, & propter honorem Dei, & eius sacræ domus decentiam, & diuini cultus rationem, & ad tollendum fœtorem ex cadaueribus manantem, ac ne propterea fideles ab ecclesia auertantur.

Concil. Nannat. Concil. Brach. Concil. Magunt.

3 In ecclesia candelabra cum cereis circa feretrum accendendis disponãtur. In sacristia verò præparẽtur, crux processionalis cum duobus candelabris cũ cęreis, cãdelę in manibus ferẽdę, thuribulũ cũ nauicula, vas aquæ benedictæ, & aspersorium: vas cum prunis accensis pro thuribulo; pro celebrante verò sint in promptu liber exequiarum, stola, ac pluuiale nigri coloris.

Rit. S. Sever.

3 Cum corpus in ecclesiam infertur oẽs ecclesiæ campanæ pari sono pulsentur, ad significãdum defuncti sepulturam, vt ab audiẽtibus oratio ad Deũ pro eo, ad introitum regni cælestis fiat, & feretrũ sistitur in medio ecclesiæ, ita vt pedes Defuncti sint versus altare; circa feretrum verò accenduntur cerei, vel funalia.

4 Corpore defuncti in ecclesiam illato, vel antequam ad eam perueniat, dato signo campanula omnes in sacristiam superpelliceis induuũtur, candelasq; accensas portantes, procedunt ad exequias, præcedente thuriferario cũ thuribulo, vnaq; cũ ipso acolytho cum vase aquæ benedictæ, & aspersorio, sequitur immediatè Subdiaconus, vel acolythus superpelliceo indutus deferens crucem medius inter duos ceroferarios ferentes candelabra accensa, reliqui bini ex ordine, primò iuniores, deinde seniores more solito; vltimo celebrans stola, ac pluuiali nigri coloris indutus, capite cooperto; ante altare transeuntes omnes genuflectunt, celebrans verò etiam caput detegit.

5 Ad defunctum peruenientes, deferens crucem medius inter ceroferarios sistent ad caput contra altare, reliqui verò hinc inde ex ordine, iuniores quidem prope crucẽ, seniores verò celebranti appropinquantes quilibet in suo ordine: celebrans autem inter altare, & feretrum à latere epistolæ (nisi sit Præpositus in propria ecclesia, vel Pater Generalis, quibus à latere Euangeli locus debetur) sistit detecto capite, ac facie ad crucem conuersa, post se habens thuriferarium, & acolythum.

6 Quilibet ad locum suæ stationis peruenĩẽs cruci capite profundè inclinato reuerentiam facit, omnibusque dispositis, celebrans voce sonora immediatè, sine Oremus, dicit. *Non intres*, &c. habita ratione in hac, & sequentibus orationibus sexus masculini, vel feminini, atq; etiã numeri si enim plures simul sint sepeliendi orationes legantur in numero plurali, qua completa, cantoribus à latere celebrantis inchoãtibus, cleroq; prosequente cãtatur. ℟. *Subuenite sancti Dei*, &c. Interim acolytho ministrante benedicitur, & imponitur incensum in thuribulum.

7 Post ℟. dicto *Kyrie eleison*, celebrans intelligibili voce, dicit. *Pater noster*, &c. quod secreto complet, & accepto aspersorio referto aqua benedicta ab acolytho, interim

circum-

circumcirca lectum aspergit, acolytho fimbriã pluuialis à dextris eius eleuante, tertio quamlibet lecti partem aspergẽs; ante medium altaris, in quo sanctissimum Sacramentum asseruatur dum trãsit, genuflexo facit reuerentiam; ante crucem verò profundè inclinat, at acolythus etiã genuflectit, completoq; circulo reddit aspersorium acolytho, ac thuribulum à thuriferario accipiens, tertio pariter in qualibet lecti parte ducet thuribulum, interim thuriferario à dextris eleuante fimbriam pluuialis, & transeuntes ante altare, vel crucem debitas adhibent reuerentias, vt supra, completoque circulo ad locum suum rediens dicit versus, & orationem, *Deus cui omnia viuunt, &c.*

Rit.mss. XIII.4.

8 Post orationem cantoribus inchoantibus, cantabitur à choro, ℟. *Libera me Domine, &c.* & interim ministrabitur incensum, & in fine dum dicitur *Pater noster*, aspergetur, ac thurificabitur defunctus pariter, vt supra, ac celebrãs dicet versus, & orationem. *Absolue quæsumus Domine, &c.*

9 Finita oratione aliqui ex circũstantibus accipiant feretrum, & deferant defunctum ad locum sepulturæ interim Sacerdote inchoãte, à choro cantantur Antiphonæ. *In paradisum, &c.* & *Chorus Angelorum, &c.* deinde celebrante inchoãte Antiphonam. *Ego sum*, cantabitur Canticum, *Benedictus Dominus Deus Israel. &c.*

10 Cum ad cæmeterium peruenerint deferens crucem cum cæroferarijs, thuriferario, & acolytho, accedunt ad locũ sepulturæ, vbi astante etiam Sacerdote celebrante, deponitur corpus defuncti, clerus verò ex ordine hinc inde stãs, alternatim cantabit cãticum, quo completo dũ dicitur *Pater noster.* celebrans aspergit, & thurificat corpus, & tumulum, statimq; corpus sepulturæ traditur. deinde celebrans subdit, ℣. *Et ne nos, &c.* cũ reliquis versibus, & oratione. *Satisfaciat, &c.* qua completa accipiẽs ligonem ab acolytho terram supra corpus defuncti proijcit, interim dicens, ℟. *Memento mei Deus, &c.* & choro prosequẽte, *Quia ventus est, &c.* cantores dicunt versus, tandẽq; celebrans dicit *Pater noster*, & redeũtes ad ecclesiã procedunt ordine quo venerãt capite coeperto, vbi cũ peruenerint caput detegũt altari genuflectunt; deferẽs crucem sistit se à latere prope cancellos, reliqui hinc inde ex ordine, vltimus omnium celebrans in medium facie ad altare conuersus dicit, ℣. *Et ne nos*, & alios versus, cũ oratione, *Tibi Domine, &c.* & dicto à cãtoribus, *Requiescat, &c.* in chorum procedunt, vbi extinguentes, & deponentes in capsula ad id ibi exposita candelas, genuflexi expectant, donec superior recedendi signum det, & tũc in sacristiã accedẽtes deponunt superpellicea, ac celebrans pluuiale, &c.

11 Sacristæ curæ sit vt reliqua interim circa sepulturam defuncti in cæmeterio perficiantur, cruxque lignea capiti illius apponatur, & in libro, quem in sacristia haberi oportet, nomen atq; cognomẽ defuncti, addito die, mense, & anno, adnotabit sub hac forma

Rit. S. Seuer.

Synod. Med.

Die mensis Anni sepultus est in cæmeterio nostræ ecclesiæ S. N. Dominus. N. de N. filius N. de N. quòd si in aliquo sacello fuerit depositus, adnotetur locus, & specialiter, si loco depositi, non autem perpetuæ sepulturæ traditus.

De exequijs faciendis absente corpore, vel in anniuersario defuncti. Cap XLI.

1 QVando fiunt exequiæ absente corpore, eodem die obitus, vel etiam alio, siue in eadem ec-ecclesia, siue in alijs dicatur officiũ Duplici ritu, in quo cum dicitur ℣. *Requiem æternam*, & *Requiescat in pace*, dicatur semper in numero plurali; sitq; in hoc generalis regula à probatis auctoribus atque peritis excerpta; quod tam in missarum celebratione, quam in Diuino officio, Vesperis videlicet Nocturnis, ac Laudibus defunctorum, quibus nomine totius Ecclesiæ oratur in plurali semper numero huiusmodi preces proferantur in exequijs verò præsente corpore, siue etiam in absolutione ad tumulum, quod corpus defuncti, ac si præsens esset repræsentat in singulari numero ꝓferantur. Missa erit de die depositionis cum oratione diei tertiæ dicendo, *Cuius depositionis diem commemoramus, &c.* & in fine fit absolutio ad tumulum.

2 Quod si in eadẽ ecclesia, in qua corpus sepultum est, celebrãdum sit sollemne officiũ, siue tertia, septima, vel trigesima die, siue in Anniuersario depositionis eiusdem, peragatur eodem modo officium cum absolutione ad tumulũ orationibus tamen congruentibus in missali assignatis. & post missam procedatur ad tumulum, ibiq; dicatur, ℟. *Libera me Domine.* cum ℣. & oratione *Absolue.*

3 Si pro pluribus celebretur officium orationes dicãtur in numero plurali; si pro muliere in genere fœminino, si pro Sacerdote, vel Episcopo, dicatur ꝓpria oratio, si pro Prælato ponatur nomen Prælati, quòd semper seruetur cũ in oratione notatur N.

De officio sepulturæ paruulorum. Cap. XLII.

1 PRimo pro beatorum paruulorum sepultura aduertendum, vt iuxta vetustam, & laudabilẽ Ecclesiæ consuetudinem eorum compusarla non in communibus, & promiscuis cæmeterijs, vel ecclesiæ locis, siue sepulturis, sepeliantur; sed siue in cæmeterio, siue in sepulturis pro ipsis peculiares, atq; ab alijs separatæ conseruentur. Rit.S.Seuer.

2 Pueri, vel infantes non baptizati, vel etiã fœtus animati iam mortui, quibus baptismus non est adhibitus, nullo modo in ecclesia, vel cæmeterio, sed extra sepeliantur.

3 Officium paruulorum paramẽtis albis peragitur, non quidem vt subleuentur à pœnis, sed vt addatur eis accidentalis gloria: quæ iuxta probabiliorem opinionem vsque ad diem iudicij augeri potest: paruulos autem vocamus eos, qui sunt infra septennium; pro eis verò, qui sunt supra septẽniũ officium defunctorũ paramentis nigris est celebrandum.

4 Pro paruulis his cãpanæ ne pulsentur, quod si pulsandæ sint, non quidẽ sono lugubri, sed festiuo pulsentur.

5 Infans igitur baptizatus si ante annos discretionis defunctus fuerit induatur iuxta ætatẽ albis vestibus, & imponatur eius capiti corona floribus cõtexta, vel ex herbis aromaticis cõfecta, & odoriferis, hęc enim omnia ad significandam eorum integritatẽ, virginitatemq; peragũtur.

6 Cum corpusculum ad ecclesiam fuerit delatũ accenduntur luminaria, & præcedẽte acolytho vas aquę

bene-

benedictæ deferente, sequitur deferens crucem sine hasta, post quem sequuntur clerici ex ordine, omnes superpelliceis induti, & candelas ceræ albæ accensas in manibus habentes, vltimus omnium sequitur Sacerdos stola alba supra superpelliceum indutus, & egredientes vt ad ecclesiam procedant; alternatim cantabunt Psalmō, *Laudate pueri Dominum*, *&c.* in fine dicentes. ℣. *Gloria Patri*, & cum peruentū fuerit ad locum defuncti dicunt Antiphonam. *Hic*, vel *Hæc accipiet*, &c. cum Psalmus; *Domini est terra*, cum Gloria Patri in fine, & repetita Antiphona, Sacerdos dicit ℣. & orationem. *Omnipotens, & mitissime.*

7 Dicta oratione procedentes ad tumulum dicant Antiphonam, *Iuuenes, & virgines*, cum Psal. *Laudate Dominum de cælis*, *&c.* cum ℣. & oratione, *Omnipotens, & sempiterne*, *&c.* deinde aspergitur, & incensatur tumulus, & corpus defuncti, non in suffragium, sed in hono- Rit. S. Seuer.
rem Beati paruuli, & in sanctificationem tumuli; in quo postea collocabitur, contegetur, atq; sepelietur.

8 Cum reuertuntur à cæmeterio siue loco sepulturæ ad ecclesiam, pronuntiata à Sacerdote Antiphona, *Benedicite Dominum*; dicant alternatim canticum, *Benedicite*, *&c.* quo completo dicitur integra Antiphona, & orationes, *Deus qui corda. Concede.* & *Deus qui miro ordine*, *&c.*

9 Si placuerit parentibus, vel Sacerdoti possunt pro huiusmodi paruulis celebrari missę, siue diei illius, siue sanctissimæ Trinitatis, siue Spiritussancti, siue etiā Angelorum, siue pro gratiarum actione iuxta celebrantis, seu celebrari curantis Pietatem: huiusmodi autem missæ deseruiunt ad augendam gloriam accidentalem beatis paruulis, excitandam fidelium Pietatem, & recolendum beneficium redemptionis, quòd mirè in paruulis lucet, & micat. Rit. S. Seuer.

Finis Secundi Libri.





SACRARVM CAEREMONIARVM IVXTA ROMANOS RITVS, ET VSVM CLERICORVM REGVLARIVM.

Liber Tertius.

DE HIS QVAE PROPRIIS QVIBVSCVMQVE TEMPORIBVS SVNT PERAGENDA.

De diuinis officijs in genere, præcedenti libro, vt res postulabat, verba fecimus, ac non pauca ad ecclesiasticos, & maximè nostros instruendos, prænotauimus, nunc ad singularia descendendo, quæ singulis quibusq; temporibus per anni circulum fieri conueniat, ex ordine ostendere conabimur.

De Tempore Aduentus.

Cap. I.

Durand. in ration. nali l. 6. c 12.



VONIAM ecclesiastica officia ab Aduentu Domini iuxta Romanos ritus sumunt initium, non ab re ab hoc tempore exordium ducentes, quæ magis ad rem nostram faciunt, adnotabimus.

2 Sabbatho igitur ante primam Dominicam Aduentus post nonam, ante officium Vesperarum, vel (si eo die occurrat celebrari Festũ sancti Andreæ, seu quodlibet aliud officium duplex) post vesperas, parẽtur altaria omnia paramentis violaceis; pariter tabernaculum sanctissi- Rub. gene. miss. XIX. de col. par.

mi Sacramenti violaceo conopeo operiatur, baldachinum, parietum aulea, & reliqua omnia ecclesiæ ornamenta eiusdem coloris existant.

3 Cum hoc tempus, sit mixtum, cum lætitia,& tristitia quæ violacea paramenta,ac ieiunium requirit,idcirco,super altare; & inter candelabra,vascula cum flosculis, ac similia ornamenta sollemnia Dominicis,& ferijs Aduẽtus ne adhibeantur (excepta tamen tertia Domenica, quæ lætiorem ornatum requirit, & festis Sanctorum,quibus semper prout requiritur,altaria sunt ornanda.)

4 Quodcunque festum duplex, etiam si sit patroni, vel titularis in hac prima Dominica occurrens, transferatur in sequẽtem diem:Missa tamen vbi est titulus ecclesiæ, vel concursus populi ad celebrandum illud festum,quod transferendũ est, & si iuxta rubricas cum officio cõuenire debeat,potest dici cum commemoratione sancti,vel etiam in ecclesia cãtari possunt duæ missæ, vna de die,alia de festo.

Rub.gene.Breu. X. nu. 1.

Rub.gene.miss. VI.

5 Ad primam loco versus, *Qui sedes ad dexteram Patris*, dicitur, *Qui venturus es in mundum*,& hoc vsq; ad Natiuitatem Domini exclusiuè, etiam in officio de Sanctis præterquam in die conceptionis B. Mariæ Virginis nam tunc dicitur, *Qui natus es de Maria Virgine*.

6 In Missa sollemni,omnibus Dominicis,& ferijs Aduentus,Ministri ex præscripto Missalis Romani vtũtur planetis plicatis, modo suo loco declarato; excipiuntur tamen tertia Dominica in qua dalmatica, & tunicella vti conuenit,& infra Hebdomadam prædictæ Dominicæ tertiæ si fortè feria secunda,tertia,& quinta missa de Dominica sollemniter celebretur, nam tunc prout Dominica Ministri dalmatica, & tunicella vtuntur.

Rub.gene miss. XIX.6.

l.2.c.11. nu.10.

7 Qualibet secunda Feria toto tẽpore Aduentus, non impedita Festo nouem lectionum, post Vesperas diei Dominicæ; vel melius, vt consueuimus,vesperi post oratiorẽ mẽtalem, dicuntur Vesperæ defunctorum cum primo Nocturno, & Laudibus, manè verò post Primam non dicitur missa principalis pro defunctis, sicut prima die cuiusq; mensis non impedita, sed in missis priuatis secunda oratio erit *Fidelium*.

Rub.gene.miss. V.nu.1. & 2.

8 Si fortè contingat,vt omnes secundæ feriæ Aduentus sint impeditæ officio nouẽ Lectionum, ac proinde officium mortuorum dici non possit, eo anno tempore Aduentus omittatur; neque propterea dici debet prima die mensis, cum in tali tempore non quidem prima die, sed secundis Ferijs sit dicendum iuxta Rubricas.

9 Quando vigilia Natiuitatis Domini occurrit secunda Feria post quartam Dominicam in dubiũ verti videtur, an post Vesperas Dominicæ debeant dici, Vesperæ defunctorum,& post Laudes,Matutinum; videtur enim eo anno non esse dicẽdum, quia ad Laudes officium est duplex: Nihilominus tamen ex rigore rubricæ in qua tãtum cum officium est nouem lectionum,non esse dicendum notatur,omnino dicendum videtur, aliter enim rubrica de officio mortuorum notat dicendum in omnibus secundis ferijs Aduentus, & Quadragesimæ non impeditis,non inquit officio duplici,sed festo nouem Lectionum, tantum maiorem hebdomadam excipiens, & vt ex rubrica rubricam declaremus, cum loquitur de officio paruo Beatæ Virginis dicit, non dicendum in

Rub.par. Breu.

chorо

choro quando fit officium nouem lectionum, nec in vigilia Natiuitatis Domini, nec in ferijs maioris hebdomadæ, vbi quia officium Vigiliæ non erat nouem lectionum, rubrica declarauit eo die non esse dicẽdum officium Beatæ Virginis; quod non præstitit cum loqueretur postmodũ de officio mortuorum. Cum igitur illa dies non sit exclusa speciali exceptione, includitur in generali regula, est enim illa dies feria secunda Aduentus, ac propterea dicitur officium cum Nocturno feriæ secundæ. Neque obstat si officium laudum Duplex, tum quia non à duplici, sed à festo nouem lectionum impeditur, tum etiam quia rubrica dicit seruandam esse cõsuetudinem ecclesiarum circa horam recitandi huiusmodi officium defunctorum, quæ est apud nos (& quidem satis congrua) vesperi, post orationẽ mentalem, qua hora non dum officium vigiliæ duplici ritu celebrare incepimus, vnde concludimus esse dicendum.

10 Quando Dominica prima Aduentus venerit secunda, vel tertia die Decẽbris eo anno officium defunctorum dicitur pro prima die, quia non occurrit ea dies tempore Aduentus, & postmodum ratione Aduentus dicatur in sequentibus secundis Ferijs: Ipsa autem prima die Decembris, post primam dicitur missa principalis pro defunctis, quæ erit quotidiana, quam sine ministris cantare consueuimus; in reliquis verò missis, secunda oratio, si tres tantum dicuntur, vel penultima si plures dicãtur, erit *Fidelium Deus, &c.*

11 Ferijs Aduẽtus tantum de duplici, vel semiduplici fit officium, ac regulariter dicitur missa cum commemoratione feriæ, vel etiam sancti simplicis, si simul cum duplici, vel semiduplici occurrat; in missa verò diebus duplicibus, tantum feriæ cõmemoratio fiat, nisi occurrat sãctus simplex, nam tunc tertia oratio additur sancti occurrentis: semiduplicibus verò diebus dicuntur tres orationes, quarũ secunda erit de feria, tertia verò, *Deus qui de Beatæ, &c.* & tunc concluditur oratio, *Per eundem, &c.* Quod si occurrat sanctus simplex, qui tertio loco sit ponendus, tunc oratio Beatæ Virginis omittitur.

12 Pro commemoratione feriæ siue in Officio, siue in Missa, oratio erit ex Dominica præcedenti, exceptis ferijs Quatuor Temporum.

13 Cum resumitur missa de feria post Graduale non dicitur Alleluia cum versu sequenti, sed tãtum Graduale. Rubr. par. miss.

14 Si quis ferijs Aduentus quibus occurrit aliquis sanctus simplex, puta S. Bibiana, S. Barbara, S. Saba, &c. quorum iuxta rubricas, tantum commemoratio faciẽda est, missam de sancto celebrare velit, illam cum *Gloria*, & tribus orationibus, quarum secunda erit de feria, tertia verò de Beata Virgine dicat: nec est contra rubricam, non enim illa missa, votiua censeri debet, sed festiua, & de die (vt dicitur) cum illa die sanctus de quo celebratur festiuitas, occurrat; quemadmodum cum in prima Dominica Aduentus in propria ecclesia ratione concursus populi, & deuotionis, missa de sancto Patrono celebratur, non obstãte, quod officium, & reliquæ missæ sint de Dñica, in qua tamẽ *Gloria*, & *Credo*, proculdubio dicenda sunt, quia eo die festũ Patroni occurrit, cui *Gloria*, & *Credo*, in missa de die est assignata.

Cærem. Pet de Roys.

Rub. gene. miss. VI.

Rub.gene.miss. XLV.4.

15 Sabbathis Aduentus si officiũ fiat de feria,quę non sit Vigilia,nec vna ex quatuor temporibus, missa dici debeat de Beata Virgine, cum *Gloria*, est enim missa Beatæ Virginis in Sabbatho à rubrica assignata, cui pariter ex rubrica hymnus, *Gloria in excelsis*, debetur.

Rub.gene. miss. VIII.4.

Rub.gene.Breu. nu. 1.

16 Dominica secunda, tertia, & quarta Aduentus si in ipsis occurrat festũ duplex,transferatur in primam diem festo duplici,vel semiduplici non impeditam: si verò in ipsis occurrat festum sollemne alicuius loci in propria tantum Ecclesia celebratur cum commemoratione Dominicæ in officio, in quo etiã lectio nona est de homilia Dominicæ currentis,& in missa in qua etiam in fine legitur euangeliũ Dominicæ.

Rub.gene.miss. XIX.6.

17 Dominica tertia Aduentus,est dies lætitiæ,& exultationis, ac propterea in ipsa altare decentius ornetur flosculis,Ministri verò in missa sollemni vtuntur dalmatica, & tunicella, etiam si eius missa infra hebdomadam repetatur.

18 Vbi ex laudabili consuetudine in honorẽ B.Virginis, & eius sacratissimi partus expectatione, nouem dies ante Natiuitatẽ sollẽniter celebrantur,altare sit decẽter ornatum, interpositis etiam inter candelabra flosculis,& alijs ornamentis,accensisque luminaribus exponatur sanctissimum Sacramentum, donec dicantur Vesperę sollemnes in quibus sanctissimum Sacramentum incensari decet prout fit infra octauã sanctissimi Corporis Christi,& post vesperas,ad excitandam populi deuotionem,piumque affectum pro tanti mysterij celebratione, habeatur sermo, vt in celebratione quadraginta horarum supra dictum est.

19 Tertia hebdomada Aduentus ex vetustissima ecclesiæ consuetudine ieiunium Quatuor Temporũ celebratur. Micrologus de ecclesiast. obser.c.7

20 His ergo ferijs Quatuor Temporum habemus homiliam propriã in Euangelio,missamq; peculiarem; quod si eadem die occurrat festum nouem lectionum, nona lectio erit de homilia feriæ currentis, & in primo Nocturno si non sint assignatæ propriæ lectiones,sumuntur ex communi: In missa verò in fine legitur euangelium feriæ,& vbi plures Sacerdotes celebrant,dicantur post horas duæ missæ principales, altera de sancto sine commemoratione feriæ, altera verò de feria sine vlla cõmemoratione sancti,reliquæ verò missę erunt de sancto cum commemoratione feriæ, cuius euangelium legitur in fine.

Rub.gene Breu. XXVI.6.

Rub.gene.miss. III. 1.

21 De vigilia sancti Thomæ nihil fit nisi in missa,quæ erit de communi vigilia vnius Apostoli cum commemoratione feriæ;quod si venerit in ferijs Quatuor temporum,tãtum commemoratio vigiliæ in missa quę erit de feria fieri debet, nec Vigiliæ Euangelium in fine legatur. Rub.gener.miss. III.4.&5

De festis Tempore Aduentus. Cap.II.

De vigilia, & Festo sancti Andreæ Apostoli.

Rub.par.miss.& breu.

1 SI vigilia sancti Andreæ intra Aduentum occurrat nihil de ea fiat in officio, sed tantum dicetur propria missa,in qua secunda oratio erit de feria, tertia de sancto Saturnino; si autẽ venerit ante Aduentũ, officium erit de feria, lectiones verò de homilia cum precibus ferialibus,

quæ

quæ flexis genibus ad laudes, & ad horas recitentur,& in missa secunda oratio erit de sancto Saturnino,tertia de Spiritu sancto : & quando festum sancti Andreæ occurrit feria secunda, Sabbatho, in missa de vigilia,secunda oratio erit de Spiritu sancto, tertia de Beata virgine, *Concede,&c.*

2 Festum sancti Andreæ sollemniter celebratur,prout supra de Festis secundæ classis adnotauimus.Quod si die Dominica celebrandum occurrat, tunc transferatur in sequentem secundam feriam,& die Dominico vesperæ sollemniter, celebrabuntur de sancto,paramentis rubeis reliquũ verò officium sequentis diei erit secundæ classis quoad ordinationem officij, nõ tamen quoad sollemnitatem,nam missa sollemnis nõ cantabitur,neq; campanæ sollemniter pulsabuntur.

Rub.gene.miss. VI.

3 In propria Ecclesia sancti Andreæ,quando hoc festum die Dominico venerit,cãtantur duæ missæ,altera de Dominica absq; vlla cõmemoratione sancti,tribus tamen orationibus in missali assignatis, altera de sancto,cũ *Gloria*,& *Credo*, absq; vlla commemoratione Dominicæ, reliquę verò missæ priuatæ erunt de feria, officio conformes, in quibus dici poterit secunda oratio de sancto,& tertia de Beata Virgine,& ad Vesperas totũ officium erit de sancto, cum commemoratione Dominicæ.

4 Infra octauam officium erit de sancto in paramentis rubeis, cum commemoratione tamen feriæ,& in die octaua quæ erit Dominica secũda Aduentus,octaua habebit tãtum primas Vesperas integras, quæ erũt Sabbatho in paramentis rubeis; & sequenti die officium erit de Dominica in paramentis violaceis, cum commemoratione octauę in officio, & in missa, in qua etiã dicetur Præfatio de Apostolis; Vesperæ autem erunt de sancto Ambrosio cum cõmemoratione octauæ,& Dominicæ; licet enim ratione concurrentiæ à capitulo fieri deberet de sancto Ambrosio,tamen quia ratione occurrentiæ diei octauæ cum Dominica de octaua fieri debet tantum commemoratio, vesperæ integræ erunt de sancto Ambrosio, cum commemoratione,vt dictum est,octauę,& Dominicæ.

5 Quando autem quacunque alia die infra hebdomadam occurrerit in propria ecclesia prædictum festũ, Sabbatho ad Vesperas à Capitulo officium erit de Dominica cum cũmemoratione octauæ sine precibus, in paramentis violaceis,similiter altaris, ac celebrantis paramenta in die Dominica erũt violacea, & tam in officio,quàm in missa fit commemoratio octauæ,Ad Primam,& Cõpletorium non dicũtur præces,Præfatioque in missa erit de Apostolis.

6 Die octaua sancti Andreæ in propria ecclesia officiũ erit de octaua, & festum sancti Ambrosij transfertur in primam sequentem diem non impeditam;Vesperæ verò erunt de sequẽti festo Cõceptionis, quod est duplex maius cum commemoratione octauæ,& feriæ.

De festo Sancti Nicolai.

7 Die sexta Decembris celebratur festum sancti Nicolai ritu semiduplici cum commemoratione feriæ in officio, & missa. In propria verò Ecclesia,& vbi est Patronus sollemniter celebretur,& officium erit pri-

mæ

mæ classis, & vbi est cósuetudo cum octaua, eodem modo quo dictum est supra de Festo sancti Andreæ, & si occurrat die Dominico officium fit de Sancto cum commemoratione Dominicæ, cuius homilia legitur ad Matutinū in nona lectione, & Euangelium in fine missæ; die verò Octauæ officium fit de Octaua duplici ritu, & Festum sanctæ Luciæ transfertur in primam sequentem diem non impeditam, & si venerit in Dominica de octaua fit tantum commemoratio.

De Festo sancti Ambrosij.

8 Die septimo Decēbris celebratur Festum sancti Ambrosij duplex: altaris, & celebrantium paramenta erunt alba, & in officio, & missa fit commemoratio feriæ; secundæ Vesperæ de conceptione, cum commemoratione sancti Ambrosij, & feriæ; Quod si venerit in Dominica, transferatur post Cóceptionem. In propria verò Ecclesia, & in loco vbi est Patronus, etiam si venerit in Dominica, officium sollemniter celebratur de Sancto, similiter, & octaua, vt dictum est supra.

De Festo Conceptionis B. Mariæ Virginis.

8 Die octaua Decembris celebratur Festum Conceptionis B. Mariæ semper Virginis, quod & si iuxta rubricas Breuiarij sit duplex maius, à nobis tamen ob præcipuam venerationem Beatæ Virginis sollemniter celebratur, dicitur missa sollemnis atque in vtrisque Vesperis incensatur altare, ac fit communio clericorum, omniaque alia quoad sollemnitatem fiunt, quæ in festis secundæ classis sunt adnotata.

10 Si hoc Festum venerit Dominica, transfertur in sequētem diem, at in propria Ecclesia officium fit de Festo cum commemoratione Dominicæ, cuius homilia legitur pro nona lectione, & commemoratio fit in officio, & in missa, in qua etiam in fine legitur Euangelium Dominicæ.

De Festo sanctæ Luciæ.

11 Die 13. Decembris celebratur Festum sanctæ Luciæ duplici ritu, in propria Ecclesia, etiam si in Dominica occurrat sollemniter celebrandum est.

12 Si in ferijs Quatuor temporū celebrari eueniat, immediatè post horas, dicatur in maiori altari, prius missa de Sancta paramentis rubeis absq; vlla commemoratione feriæ, & postmodum altera de feria paramentis violaceis cum tribus orationibus assignatis, nulla tamen fiat cómemoratione Festi; reliquæ verò missæ erunt de Festo cum commemoratione feriæ cuius Euangelium in fine missæ legatur.

De Festo sancti Agnelli.

13 Neapoli religiosissime colitur S. Agnellus Abbas Ciuitatis vnus ex præcipuis Patronis, ipsæ enim sæpè obsessam vrbem, crucis vexillo ab hostibus liberari visus est, ac propterea ibi sollemniter, & ex præcepto eius dies festus agitur. In ecclesijs ergo illius ciuitatis officiū erit duplex primæ classis, vnde die 13. Vesperæ integræ erunt de sancto Agnello cum commemoratione feriæ tantum, de qua etiam in die fit commemoratio in officio, & in mis- Rub. gene. Breu.

sa, & in secundis Vesperis nulla fit commemoratio sancti Eusebij. In nostris autem ecclesijs cantabitur missa sollemnis, & si occurrat in Dominica, officium, & missa erunt de sancto, cum commemoratione Dominicæ, cuius homilia legetur in nona lectione, & in fine missæ Euangelium.

Rub. generæ Breu. X.6.

14 Quod si in ferijs Quatuor têporum occurrat, dicantur duæ missæ; principalis quidem, ac sollemnis post tertiam de sancto, absque vlla commemoratione feriæ, altera verò de feria in paramentis violaceis, cum tribus orationibus assignatis, absque vlla cômemoratione sancti, post nonam priuatè in altari maiori, si commodè fieri potest; dicatur, & tunc altare pallio violaceo exemptili, vt consueuimus, cooperiatur, vel si cômodè fieri non potest, in alio altari dicatur. Aliæ verò missæ omnes erût de sancto cum commemoratione feriæ cuius etiam Euangelium legetur in fine.

De Vigilia, & Festo sancti Thomæ Apostoli.

Rub. par. miss. & breu.

15 De Vigilia sancti Thomæ, quę occurrit in Aduentu, nihil prorsus fit in officio, missa tamen erit de Vigilia cum commemoratioñe feriæ; Quod si occurrat in ferijs Quatuor temporum, tunc tantum in missa de vigilia fit commemoratio, nec eius Euangelium in fine legitur.

Rub. Bre. & miss.

16 Festum sancti Thomæ sollemniter celebratur, vt dictû est in proprio loco de festis secundæ classis, fit tamen commemoratio Feriæ, in officio, & missa; & si occurrat in ferijs Quatuor temporum, dicetur nona Lectio de homilia Feriæ, cuius etiam Euangelium legetur in fine missæ; in missa autem sollemni post tertiam dicenda, nulla prorsus feriæ commemoratio fiat, nec eius Euangelium in fine legatur; post nonam verò, in altari maiori, si commodè fieri potest, vel alibi, dicetur missa de feria in paramentis violaceis, absq; vlla commemoratione festi, cum tribus tamen orationibus in missali assignatis; & in reliquis missis, quæ omnes erunt de sancto fit commemoratio feriæ, cuius etiam Euangelium (vt dictum est) in fine legitur.

Rub. gener. miss. IV. nu. 1.

De Vigilia Natalis Domini. Cap. II.

1 ANte celebrationê festus Natalis Domini, præparentur à Sacrista opportuno tempore, omnia necessaria, sic enim decet; sicuti ex vetustissima côsuetudine, etiam antiquæ legis tempore, obseruatos in ucnimus ad præparandum, & præscriptos dies, ante præcipuas Paschę sollemnitates; curet igitur Sacrista, hoc tempore, vt linteamina omnia, tam altarium quam Ministrorû sint munda, cerei, & intortitia necessaria bene disposita, aromatha in thymiamateribus, thus, & quæcunque ad odorandum côquisita, vasa omnia, & instrumenta ecclesiastica, videlicet pyxides, calices cû patenis, candelabra, lampades, cruces, thuribulum cum nauicula, vas aquæ benedictæ cum aspersorio, reliqua huiusmodi vascula, siue argentea, siue ex auricalcho bene mundentur, & expoliantur; vniuersa sacra suppellex pro celebrandis officijs præparetur; Ecclesiæ parietes, laquearia, fornices, cancelli, pauimentum, necnon marmorei gradus, omnesq;, & singulæ ipsius Ecclesiæ partes, discusso

puluere, amotisque aranearum telis, mundentur, & benè expurgentur, vt nitida, ac munda reliquo Ecclesiæ ornatui in tanta sollemnitate correspondeant.

2 Ipsa die Vigiliæ summo mane, vel pridie, post Vesperas sollemniter parentur, & disponantur omnia, videlicet vmbella, seu baldachinum album, vel ex auro supra tabernaculum sanctissimi Sacramenti, & reliqua omnia in altari, ac supra parietes, vt in proprio loco de ornatu altaris supra notatum est; quibus omnibas dispositis ante altare palliolum coloris violacei aciculis aptetur, nec dimoueatur nisi post missarum celebrationem.

Sup.l.2. c.1.

3 Matutinum hac die vsque ad Laudes, sicut incæteris ferijs dicetur: Laudes verò ab eodem hebdomadario altiori, & sollemniori tono inchoabuntur, quas chorus duplicis officij ritu, duobus cantoribus cantare incipientibus vsq; in finem prosequetur.

4 Ad Primam hac die, hora competenti, & cum frequentior populus adest, pulsantur campanæ, & omnibus in chorum conuenientibus, celebrante Præposito sollemniter cantabitur: cantores designati in primis sedibus chori inferioris, intonabunt Hymnum, & Psalmos; versus verò in medium conuenientes, dicent; Interim in medio chori, vel ob populi deuotionem, & concursum, ante altare intra præsbyterium præparetur legile panno violaceo coopertum, martyrologio desuper imposito: In choro ceroferarij candelabra præparata accendunt; in Sacristia verò thuriferarius præparabit thuribulum cum prunis, & nauiculam cum thure, acolythus autem amictum, ac stolam pluuiali violaceo, & dum dicuntur Responsoria breuia cum versibus Sacerdos cantaturus martyrologium supra superpelliceum, accipit amictum, stolam, & pluuiale violaceum; tunc accedentibus ceroferarijs cum thuriferario, faciunt in medium altari genuflexionem; & Prælatis si adsint, vel Præposito atque alijs in choro existentibus inclinationem deinde procedunt ad altare per ostiolum à latere Euangelij, præcedentibus thuriferario cum acolytho, & post eos ceroferarijs, sequitur tandem cantaturus Martyrologium, sacris (vt dictum est) indutus. Vbi verò ante altare peruenerint, facta prius genuflexione Sacramento, ceroferariis medium habentibus Sacerdotem, vt fit ad Euangelium; acolythis verò, altero thuribulo, altero verò nauicula ministrantibus incensum, thuriferarius dicet *Iube domne benedicere*, Sacerdos verò subdet, *Ab illo benedicaris in cuius honore cremaberis*, ponendo ter incensum in thuribulum, formabit signum crucis tantum super thuribulum, illisque surgentibus, à thuriferario accepto thuribulo, illoque fimbriam pluuialis à latere dextero eleuatam tenente, incensabit ter librum, vt fit ad Euangelium, deinde omnibus in choro, & in Ecclesia stantibus, detecto capite, ipsis verò acolythis cum thuribulo, & nauicula retro post eum, responsoque à choro, *Deo gratias*, post *Benedicamus Domino*, Sacerdos non signando librum, neque seipsum, incipit clara, & sonora voce, tonoque competenti, *Octauo Kalendas, &c. Anno à creatione, &c.* prosequendo eadem voce, quia non

Direct. chori Ro. Rub. de tono martyrolog.

habetur punctum principale vſque ad clauſulam, *In Bethelem Iuda naſcitur ex Maria Virgine*, ad quam clauſulam eleuabit vocem, & in ea ſubdens FACTVS HOMO, omnes genuflectunt, exceptis ceroferarijs, poſtea verò altiori, & ſollmniori tono, qui dicitur paſſionis, dicet *Natiuitas Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſecundum carnem*.

5 His dictis, omnes ſurgunt, & tecto capite ſedent; cantans verò martyrologium, reuertitur cũ acolythis ordine quo venerat per oſtiolum à latere epiſtolæ, factis prius genuflexionibus altari, & depoſito pluuiali, ac ſtola redit in locum ſui ordinis; Lector verò in choro tono ordinario proſequitur Lectionem Martyrologij, ſubdens, *Eodem die, &c.* dicitque poſtmodum, pro abſolutione Capituli, Lectionem breuem, *Per quem, &c.* acolythus reponit paramenta in Sacriſtiam, & remouet legile de Altari, & ceroferarij extinguunt cereos.

6 Poſt Primam immediatè dicuntur reliquæ horæ videlicet, Tertia, Sexta, & Nona, dicentur autem tono ordinario, & ſine ſollemnitate, celebrante hebdomadario.

7 Si vigilia Natiuitatis Domini occurrat die Dominica, ad Matutinum Inuitatorium erit da Vigilia, *Hodie ſcietis, &c.* Hymnus verò, Antiphonæ, Pſalmi, Verſus, Lectiones, & Reſponſoria, vſque ad verſum tertij Nocturni erũt de Dominica quarta Aduentus, verſus verò tertij Nocturni erit *Hodie ſcietis, &c.* Lectiones homiliæ de Vigilia, & homilia Dominicæ omittetur. Ad laudes officium erit duplex de Vigilia cum commemoratione Dominicæ, Prima verò ſollemniter celebrabitur, vt ſupra diceturq; ob populi commoditatem, & deuotionem, vt notatur in directorio Chori Romano, immediatè ante Tertiam. Directorium chori de tono martyrologij.

8 Tertia, & immediatè poſt eam miſſa ſollemnis cantabitur ab hebdomadario, primum omnium fit aſperſio aquæ benedictæ, more ſolito, & miniſtri vtuntur dalmatica, & tunicella. In ipſa autem miſſa fit commemoratio Dominicæ, non tamen in fine dicitur eius Euangelium, Poſt Graduale dicitur *Alleluia*, cum verſu, prout in miſſali; & poſt Euangelium dicitur *Credo*, eodem modo dicuntur reliquæ miſſæ priuatæ. Rub. gen. Miſſ. 19. Rub. par. Miſſ. hac die. Rub gen. Miſs. XI.

9 Hora opportuna, celebrantur Veſperæ ſollemnes à Prælato modo præſcripto ſupra in proprio loco de Veſperis. In fine verò Veſperarum ad Antiphonam, *Alma Redemptoris, &c.* dicitur verſus, *Poſt partum, &c.* ac eius propria oratio. Rub. par. Breu.

10 Poſt Veſperas vſque ad ſolis occaſum, maneant ſuper altare ad minus accenſæ duæ candelæ, & omnes lampades, ſic & ſequenti die, à primo ſigno Matutini, vſque ad ſolis occaſum, donec claudantur fores Eccleſiæ, quod pariter in omnibus præcipuis ſollemnitatibus ſeruetur.

11 Hac die, pariter, & in reliquis ſollemnitatibus, nemo de commiſſis, vel etiam omiſſis publicè ſe accuſet, nec aliquam Prælatus pœnitentiã imponat, non enim, vt Leo Papa ait, fas eſt, locum eſſe triſtitiæ, vbi natalis eſt vitæ. Leo Papa ſer. de Natiuit.

12 Thymiamata ex diuerſis aromatibus benè compoſita in odorem in thymiaterijs aptentur, atque opportuno

portuno tempore in eis ignis supponatur, & cum opus est aqua odorifera superinfundatur.



De officio noctis, & diei Natalis Domini.

Cap. IV.

PRæparentur à sacrista opportuno tempore, quæ necessaria sunt pro celebratione officij Natalis Domini, videlicet, cerei, & lampades per Ecclesiam, ita vt vndique sit illuminata. In choro etiam præter consueta luminaria, quæ ad Matutinum adhibentur, sit in medio ante legile cum Missa cantatur, candelabrum cum intortitio accenso; vasa quoque prunis bene accensis in aliquibus Ecclesiæ partibus, prout res postulauerit, distribuantur; paramenta omnia pro Missa sollemni celebranda, & tintinnabula cum dicitur *Gloria in excelsis Deo*, in prima Missa sollemni, pulsanda.

2 Qui hostiarum curam gerit, cum singuli Sacerdotes ter sint celebraturi, sufficientem earum numerum aptabit, ac in hostiarijs reponet, curans diligenter, vt ad singula altaria, sua sit hostiaria illas continens, quæ vsui sint satis.

3 Qui ampullas præparare curat, vascula chrystallina, vel saltem vitrea, operculis, vel palla linea ad minus cooperta pro purificatione ad singula altaria, in quibus erit celebrandum disponat. Ad altare verò maius duo præparentur, alterum videlicet pro Missis sollemnibus, alterum verò pro priuatis. Et ne vinum deficiat, cum plures Missæ hac die dici debeant, præter consuetas ampullas, habeat in promptu in aliquo loco congruo phialam chrystallinam, vel vitream vino refertam, superaddendo cum opus fuerit, ne deficiat in ampullis.

4 Ad Matutinum, septima hora noctis dabitur primum signum, & tunc accensis in Ecclesia vndique luminibus, eius fores aperiantur, ignisque ad vitandum frigus, diuersis in locis, prout videbitur apponatur, tum dato secundo signo omnes ad Ecclesiam conueniunt, vbi disponuntur omnia in altari à Sacrista; celebrans quoque in Sacristia accipit paramenta; quibus omnibus bene aptatis, accensisque luminibus in choro, in altari, & supra parietes, dari poterit tertium signum, ita vt primum signum ab vltimo horæ spatio distet.

5 Octaua igitur hora noctis; dum datur vltimum signum, celebrans pluuiali indutus, præcedentibus acolythis, & ceroferarijs, vltimus omnium procedit in chorum, ante cuius ostium, more solito, aspergit acolythos, in medio chori genuflectit, & astantibus inclinat, mox ad suam sedem paratam ascendit, ceroferarij verò hinc inde ante celebrantem assistūt. Dicto *Pater noster*, *Aue Maria*, & *Credo* secreto, inchoatur Matutinum, ac prosequitur modo præscripto in proprio loco. 5.l.2. c.22.

6 Lectiones dicuntur in medio

chori, vel etiam, ob populi concursum, & deuotionem, ante altare, in quarum prima nõ legitur titulus. Post quemlibet Nocturnum sollemniter pulsantur campanæ pro Missa cantanda.

7 Nonam lectionem, celebrans præcedentibus acolythis, ac ceroferarijs ante legile accedet, factisque altari debitis reuerentijs, astantibus interim ceroferarijs hinc inde, acolythis verò retro post eum, sollemniter cantabit; postquam intonabit hymnum, *Te Deum laudamus*, statimque factis reuerentijs, procedit in chorum per ostiolum à latere Epistolæ, & ad suam sedem perueniens, stat donec hymnus compleatur, interim ministri accipiunt in sacristia paramenta sui ordinis, & thuriferarius aptabit prunas in thuribulo, acolythi verò supra credentiam missalia, ampullas, velum, puluinum, ac calicem præparabunt, super altare verò tabellam secretorum apponent, prospicientes etiam, vt vna cum missali supra credentiam sit bugia cum candelula.

8 In fine hymni accedentibus ceroferarijs, celebrans dicit orationem, repetitoque versu *Dominus vobiscum*, cantores dicunt *Benedicamus Domino*, quo dicto accedunt ministri parati, & adiuuant celebrantem, vt deposito pluuiali accipiat casulam cum manipulo, tunc accedentibus acolythis, ac ministris in medio, accipit aspersorium à Diacono, aspersisque omnibus, more solito, procedit ad altare.

9 Hac nocte Matutinum à Laudibus distinguitur, & ideo post hymnum dicitur oratio, & in fine *Benedicamus Domino*, non tamen *Fidelium anima* &c. quia immediatè post dicitur Missa. Si quis autem extra chorum terminare vellet officium Matutini distinctum à Laudibus, dicere deberet post *Benedicamus Domino*, *Fidelium anima*, & *Pater noster* &c. Cærem. Petri de Roys.

10 Missa cantatur sollemniter, prout in proprio loco dictum est, ad *Gloria in excelsis*, in signum lætitiæ, & quia, vt notat Thelesforus Papa, hac nocte fuit ab Angelis hymnus iste lætanter compositus, & cantatus, pastoribusque Christi natiuitas nuntiata, in choro campanulæ, atque omnes aliæ Ecclesiæ campanæ maiores pulsantur. Cap. nocte sãcta de cõsec. dist. 1.

11 Dum celebrans dicit orationem, ministretur ei per Diaconum lumen, candelula accensa in bugia, Subdiacono verò, ac Diacono, dum cantant Epistolam, & Euangelium, si lumine indigeant, eodem instrumento ministretur ab acolytho.

12 Assumpto sanguine celebrans non sumit purificationem, sed tantum abluit digitos in vase vitreo sibi à Subdiacono porrecto, idem postmodum Subdiaconus acolytho ministrante ampullas, purificabit calicem, & vinum purificationis in vas præparatum pariter reponet, assumendum post vltimam Missam, calicemque purificatum, & extersum, more solito accommodatum supra credentiam asportabit.

13 Finita Missa senior in choro, statim inchoabit Laudes, ipse verò celebrans vna cum ministris in chorum procedens, deponit casulam, & manipulum, acceptoque pluuiali ad suam sedem accedit, ministri verò procedunt in sacri-

ſtiam, ibique ſacras veſtes deponunt.

14 Officium Laudum eodem modo, iiſdemq; ſollemnitatibus, ac ceremonijs celebratur,prout de Veſperis dictum eſt, incenſatur enim altare,chorus, ac reliqui, eodem ordine quo ad Veſperas; in fine verò poſt antiphonam,& orationem B.Mariæ Virginis, datur more ſolito ſignum ſalutationis Angelicæ maiori campana; celebrans verò præcedentibus ceroferarijs cum candelabris accenſis,ordine quo venerat, recedit in ſacriſtiam, ibiq; paramenta deponit; Acolythi interim extinguunt ſex cereos in altari, atque etiam eos qui ſunt ſupra parietes, & in candelabris maioribus, ita tamen vt ſuper altare ad minus duo accenſi remaneant, præter alios, qui ad illuminandam Eccleſiam, vt notatum eſt ſupra, tota hac nocte ardeant opus eſt.

c. nocte ſancta,de cõſecrat. diſt. 1.

15 Cum huius diei nox alijs ſanctior ab Eccleſia cenſeatur, non ſolum prima Miſſa, noctis tempore dici poteſt, verum (vt Doctores notant) & aliæ quo populus ad illam celebrandam conueniens, deuotè detineatur, id enim ſacretæ illi nocti tribuitur, non primæ Miſſæ conceſſum, ſed vt in illa indefinitè Miſſæ celebrari poſſint;quare poſt Laudes aliquo breui tempore elapſo, poterunt, vt conſueuimus, priuatæ Miſſæ in Eccleſiæ ſacellis celebrari.

Suar. 3. par. tom. 3. diſp. 80 ſect. 4.

16 Clerici Miſſis priuatis miniſtrantes opportunè prouideant,vt in altari ſit hoſtiaria, cum hoſtijs in numero ſufficientibus,vaſculum purificationis, & vinum ad ſufficientiam.Poſt primam,& ſecundam Miſſam,ſtatim aſſumpto ſanguine,celebranti vaſculum ad abluendos digitos porrigant.

17 Sacerdotes ter celebraturi poſt primam,& ſecundam Miſſam immediatè aſſumpto ſanguine, digitos, non quidem in calice, ſed in vaſculo præparato abluant, nec calicem purificatorio detergant, ſed ipſi ſuperimponentes patenam, cum hoſtia, & pallam apponant, & deſuper velum aptabunt, non tamen corporale plicabunt. In tertia verò Miſſa aſſumpto ſanguine, vinum purificationis, à vaſculo ſibi à miniſtro porrecto, intra calicem infuſum aſſument, digitos deinde abluunt, & reliqua more ſolito proſequentur,in fine dicent Euangelium *Cum natus eſſet* &c.ac propterea miniſter dicto *Ite miſſa eſt*, ſtatim transfert librum celebrantis ad latus Euangelij,quo lecto, porrigit birretum celebranti, niſi in altari ſit ſanctiſſimum Sacramentum,tunc enim non dabit birretum, niſi facta genuflexione, deinde accepto Miſſali, refert puluinum in ſuum locum ad latus Epiſtolæ, quod ſemper ſeruatur dum dicitur particulare Euangelium in fine Miſſæ.

18 Poſt primam, & ſecundã Miſſam immediatè facta in medio altaris inclinatione, deſcendens ante infimum gradum,ſi in eo ſit ſanctiſſimum Sacramentum, genu flectit, ſin minus profundè inclinat, ſtatimque incipit Miſſam more ſolito dicens *In nomine Patris* &c.

19 Si quis ob malam valetudinem, aut alio impedimento vnam tantum Miſſam dicere vellet, licet quamlibet ex aſſignatis ea die, dicere poſſet, magis tamen decet, vt dicat tertiam, cum iuxta rubricam, quo ad fieri poteſt, Miſſa cum officio conuenire debeat, illaq; magis officio diei reſpondeat.

20 Si quis temporis interuallo interposito, Missas celebrare voluerit, post quamlibet plicabit corporalia facta communione, & in fine dicet antiphonam *Trium puerorum*, cum cantico *Benedicite &c.*

21 Si qui cõmunionem sunt sumpturi, regulariter non nisi post tertiam Missam communicent.

22 Circa horam duodecimã cum dimidio dabitur primũ signum pro secunda Missa cantanda in aurora, & tunc omnes in sacristiam conuenientes, superpelliceis induuntur, & circa horam tertiamdecimam, præparatis omnibus in altari, accensisq; cereis, datur secundum signum, in choroq; omnibus conuenientibus, cantatur Prima, & interim sacerdos cum ministris, in sacristia sacris induuntur vestibus pro secunda Missa sollemniter celebranda.

23 Finita Prima, celebrans sacris vestibus indutus, ad Missam procedit more solito, omnia sicut in alijs sollemnitatibus obseruans, in ipsa tamen, secunda oratio erit de Sancta Anastasia, & in fine non in calice, sed in vase sibi à Subdiacono porrecto, abluit digitos, & abstergit, non tamen sumit vinum purificationis; Subdiaconus pariter, prout in prima Missa, acolytho ministrante ampullas, purificabit calicem, & vinum purificationis in vasculum reponet, assumendum post vltimam Missam, calicemq; abluit, & abstergit, atque accommodatum supra credentiam, more solito, asportabit.

24 Post secundam Missam, illucescente iam die, omnia in altari ordinatè disponuntur, mutantur cerei, concinnantur lampades, & per Ecclesiam extinguuntur luminaria, omniaq; decenter aptantur; & si videbitur in altari maiori, duo Sacerdotes, vnus post alium, suas Missas celebrare poterunt; communio fiat in altaribus deputatis, atq; etiam post tertiã Missam cuiuslibet Sacerdotis.

25 Hora competenti videlicet circa sextam decimam horam cum dimidio in fine Missæ secundi Sacerdotis, dabitur primum signum pro vltima Missa cantanda, quæ erit de die, deinde dato secundo signo, Tertia sollemniter cantatur, & interim Sacerdos cum ministris sacras accipiunt vestes, & immediatè post Tertiam procedunt ad Missam cantandam, in qua si occurrat in die Dominico, in principio fit aspersio aquę benedictæ.

26 In hac Missa ad illa verba Euãgelij, *Et verbum caro factum est*, omnes, excepto Subdiacono, & ceroferarijs genuflectant, Diaconus quidem facie conuersa ad librum, reliqui verò omnes ad altare, quod semper seruatur, dum legitur, vel cantatur textus ille Euangelij, non autem cum ad Versus, vel Responsoria eadem verba repetuntur.

27 In hac Missa fit generalis communio Religiosorum, atque etiam secularium, & intortitia, quæ ad eleuationem afferuntur, non nisi peracta communione recedunt, postquã celebrans assumit purificationem, quæ fuerat in vase reposita. Cær.Ep. l.2. c.28. Rit.Miss. c.8.nu.8.

De festis à die Natiuitatis Domini vsque ad Epiphaniam. Cap. V.

De festo Sancti Stephani.

1 HOc festũ licet in generali rubrica nõ habeat locum, sollẽniter tamen celebratur à Vicario, vel aliquo ex senioribus, ac si esset

primę classis, tertij tñ ordinis, eodem modo, ac duo sequẽtes dies post Pascha Resurrectionis, & Pẽthecostes, quod etiam seruatur in Capella Domini Papę, in qua hac die, & sequẽti aliquis ex Illustrissimis Cardinalibus celebrare consueuit: celebrabitur autem paramentis rubeis sollemnibus, vel etiam aureis, non tamen sollemnioribus, altaris quoque ornatus, erit quidem sollemnis, non tamen vt die hesterna, nisi in propria Ecclesia, in qua Præpositus sollemniter, vt pridie celebrabit, omnibus ornamentis sollemnioribus adhibitis, & apparatu festiuo, vt in proprio Capitulo de festo Patroni, seu Titularis dicetur.

2 In Missa sollemni, & ad Vesperas supra parietes accenduntur cerei, & omnia, vt de festis primæ classis tertij ordinis, dictũ est, peragũtur.

3 Idem, qui in Missa, in reliquis quoque horis celebrabit, eoq; absente, proximior ex parte chori illius vices suppleat.

4 In propria Ecclesia, etsi sollemniter officium celebretur, in primis tamen Vesperis tantum commemoratio fit Sancti Stephani, & ad Laudes, & in Missa fit commemoratio Natiuitatis; sic etiam ad Vesperas semper aña erit *Tecum principium*, cũ psalmis assignatis, nam cum iuxta regulam, spetialia generalibus præferãtur, rubricæ generali de modo celebrandi festum Patroni, seu Titularis, derogatur per spetialem rubricam, qua excipitur festum Natalis Domini, & eius octaua, in qua speciales regulæ assignatæ sunt obseruandæ.

De festo sancti Ioannis Apostoli.

5 Eiusdem sollemnitatis cum sit festum Sancti Ioannis, eadem omnino seruentur, quæ supra in festo Sancti Stephani: senior immediatè post eum, qui pridie celebrauit, sequens, ad officium, & Missam, in paramẽtis albis, vel argenteis celebrabit, altaris ornatus erit idem, qui pridie, & ad Missam sollemnem, ac Vesperas cerei super altare, pariter ac parietes accendentur.

6 In propria Ecclesia celebrabit Prælatus, altaris, & totius Ecclesiæ ornamenta erunt pretiosiora, vt in proprio loco de Patrono notatũ est. Primę Vespere à Capitulo de Sãcto Ioanne, cum commemoratione Sancti Stephani, & octauæ Natiuitatis, quæ semper fieri debet, ad officium, & Missam fit commemoratio octauę Natiuitatis tantum. Præfatio, & si iuxta rubricas generales, dicenda esset de Apostolis, tamen est specialis rubrica, quod dicatur de octaua, quemadmodum etiam antiphonæ cum psalmis ad Vesperas erunt de octaua Natiuitatis vsque ad Capitulum exclusiuè.

Rub. gene. Breu 9. nu. 6.

Rub. Miss. par.

De festo sanctorum Innocentium.

7 Die sanctorum Innocentium, altaris, & celebrantium paramenta, erunt coloris violacei, non cantabitur Missa sollemnis, decentius tamẽ altare ornabitur flosculis, & lampades accendentur. Ad Matutinũ non dicitur hymnus *Te Deum* &c. nec in Missa *Gloria*, nec *alleluia*, post Graduale, neque in fine *Ite missa est*, sed *Benedicamus Domino*, tamen *Credo*, & Præfatio de Natiuitate dicetur.

8 Si festum hoc die Dominico celebrandum venerit, paramenta omnia erunt rubea, cantabitur Missa sollemnis, & in officio dicetur hymnus *Te Deum laudamus*, in Missa

verò *Gloria*, item post Graduale nō dicetur Tractus, sed *alleluia*, cum Versu, & in fine dicetur *Ite missa est*.

De festo sancti Thomæ.

9 Die Sancti Thomæ, altaris, ac celebrantium ornamenta erunt rubea, omnia decentiori cultu ornata, respectu octauæ Natiuitatis Domini. In secundis Vesperis à Capitulo fit de Dominica, vel de die infra octauam Natiuitatis, cum commemoratione Sancti Thomæ, & octauarum. Quod si hoc festum occurrat die Dominica, transfertur in proximè sequentem diem.

10 In propria autem Ecclesia, vel vbi fuerit Patronus, officiū erit sollemne: in primis quidem Vesperis à Capitulo de Sancto, pro quo officiū erit de communi vnius martyris cū commemoratione Sanctorum Innocentium, & octauæ Natiuitatis tantum: die verò ad Laudes, & Missam tantum oct. Natiuitatis fit commemoratio. In secundis autem Vesperis post orationem diei, fit commemoratio Dominicę sequentis, & oct. Natiuitatis, & non alia.

De Dominica infra octauam Natiuitatis.

11 Officium Dominicæ infra oct. Natiuitatis si occurrat die Dominica, sollemniter celebrabitur, cantabitur enim Missa sollemnis, & ad Vesperas incēsabitur altare, chorus &c. si autem, iuxta rubricas, in aliqua feria infra hebdomadam occurrat, nulla prorsus sollemnitas adhibeatur, sed tantum officium, prout in Breuiario, & in Missali, celebrabitur cum commemorationibus octauarum.

De die infra octauam Natalis Domini.

12 Infra octauā Natalis Domini, paramenta erunt alba, & altare decentius ornabitur. In Missa quocunque festo occurrente dicetur Præfatio, & Communicantes de Natiuitate. Ad Vesperas añæ, & psalmi prout die Natiuitatis *Tecum principium* &c. etiam si de Patrono celebretur, & semper in Missa, & officio, etiam si sit festum Patroni principalis, fit commemoratio octauæ Natiuitatis tantum.

13 Si festū Sancti Thomæ occurrat feria sexta sequenti Sabbato officium fit de oct. Natiuitatis, & tunc in secundis Vesperis S. Thomæ omnia dicuntur, sicut in secūdis Vesperis diei Natiuitatis, sed nō duplicantur añæ, & post orationem Natiuitatis fit commemoratio Sācti Thomæ, deinde S. Stephani, & aliarum octauarum, in officio autem diei, omnia dicūtur sicut in die Natiuitatis, exceptis respōsorijs, & lectionibus primi, & secundi Nocturni, quæ erunt prout Dominica infra octauam, & lectiones tertij Nocturni, quæ sunt de homilia *Pastores loquebātur* &c. prout in Breuiario. Missa peculiaris infra octauā, *Gloria*, & *Credo*, prout in Missali; die verò Sancti Syluestri eo anno, tam in primis Vesperis, quam ad Laudes fit commemoratio Dominicæ, cuius homilia legitur loco nonæ lectionis; in Missa etiam fit commemoratio Dominicæ, cuius Euangelium legitur in fine. Rub. Bre.

De festo Sancti Syluestri.

14 Festū Sancti Syluestri duplici ritu celebratur, in primis Vesperis antiphonæ *Tecum principium* &c.

dupli-

duplicantur, nõ cantatur Missa, nisi venerit in Dominica, & tunc de Dominica fit commemoratio, cuius homilia in Euangelium legitur pro nona lectione, ac pariter in Missa fit commemoratio, & Euangelium in fine dicitur de Dominica.

15 In propria Ecclesia officiũ erit sollemne primæ classis, añę tamen in primis Vesperis erũt *Tecum principium*, cum psalmis de Natiuitate, Capitulum, & reliquum officiũ de communi Conf. Pontif. & tantum de octaua Natiuitatis fit commemoratio, & ad Matutinum lectiones primi Nocturni erunt *Fidelis sermo*, de com̃uni. In Missa fit commemoratio octauæ Natiuitatis tãtum, cuius Præfatio, & Communicãtes dicitur; in secundis Vesperis añæ *Ecce Sacerdos magnus*, vltimus psal. *Memento Domine Dauid*. Capitulum *Ecce Sacerdos magnus*, & reliqua de communi, cum commemoratione Circumcisionis tantum, si venerit in Dominica, etiam in propria Ecclesia fit commemoratio Dominicæ, vt supra, & octauæ Natiuitatis.

Rub. gene. Breu. XXVI. 9.

De festo Circumcisionis Domini.

16 Sollemnis est hęc dies, quæ est octaua Natiuitatis satis antiqua, & sine certi initij memoria. Antiquitus duæ Missæ celebrabantur, altera de Beata Virgine, de qua plura etiam in officio diei habẽtur, altera de Natiuitate, cuius introitus est *Puer natus est nobis*. Est etiam sollemnis ratione nominis Iesu, hac die impositi, sanguinis effusi, & signaculi Circumcisionis, quod Christus hodie pro nobis dignatus est suscipere. Celebratur autem hoc festum ab aliquo ex senioribus, vt festum secundæ classis in paramentis albis, vel argenteis. In primis Vesperis Circumcisionis non fit commemoratio Sancti Syluestri ratione spetialis rubricæ, quæ hac die signatur, nõ autem generalis, cum in primis Vesperis festi secundæ classis fiat commemoratio duplicis præcedentis. In secundis autem Vesperis tantum Sancti Stephani, non autem aliarum octauarum commemoratio fiat, cum de illis non debeat fieri officium.

Albin. Flac. de diuinis off.

Rub. gene. Breu. IX. n. 6.

Rub. gene. Breu. IX n. 6.

17 In octaua Sancti Stephani, omnia sicut in die, exceptis lectionibus, & oratione cum commemoratione Sancti Ioannis, & SS. Innocentium. In Missa dicitur *Credo*, & Præfatio de Natiuitate sine Communicantes, color rubeus. In secundis Vesperis à Capitulo fit de Sancto Ioanne, cum commemoratione Sancti Stephani, & Sanctorum Innocentium, color albus.

18 In octaua Sancti Ioannis, omnia sicut in die, exceptis lectionibus. Missa sicut in die, cum commemoratione Sanctorum Innocentium tantum. dicitur *Credo*, & Præfatio de Apostolis. In secundis Vesperis añæ *Valde h[illegible]ndus est*, & dicuntur psalmi vt in secundis Vesperis de communi Apostolorum. Capitulum, & alia vt in die.

19 In octaua Sanctorum Innocentium, omnia sicut in festo, præter lectiones, & nonum Responsorium, quod omittitur, & eius loco dicitur *Te Deum laudamus*; Missa sicut in die, exceptis quod dicitur *Gloria*, & *alleluia*, cum versu, omisso tractu; Præfatio de Natiuitate, sine Cõmunicantes, *Ite missa est*, in fine, nõ tamen dicitur *Credo*; ad officium, & Missam color rubeus, nec fiunt commemorationes. In secundis Vesperis añæ de Laudibus, cum psal. de Dominica, & loco vltimi psal. dici-

tur

in officio dicitur more solito, ℣. *Domine labia mea*, *&c.* cum Inuitatorio, & Hymno; Primum Responsorium, excepta Dominica infra octauam, & die octaua, erit. *Tria sunt munera*, in tertio verò Nocturno Antiphona, *Homo natus est*, *&c.* cũ Psal. *Fundamenta*, *&c.* reliqua verò, vt in die, exceptis Lectionibus, & Antiphonis ad *Benedictus*, & *Magnificat*.

Cærem. Petri de Roys.

5 Hæc octaua differt ab alijs, quæ communiter sex habent dies infra octauam, & dies qua occurrit Dominica eo anno omittitur, hæc autem quinq; tantum habet dies infra octauam cum Lectionibus, & Antiphonis, ad *Benedictus*, & *Magnificat*, quibus addendo officium Dominicę, quod necessario, vel die Dominica, vel si festum eo die occurrat, in sequenti Sabbato poni debet, vnde sex habemus dies infra octauam; quibus additis die festo, & die octauæ, octo dierum circulum comblebimus.

6 Lectiones scripturæ, quæ his diebus leguntur vsque ad Dominicam infra octauam erunt de epistola ad Romanos, Dominica verò infra octauam, quę est prima post Epiphaniam, incipit epistola prima ad Corinthios, quæ deinceps prosequetur, omittendo eo anno quæ supersunt de epistola ad Romanos; Lectiones verò secũdi, & tertii Nocturni nunquam mutantur, sed tantum, vt dictũ est, de scriptura à die Dominica infra octauam, & deinceps: Quod si dies Epiphaniæ occurrat Sabbato, sequenti die, & deinceps legentur de epistola prima ad Corinthios; in secundo verò, & tertio Nocturno de Dominica: similiter sequentibus diebus, feria secũda, quæ est secunda dies infra octauã, Lectiones primi Nocturni erunt de epistola prima ad Corinthios, *Et ego*, secundi verò, & tertii, de secunda die infra octauam, cum Antiphonis ad *Benedictus*, & *Magnificat*, & sic de aliis diebus.

7 Si festum Epiphaniæ veniat die Dominico, quinque sequentibus diebus leguntur Lectiones, tam primi, quam secundi, & tertii Nocturni prout habentur in Breuiario; Sabbato autem fit officium de Dominica infra octauam; epistola verò ad Corinthios dicetur die sequenti, non enim est ordinata ad officium Dominicæ, sed ad diem Dominicam post festum Epiphaniæ, & ea die legitur de epistola ad Romanos, *Commendo autem*, & sequenti die, quæ est Dominica; & dies octaua incipit epistola prima ad Corinth.

6 Officium Dominicæ incipit à capitulo, & pro commemoratione octauæ dicitur Antiphona, quæ occurrit secundum ordinem dierum infra octauam, cum ℣. *Omnes de Sabba*, in ipsa autem Dominica totũ officium est de Epiphania, exceptis Lectionibus, Capitulis, & Antiphonis ad *Magnificat*, & *Benedictus*, cũ oratione, & fit commemoratio octauæ sicut in die.

9 Si festũ Epiphaniæ venerit Dominica officium Dominicæ (vt dictum est) fit in Sabbato sequenti, quã die Vesperæ erunt de octaua dupplici ritu, cũ commemoratione Dominicæ pro qua dicetur, ℣. *Omnes de Sabba*.

10 Missa infra octauam dicitur sicut in die cum tribus orationibus, quarum secunda erit, *Deus qui salutis*, *&c.* Tertia verò *Ecclesia*, vel pro Papa, & si occurrat festum simplex secunda oratio erit de Sancto, tertia verò, *Deus qui salutis*, *&c.*

11 Die octaua officiũ est duplex, omniaque dicuntur sicut in die, exceptis oratione,& Lectionibus,& in missa variantur,orationes, & Euangelium, quod si hac die occurrat aliquod festum maius, puta Patroni, Titularis, vel Dedicationis ecclesiæ, transfertur in sequentem diem.

ub.gen. reu.x.2.

12 Eo anno quo festum Epiphaniæ occurrit die Dominica, & Sabbatho iusta rubricas celebratur officium Dominicæ, si in aliqua particulari Ecclesia Sabbatho,quæ erit dies duodecima Ianuarii, occurrat festũ Patroni,seu Titularis, vel Dedicationis Ecclesiæ, officium iuxta rubr. gen. eo die fieri debet de Patrono,Titulari, vel Dedicatione, & cum iuxta rubricam particularem occurrat officium Dominicæ,debet in vtrisq; Vesperis,& Laudibus,atque etiam in missa fieri commemoratio Dominicę prius, deinde etiam octauæ, & in matutino nona Lectio erit de homilia Dominicæ, cuius etiam Euangelium legi debet in fine missæ.

13 Quando festum Epiphaniæ occurrat die Dominica semper iuxta rubricas officium Dominicæ celebrandum est Sabbatho, etiam vbi talis Dñica sollemniter, ac vt titularis celebratur,cum iuxta rubricam festũ patroni occurrens in die octaua Epiphaniæ transferri debeat, ac propterea etiam in ecclesia sanctæ Mariæ da Sapiẽtia,vbi ista dies Dominica est titularis, isto casu officiũ erit de octaua, ac missæ omnes: poterit tamen iuxta rubricas Missalis, ratione tituli, cãtari missa sollemnis de Dominica in eo tantum loco vbi est festiua, & titularis.

Rub.gen. reu.X.3

Rub.gene.miss, VI.

De Dominicis post Epiphaniam.

14 Post Epiphaniam, sex Dominicæ iuxta Romanos ritus assignantur, quæ vna cum viginti quatuor post Pentecosten assignatas tricenarium numerum implent, nec vlla ex his vacare debet;si enim inter Epiphaniam,& Septuagesimam sex assignatæ Dominicæ celebrari non possunt,quæ supersunt post Epiphaniam ante Septuagesimam, ponuntur post vigesimumtertium à Pentecoste, ordine in Breuiario, & in Missali assignato. Et cum interdum contingat, vt aliqua ex Dominicis post Epiphaniam assignatis,non possit poni post vigesimumtertium à Pentecoste, tunc de ea fiat officium Sabbatho ante Dominicã Septuagesimæ, vel alia præcedenti feria, quomodo autem post vigesimam tertiam à Pentecoste celebrari debeat,infra suo loco dicetur.

Rub.gene.Breu. IV.3.&4

Rub.vbi sup.nu.5

15 Quando Dominica Septuagesimæ venit Dominica immediatè post octauam Epiphaniæ, tunc primo Sabbatho post octauam non impedito festo nouem Lectionũ, alioquin prima die post octauam fit officium de feria,in qua ponuntur Responsoria primi Nocturni Dominicæ secũdæ post Epiphaniam,& tres Lectiones legũtur de homilia eiusdem Dominicæ cum eius Antiphona ad *Benedictus*,& oratione; Missa erit de Dominica in qua secunda oratio erit, *Deus qui salutis, &c.* Tertia verò *Ecclesiæ*, vel pro Papa, sine *Gloria*, & *Credo*, & si occurrat festum simplex,secunda oratio erit de sancto, tertia *Deus qui salutis*, *&c.* Quod si Sabbathũ (vt diximus) fuerit impeditum festo semiduplici, tunc prima die post octauam Epiphaniæ in qua non sit festum duplex officium,& missa erunt de Dominica sicut dictum est.

16 In his Dominicis ab octaua

Epiphaniæ, vsq; ad Purificationem secunda oratio erit semper *Deus qui salutis, &c.* tertia *Ecclesiæ*, vel pro Papa; deinceps verò, secūda, *A cunctis*, tertia *Ad libitum*. color autem paramētorum Ecclesiæ, & ministrorum in officio de tempore semper erit viridis.

Rub.gen. Br. XXVI 8. 17 Lectionum de Epistolis Beati Pauli, quę per hebdomadas sex post Epiphaniam sunt distributæ, quando adueniente Septuagesima, contingit diminui numerum hebdomadarum, quod superest eo anno omittitur, quamuis nihil de aliquibus earum sit lectum, habentur enim ac si vnus esset liber, cum ab eodē omnes, auctore, sint editæ.

De Festis Sanctorum post Epiphaniam mense Ianuarij occurrentib. Cap. VII.

De Festo S. Hilarij Episcopi.

1 EXpletis Octauis, terminatur tempus Natiuitatis, & incipit tempus quod dicitur post Epiphaniam. In officio nisi sit festum duplex, ad Primam, & Completorium dicuntur præces feriales; ad Laudes, & Vesperas dicuntur suffragia Sanctorum, & pro commemoratione Beatæ Virginis, dicitur ℣. *Post partum*, cum oratione, *Deus qui salutis æterna, &c.* vsq; ad Purificationem. Ad Primam dicitur ℣. *Qui sedes ad dexteram Dei Patris*. color viridis.

2 Festum sancti Hilarij, fuit die tertia Ianuarii, & trāsfertur in diem decimumquartum propter octauam Epiphaniæ, celebratur semiduplici ritu, cum commemoratione sancti Felicis Præsbiteris, & martyris. In missa secunda oratio de sancto, tertia, *Deus qui salutis, &c.* & non dicitur *Credo*. color albus.

3 Si occurrat die dominico, transfertur in primam diem non impeditam, commemoratio tamen sancti Felicis fit eodem die dominico, & nona Lectio erit de Sancto.

De sancto Paulo Primo Eremita.

4 Die 15. celebratur festum sancti Pauli Primi Eremitæ, quod fuit die 10. Ianuarii, translatum verò in hanc diem, propter Octauam Epiphaniæ, & celebratur semiduplici ritu, eodem modo quo dictum est de Festo sancti Hilarii, ac pariter, vt illud si in die Dominico occurrat, transfertur: in primis Vesperis pro commemoratione sancti Mauri dicitur Antiphona, cum Versu de Laudibus. In secundis Vesp. à Cap. de sancto Marcello, color rubeus.

De S. Marcello Papa, & Mart.

5 Die 16. celebratur festum sancti Marcelli Papæ, & martyris, pariter semiduplici ritu, in missa verò secunda oratio, *Deus qui salutis*, &c. tertia *Ecclesiæ*, vel pro Papa, color rubeus. Vesperæ de sancto Antonio, cum commemoratio S. Marcelli. color albus.

De Festo Sancti Antonij Abbatis.

6 Die 17. Ianuarii celebratur festum sancti Antonii Abbatis duplici ritu, & vbi ex præcepto seruatur iuxta constitutiones celebratur missa sollemnis est autem celebris hæc dies tam apud Græcos, quam

Latinos Patres, vt constat ex actis D. Euthimij conscriptis à Cyrillo monaco, ante annos mille, & ducentos. Vesperæ de Cathedra cum cōmemoratione S. Antonii.

7 In propria Ecclesia officium est primæ classis, & ideò in primis Vesperis nulla fit commemoratio sancti Marcelli; & ad Matutinum Lectiones primi Nocturni de communi; in Missa dicitur *Credo*, & in secūdis Vesperis fit commemoratio Cathedræ sancti Petri, & S. Pauli, & nihil de sancta Prisca.

De Cathedra S. Petri Romæ.

In tab. rub. breu. 8 Festum Cathedræ S. Petri, quod die 18. Ianuarij celebratur, est duplex maius, ac propterea primæ Vesperæ integræ de Cathedra cum cōmemoratione sancti Pauli, deinde sancti Antonii, ac postremo sanctæ Priscæ. Huius sollemnitatis celebritas ex antiquissima traditione ab omnibus Christianis prius venerabatur, prout ex Beda, & aliis, nec non ex antiquo Martyrologio Romano, ac vetustissimis Breuiariis colligitur; ñ qa in aliquib⁹ ecclesijs exoluerat, nostræ congregationis institutor Paulus Quartus Pontifex Maximus fœlicissimæ memoriæ restituit anno Domini 1557. & nos tanti Patris inhærentes vestigiis, & ob perpetuam venerationem quam principi Apostolorum debemus, decentiori ornatu hoc festum celebramus, præcipuè Romæ, vbi decet, vt hac die missa sollemnis celebretur.

De Festo Translationis S. Thomæ Aquinatis Neap.

ex Breu. Pauli V. 9 Die 19. Ianuarii Neapoli ex speciali Breui Sanctissimi Papæ Pauli Quinti celebratur festum Translationis Reliquiæ S. Thomæ Aquinatis cōfessoris, & Ecclesiæ Doctoris, illiusq; Ciuitatis Patroni præcipui, ac propterea ex eodem Breui in ea Ciuitate ex præcepto seruatur; Officium est duplex de communi Cōfessorū, put in festo eius, die 7. Martii. Antiphona ad Magnificat, *O Doctor optime, &c.* octauum responsorium, *In medio ecclesiæ*; In primis Vesperis, & in Laudibus in officio, nulla fit cōmemoratio, est enim duplex primæ classis. In missis, si ante Septuagesimam occurrat, non dicitur Tractus, sed post Graduale dicuntur alleluia, alleluia. *Amauit eū Dominus, &c.* alleluia, prout in communi Doctor. cātatur missa sollemniter, & ad Vesperas incensatur altare, & in secundis Vesperis fit commemoratio tantum Sanctorum Fabiani, & Sebastiani.

De Festo Sanctorum Fabiani, & Sebastiani.

10 Officium huius diei est duplex de communi plurimorum martyrū, color rubeus. In secundis Vesperis à Cap. de sancta Agnete, non tamen celebratur missa sollemnis, nisi in ppria ecclesia, &c. vbi ex præcepto seruatur, & quando venerit in Dominica.

11 In propria ecclesia officium est sollemne primæ clasis de communi vnius martyris oratio, *Infirmitatē, &c.* Lectiones primi Nocturni de cōmuni vnius martyris. *A Mileto, &c.* In secundo Nocturno Lectio quarta erit, *Sebastianus*, quæ est quinta in Breuiario, quinta verò, *Quē omniū*, quæ est sexta, sexta verò erit de communi, *Triumphalis, &c.* In tertio Nocturno homilia ad Euangelium, *Si quis venit ad me, &c.* de communi. Missa ex eodem cōi, *Statuit, &c.*

cum

cum *Gloria*, & *Credo*; & prima die non impedita fiat officium de sancto Fabiano de communi vnius martyris Pontificis, oratio *Infirmitatẽ, &c.* Lectio quarta, vt in die quinta, & sexta de communi. Missa de communi, *Statuit, &c.*

De Sancta Agnete.

12 Die 21. fit officium S. Agneris duplex, color rubeus, non tamen cãtatur missa, nisi venerit in Dominica. In secundis Vesperis commemoratio sanctorum Vincentii, & Anastasij. color rubeus.

De Sanctis Vincentio, & Anastasio.

13 In propria ecclesia S. Vincentij, officium est duplex primę classis, omnia ex communi vnius martyris, exceptis oratione quę dicitur in numero singulari, & Lectionibus secũdi Nocturni, videlicet quarta, & qnta, nam sexta erit pariter de cõmuni. Missa verò de communi cũ *Gloria*, & *Credo*; & in secundis Vesperis fit commemoratio S. Anastasij tãtũ. In sequenti verò die celebratur officium S. Anastasij, semiduplici ritu ex cõmuni vnius martyris, Lectiones secundi, & tertij Nocturni de cõmuni vnius martyris, excepta quarta, quæ erit; *Anastasius, &c.* Sexto loco assignata in die, & nona quæ erit de sancta Emerentiana, cuius fit commemoratio in Laudibus, & missa, quæ pariter erit de communi vnius martyris. Tertia oratio, *Deus qui salutis, &c.* Quod si in ecclesia ex consuetudine fit octaua, non dicuntur suffragia, ad Laudes, & Vesperas, nec præces ad Primã, & Cõpletorium, sed tãtum fit commemoratio S. Vincentij, & sanctæ Emerentianæ, in missa verò secunda oratio erit de sancto Vincentio, tertia de sancta Emerentiana, & dicitur *Credo.*

De sancto Timotheo.

14 Die 24. Ianuarij festum sancti Timothei, celeberrimi Apostoli Pauli discipuli, semiduplici ritu celebratur, dñr suffragia, & in missa secunda oratio, *Deus qui salutis*, tertia *Ecclesiæ*, vel pro Papa, non dicitur *Credo*, color rubeus. Vesperæ de Cõuersione sancti Pauli, cum commemoratione sancti Petri, & sancti Timothei. color albus.

De Festo Conuersionis S. Pauli Apostoli.

15 Conuersio sancti Pauli Apostoli die 25. ex antiquissima ecclesiæ traditione celebratur, & iuxta rubricas missalis emendati, est duplex maius; non cantantur missa nisi venerit in Dominica, altare tamen decentius ornatur cum flosculis, & accenduntur lampades, in Officio, & Missa, fit commemoratio sancti Petri, & dicitur Pręfatio de Apostolis. In secũdis Vesperis Antiphona, *Ego plantaui*, cum Psalmis de communi Apostolorum commemoratio sancti Petri, & S. Policarpi martyris.

16 In nostra ecclesia S. Pauli maioris, ex voto à Neapolitanis in memoriam Apostoli Pauli cõstructa, ob insignem victoriam hac ipsa die de Saracenis partam Anno Domini 798. in locum vbi hostes fuerãt fugati, qui dicebatur Palatium Imperatoris, & vbi Castor, & Pollux gentium Idola, olim colebantur, aduenienteq; Apostolo Petro, post Christi Dñi Ascensionẽ, fuerũt prostrata.

Hæc dies est sollemnis, officiumque propterea est primæ classis, ac per totam Octauam ex consuetudine celebratur.

17 In primis igitur Vesperis in ea ecclesia nulla fit cõmemoratio sancti Timothei, sed tantum S. Petri, sequentibus verò diebus, semper fit commemoratio Conuersionis, & sancti Petri, & si officium fit semiduplex non dicuntur suffragia Sanctorum ad Laudes, & Vesperas, nec preces ad Primam, & Completoriũ; in missa verò semper dicitur *Credo*, & *Præfatio de Apostolis*.

18 Officium infra Octauam est sicut in die, exceptis Lectionibus, quę in primo Nocturno erunt de scriptura occurrenti, in secundo verò, ex illius ecclesiæ cõsuetudine, legantur, primo sermo sancti Augustini, qui incipit, *Apostolus Paulus, &c.* & habetur in die commemorationis eiusdem die 30. Iunij 2. sermo sancti Ioannis Chrisostomi, qui incipit, *Cum Paulus*, & habetur die sexta infra octauam Apostolorum Petri, & Pauli. Tertio sermo sancti Augustini super Psal. 118. qui incipit, *Fundamẽta, &c.* & habetur in communi Apostolorum. Quarto sermo sancti Gregorii Papæ *Scriptum est*, ex eodem communi. In tertio verò Nocturno pro homilia ad Euangelium alternatim leguntur, primo homilia ex Beda quæ incipit, *Duo sunt ordines*, & habetur sexta die infra Oct. Apostolorum Petri, & Pauli. Secundo ex sancto Hieronymo, quæ incipit *Grãdis fiducia*, & habetur in communi Apostolorum.

19 In Dominica infra octauã officium fit de Dominica cum cõmemoratione sancti Pauli, & sancti Petri, sine precibus, & suffragiis, & color albus; & si Dominica fit Septuagesimæ color paramentorũ erit violaceus, nec in missa dicetur *Gloria*, sed *Præfatio*, semp erit de Apostolis.

20 In die autem octaua omnia sicut in die, exceptis Lectionibus primi Nocturni, quæ dicũtur de script. currenti, & festum S. Ignatii ea die occurrens transfertur in primam diem non impeditam. Quod si dicta dies octauæ venerit in Dominica Septuagesimæ, Sexagesimæ, vel Quinquagesimæ, de ea fit tm̃ commemoratio in officio, & missis, quæ celebrantur in paramẽtis violaceis. Secundæ Vesperæ de Purificatione cum commemoratione sancti Pauli, & sancti Petri.

De sancto Polycarpo.

In secundis Vesperis diei Cõuersionis S. Pauli, fit commemoratio S. Polycarpi episcopi, & martyris discipuli S. Ioãnis Apostoli, eius dies festus semiduplici ritu celebratur. In missa secunda oratio, *Deus qui salutis, &c.* Tertia *Ecclesia*, vel pro Papa; post communio nõ erit, *Hæc nos &c.* ne concurrat cum postcommunionẽ B. Virginis, sed pro sancto dicetur, *Refecti participatione, &c.* color rubeus. Secundas non habet Vesperas, nã ad Vesperas officium est de sancto Ioanne Chrisostomo duplex, cum commemoratione S. Polycarpi, in paramentis albis.

De festo S. Ioannis Chrysostomi.

22 Celebrat ecclesia Romana festum S. Io. Chrisostomi duplici ritu hac die. Ad Magnificat in vtrisq; vesperis dicitur añа, *O Doctor optime, &c. B. Io. Chrysostome, &c.* Octauũ Rñsorium ad matutinum. *In medio ecclesiæ immissis*, dicitur *Credo*, nõ tñ

cantatur missa, nisi venerit in Dominica in secūdis Vesperis fit commemoratio sanctæ Agnetis secūdo.

De sancta Agneta Secundo.

23 Hac die quæ est 28. Ianuarii, & octaua Natalis sanctæ Agnetis, eius apparitionis festum, simplici ritu celebratur.

De Festis Mense Februarij occurrentibus.

Cap. VIII.

De Sancto Ignatio.

1 DIe prima celebratur festum sācti Ignatii semiduplici ritu, color rubeus; ad Laudes fiunt cō memorationes consuetæ. In missa secūda oratio, *Deus qui salutis, &c.* tertia ecclesiæ. Ad Vesperas nulla fit commemoratio de Sancto.

De Festo Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.

2 Hoc festum iuxta Rubricas Breuiarij est secundæ classis, & tali ritu officium celebrari debet, quo ad occurrentiam, & concurrentiam: tamen quoad ornatum ecclesiæ, & sollemnitatem celebrari debet, ac si esset festum primæ classis tertij tamen ordinis ob reuerentiam Beatæ semper Virginis Mariæ, quā præcipuè colimus, maximè ex vetustissima ecclesiæ consuetudine, vt notat Durandus, in quatuor eius sollemnitatibus, Natiuitatis videlicet, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis, quæ non sine mysterio quatuor anni temporibus occurrunt, & sicut Annuntiationis communis est matri cum filio, ita & ista, ac propterea maiorem requirit cultum.

3 Si Præpositus fuerit impeditus, officium, & missa ab aliquo ex senioribus in hac die celebrari poterit; Benedictio tamen sollemnis cum distributione candelarum, & processione fiat à Præposito, postquam senior poterit celebrare missam.

De benedictione, & distributione candelarum.

4 Pro benedictione candelarum, & processione, parentur in Sacristia præter paramēta celebrantis, & Ministrorum, quæ violacea esse debēt, quemadmodum, & palliolum super imponendum altari, dum fit benedictio, ac processio, Crux processionalis, thuribulum, cum nauiculam; vas aquæ benedictæ, cū aspersorio, liber processionum, paramenta item alba pro missa cantanda, si de festo cantari debet. Quod si in Dominica Septuagesimæ, Sexagesimæ, vel Quinquagesimæ occurrat, & Ecclesia non sit Beatæ Virgini dedicata, missa cantanda erit de Dominica, ac pro ministris parentur dalmatica, & tunicella, violacea tamen. In altari verò à latere epistolæ paretur mensa, seu credentia mappa linea coperta supra quam ponuntur per Sacristam candelæ benedictæ; desuperque extendatur mappa, seu velum quo cooperiantur, donec tempus benedictionis aduenerit.

5 Tertia dū sollemniter cantabitur paramenta erunt alba, si officium de quo celebratur sit de festo, quod si sit Dñica Septuagesimæ, &c. erunt violacea; quod & respectiuè seruari

debet, si in aliqua particulari Ecclesia, ratione patroni, seu titularis occurrentis, officium Purificationis transferri debeat, nam tunc paramenta in officio,& missa erunt conuenientia officio quod celebratur, semper tamen in processione,& benedictione, erunt violacea, & quocunque festo occurrente nunquam benedictio, & processio transferuntur.

6 Dum dicitur Tertia, cerei in altari accendũtur,acolythi supra credentiam disponunt omnia pro benedictione facienda, & circa finem tertiæ cooperiunt altare pallio violaceo,& supra altare à latere epistolæ librum apertũ cum puluino violaceo accomodant.

7 Finita Tertia,& dato vltimo signo,celebrans cum ministris procedit ad benedictionem candelarum eodẽ modo,quo ad missam sollemnem induti paramentis violaceis; Sacerdos quidem pluuiali, ministri verò planetis plicatis; acolythi qui alios præcedunt,deferunt,alter quidem thuribulum cum nauicula, alter verò vas aquæ benedictæ cum aspersorio, post quos sequuntur ceroferarij cum candelabris accẽsis, deinde ministri ordine suo, vltimo celebrans.

8 Si sit dies dominicus,thuriferarius non defert thuribulum,sed tantum vas aquæ benedictæ, cum ante benedictionem immediatè fieri debeat aspersio aquæ benedictæ more solito.

9 Statim ac celebrans peruenerit ante gradus altaris, facta ibi genuflexione, vel si sit dies Dominicus, facta aspersione, ac dicta oratione, *Exaudi nos Domine, &c.* ascendit ad altare,quo in medio osculato,factaq; cruci profunda inclinatione, ad cornu epistolæ accedit,ac stantibus ministris retro vno post alium, incipit competenti voce in tono feriali benedictionem dicens, *Dominus vobiscum,&c.* cum orationibus prout in missali, interim stans manibus iunctis.

10 Finitis orationibus ministrante nauiculam Diacono, celebrans imponit incẽsum in thuribulum, ac benedicit more solito, deinde accepto aspersorio de manu eiusdem Diaconi aspergit, in medio, à dextris, & à sinistris ter ipsas candelas dicens, *Asperges me Domine, &c.* sine Psal.& sine cantu,& ab eodem capiens thuribulum simili modo illas thurificat.

11 Facta benedictione,Vicarius, vel senior in choro, stola violacea indutus cãdelã benedictã accensam cũ osculis celebrãti porrigit, quã celebrans accipit, non genuflectens, nec manum illius osculans, poterit tamen illam tradere tenendam acolytho,donec fiat distributio. Cærem. epis.

12 Diaconus, & Subdiaconus assistunt, fimbrias pluuialis celebrantis,hinc,inde eleuatas tenẽtes, acolythi verò candelas accensas continuè porrigunt; Celebrans porrigit candelas,primo digniori à quo ipse accepit, deinde ministris paratis, mox alijs clericis per ordinem, omnibus genuflectentibus, ac candelam,manumq; osculantibus celebrantis, interim in Choro cantatur Antiphona,*Lumen,&c.*

13 Si adsint Prælati,non genuflectunt,nec manum celebrantis osculantur, quibus, si non accedunt ad altare, per aliquem Sacerdotem cũ osculis, & debitis inclinationibus, candela tradi potest.

14 Vbi ex laudabili consuetudine, Populo candelæ distribuuntur

Sacerdotes superpelliceis induti, ministrātibus acolythis superpelliceis indutis, illas, viris ex vna parte, alij verò ex altera mulieribus distribuēt.

De processione candelarum.

Cap. IX.

1 Circa finem distributionis cādelarum parentur omnia pro Processione, celebrans verò finita distributione, in altari lauat manus, & cantores in Choro cantant Antiphonam, *Exurge Deus*, *&c.* qua dicta celebrans ad altare conuersus, astantibus retro post eum ministris, dicit, *Oremus*, & si sit tempus infra Septuagesimam, & non in die Dominico, Diaconus dicit, *Flectamus genua*, & eo primum genuflectente, omnes genuflectunt; Subdiaconus verò primus omnium surgens dicit, *Leuate*, & tūc omnes surgunt, & celebrans cantat orationem, *Exaudi*, *&c.* cum sua conclusione.

2 Deinde accedente thuriferario cum thuribulo, ministrante Diacono, imponitur, ac benedicitur incensum more solito. Subdiaconus verò accipit crucem, & accedentibus ceroferarijs cum candelabris accensis, stat medius inter illos, & Diaconus cōuertens se ad Populum dicit, *Procedamus in pace*, & Chorus respondet, *In nomine Christi amen*. Ordinatur Processio, in qua præcedit thuriferarius cum thuribulo fumigāte, sequuntur duo acolythi cum cādelabris, & cereis accensis, mediū habentes Subdiaconum, qui paratus planeta plicata ante pectus, defert crucem; post crucē alij de clero per ordinem bini superpelliceis induti, candelasq; accensas in manibus gestantes, illi quidem qui à dextris, dextera, qui viro à sinistris, sinistra, vltimus omnium procedit celebrans pluuiali indutus, Diaconum habens à sinistris, omnes cum candelis accensis. Vel quod magis decet vbi sufficiens ministrorū numerus adest, alio Subdiacono parato deferente crucem, Diaconus, & Subdiaconus ministrantes, planetis plicatis induti, hinc inde celebranti assistēt, & per angustiorem locum trāseuntes, primo ministri, & inter ipsos Subdiaconus, deinde Diaconus, vltimo verò celebrans semper procedet.

3 Vbi est congregatio Oratorij, sodales congregationis ante nostros clericos bini candelas in manibus gestantes procedunt.

4 In principio processionis ab assignatis cantoribus inchoantur Antiphonæ, quas Chorus prosequitur ordine in proprio loco Processionum præscripto.

5 Dum Processio ingreditur Ecclesiam, vel cum redit, Cantores inchoant Responsorium, *Obtulerunt*, *&c.* & Chorus prosequitur, Versus verò dicuntur à cantoribus, Choro respondente.

6 Post Processionem remouetur mensa in qua fuerant candelæ, & si celebranda sit missa de festo, amotis paramentis violaceis, alba remaneāt in altari; celebrans verò, & ministri, in chorum redeuntes, deponunt paramenta violacea, & alba quilibet sui ordinis accipit.

7 Si Festum Purificationis occurrat in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, vel Quinquagesimæ paramenta altaris non mutantur. Celebrans verò in choro deposito pluuiali, accipit planetam, & ministri depositis planetis plicatis, ministra-

turi

tur in Missa, quæ est de Dominica, accipiunt Dalmaticam, & tunicellam, coloris tamen violacei, & tunc procedunt ad missam, quæ in isto casu non à Prælato, sed ab hebdomadario cantabitur.

8 Eodem modo si hac die occurrat Festum sollemne, alicuius loci Patroni, vel Titulares, missa erit de Patrono, vel Titulari imediatè post Processionem cum paramentis conuenientibus.

Cærem. epifc.l.2. c.16.

9 In ecclesijs Beatæ Virgini dicatis, & si Festum occurrat in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, vel Quinquagesimæ, in quibus iuxta rubricas officium fieri debet de Dominica, de qua, & missæ pariter celebrari debent; In huiusmodi tamen ecclesijs, missa sollemnis cantabitur de Festo in paramentis albis cum commemoratione Dominicæ cuius etiam Euangelium dicetur in fine missæ.

10 Post processionem cādelæ extinguuntur, & si missa sollemnis erit de Festo tenentur accensæ dum legitur Euangelium, & iterum ad eleuationem Sacramenti vsq; ad communionem.

11 Et si festū Purificationis transferatur, semper tamē Processio hæc ipsa die sollemniter fit.

12 Si officium terminetur ad Vesperas, in fine dicetur Antiphona, *Alma, &c.* post Completorium verò dicetur, *Aue Regina cælorum*, & si officium Purificationis transferatur.

De Sancto Blasio Martire. Cap. X.

1 Die tertia Februarij officium sācti Blasij martyris est simplex in paramentis rubeis; Dicuntur Vesperæ cum Nocturno, & Laudibus defunctorum; ad Laudes, & Vesperas fiunt suffragia consueta, in missa secunda Oratio, *Fidelium*, tertia verò, *A cunctis, &c.* Quod si festum sancti Ignatij occurrat die Dominica, in hanc diem transferri debet, similiter, vbi celebrata fuit illa die, octaua Conuersionis sancti Pauli, & tunc officium erit de S. Ignatio semiduplici ritū cum cōmemoratione S. Blasij; & in missa tertia, Oratio, *A cunctis*, officium verò defunctorum dicetur sequenti die.

De sancta Agatha virgine, & martyre.

2 Officiū huius diei iuxta Breuiarij, ac Missalis rubricas semiduplici ritu recitatur, habetq; proprias, atq; antiquissimas Antiphonas, & Responsoria, Lectiones quoque primi Nocturni non sunt de scriptura currenti, sed propriæ, *Confitebor, &c.* quod indicium præcipuæ sollemnitatis est, color rubeus; in secundis Vesperis fit commemoratio sanctæ Dorotheæ.

De S. Romualdo Abbate.

3 Die septima Februarii ex institutione Clemētis Octaui fel. memoriæ celebratur festū sancti Romualdi Abbatis. Pridie eius diei in Martyrologio ad Primam, legatur *Sancti Romualdi Abbatis, fundatoris Ordinis Camaldulensis.* In emendatione noui Breuiarii semiduplici ritu ordinatur, ne Dominicæ, *Si forte eo die occurrat*, officium impediatur, ac propterea sancti Francisci de Paula, sancti Antonii cōfessoris, & sancti Petri martyris, & nonnul-

lorum

lorum aliorum Sanctorum duplicia officia, semiduplicia ordinauit.

De cathedra S. Petri Antiochia.

4 Hoc festum celebratur die 22. Februarii eodem modo quo supra dictum est de cathedra Romæ, est enim duplex maius.

Si hoc festum venerit in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, vel Quinquagesimæ transfertur in proximè sequentem feriam secundam quæ erit dies vigesimatertia.

De sancto Matthia Apostolo.

5 Festum sancti Matthiæ est secundæ classis, ac propterea sollemniter celebratur; si ante Quadragesimam occurrat, tunc die vigesimatertia officium erit de vigilia, prout in Breuiario, & Missa de Vigilia ex communi Apostolorum, si autē occurrat in Quadragesima, nihil de Vigilia, nisi in missa, in qua eius cōmemoratio fieri debet. Rub. gene. miss. III. 5.

6 Quando die Dominica occurrit, in proximam sequentem secundam feriā transferatur, & tunc tantum primæ vesperæ sollemniter celebrabūtur, reliquum verò officium quoad ordinationem erit secundæ classis, non tamen quoad sollemnitatem, non enim dicetur missa sollemnis, nec ad Vesperas thurificabitur altare.

De Festis mensis Martij. Cap. XI.

De Sancto Thoma Aquinate.

1 HOc festum quod die septima Martii occurrit in Regno Neapolitano sollemniter, ac si esset festum Apostolorum celebratur; In ciuitate verò Neapolitana, in qua vt Patronus præcipuus colitur officium erit duplex primæ classis, & vt dictū est de festis primæ classis tertii ordinis sollemniter celebrabitur. In reliquis verò locis duplici ritu celebrabitur, sine missa sollemni, altare tamē prout in festis Doctorum decenter ornabitur cum flosculis.

De Festo S. Gregorij Papæ.

2 Hac die non dicitur missa sollemnis cum non sit festum de præcepto, altare tamen cum flosculis decenter ornabitur.

De Sancto Ioseph.

3 Ob specialem venerationem B. Virginis cui Ioseph fuit despōsatus, eius dies festus sollemniter celebrabitur in paramentis albis, altare decenter ornabitur, ac missa sollemnis celebrabitur, & ad Vesperas thurificabitur altare.

De Festo Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis.

4 Inter festa secundæ classis hoc est præcipuum, ratione mysterii, & ob singularem erga Beatam Virginem venerationem illud ac si esset festum primæ classis, Tertii tamen ordinis celebrare cōsueuimus, quapropter Vicarius, vel aliquis ex senioribus celebrabit. Ad vesperas, & missam sollemnem cerei supra parietes accenduntur, & reliqua omnia prout in festis primę classis Tertii ordinis fiunt.

5 Si per id tempus, quod est à Dominica Palmarum vsq; ad Domini-

11 Die octaua officiũ est duplex, omniaque dicuntur sicut in die, exceptis oratione,& Lectionibus,& in missa variantur,orationes, & Euangelium, quod si hac die occurrat aliquod festum maius, puta Patroni, Titularis, vel Dedicationis ecclesiæ, transfertur in sequentem diem.

Rub.gen. breu.x.2.

12 Eo anno quo festum Epiphaniæ occurrit die Dominica, & Sabbatho iusta rubricas celebratur officium Dominicæ, si in aliqua particulari Ecclesia Sabbatho,quæ erit dies duodecima Ianuarii, occurrat festũ Patroni,seu Titularis, vel Dedicationis Ecclesiæ, officium iuxta rubr. gen. eo die fieri debet de Patrono,Titulari, vel Dedicatione, & cum iuxta rubricam particularem occurrat officium Dominicæ,debet in vtrisq; Vesperis,& Laudibus,atque etiam in missa fieri commemoratio Dominicę prius, deinde etiam octauæ, & in matutino nona Lectio erit de homilia Dominicæ, cuius etiam Euangelium legi debet in fine missæ.

13 Quando festum Epiphaniæ occurrat die Dominica semper iuxta rubricas officium Dominicæ celebrandum est Sabbatho, etiam vbi talis Dñica sollemniter, ac vt titularis celebratur,cum iuxta rubricam festũ patroni occurrens in die octaua Epiphaniæ transferri debeat, ac propterea etiam in ecclesia sanctæ Mariæ da Sapiẽtia,vbi ista dies Dominica est titularis, isto casu officiũ erit de octaua, ac missæ omnes: poterit tamen iuxta rubricas Missalis, ratione tituli, cãtari missa sollemnis de Dominica in eo tantum loco vbi est festiua, & titularis.

Rub.gen. breu.X.2

Rub.gen.miss. VI.

De Dominicis post Epiphaniam.

14 Post Epiphaniam, sex Dominicæ iuxta Romanos ritus assignantur, quæ vna cum viginti quatuor post Pentecosten assignatas tricenarium numerum implent, nec vlla ex his vacare debet;si enim inter Epiphaniam,& Septuagesimam sex assignatæ Dominicæ celebrari non possunt,quæ supersunt post Epiphaniam ante Septuagesimam, ponuntur post vigesimumtertium à Pentecoste, ordine in Breuiario, & in Missali assignato. Et cum interdum contingat, vt aliqua ex Dominicis post Epiphaniam assignatis,non possit poni post vigesimumtertium à Pentecoste, tunc de ea fiat officium Sabbatho ante Dominicã Septuagesimæ, vel alia præcedenti feria, quomodo autem post vigesimam tertiam à Pentecoste celebrari debeat,infra suo loco dicetur.

Rub.gene. Breu. IV.3. &4

Rub.vbi sup.nu.5

15 Quando Dominica Septuagesimæ venit Dominica immediatè post octauam Epiphaniæ, tunc primo Sabbatho post octauam non impedito festo nouem Lectionũ, alioquin prima die post octauam fit officium de feria,in qua ponuntur Responsoria primi Nocturni Dominicæ secũdæ post Epiphaniam,& tres Lectiones legũtur de homilia eiusdem Dominicæ cum eius Antiphona ad *Benedictus*,& oratione; Missa erit de Dominica in qua secunda oratio erit, *Deus qui salutis*, *&c.* Tertia verò *Ecclesiæ*, vel pro Papa, sine *Gloria*, & *Credo*, & si occurrat festum simplex,secunda oratio erit de sancto, tertia *Deus qui salutis*, *&c.* Quod si Sabbathũ (vt diximus) fuerit impeditum festo semiduplici, tunc prima die post octauam Epiphaniæ in qua non sit festum duplex officium,& missa erunt de Dominica sicut dictum est.

16 In his Dominicis ab octaua

Epiphaniæ, vſq; ad Purificationem ſecunda oratio erit ſemper *Deus qui ſalutis, &c.* tertia *Eccleſiæ*, vel pro Papa; deinceps verò, ſecũda, *A cunctis*, tertia *Ad libitum*. color autem paramẽtorum Eccleſiæ, & miniſtrorum in officio de tempore ſemper erit viridis.

Rub. gen. Br. XXVI 8. 17 Lectionum de Epiſtolis Beati Pauli, quę per hebdomadas ſex poſt Epiphaniam ſunt diſtributæ, quando adueniente Septuageſima, contingit diminui numerum hebdomadarum, quod ſupereſt eo anno omittitur, quamvis nihil de aliquibus earum ſit lectum, habentur enim ac ſi vnus eſſet liber, cum ab eodẽ omnes, auctore, ſint editæ.

De Feſtis Sanctorum poſt Epiphaniam menſe Ianuarij occurrentib. Cap. VII.

De Feſto S. Hilarij Epiſcopi.

1 EXpletis Octauis, terminatur tempus Natiuitatis, & incipit tempus quod dicitur poſt Epiphaniam. In officio niſi ſit feſtum duplex, ad Primam, & Completorium dicuntur præces feriales; ad Laudes, & Veſperas dicuntur ſuffragia Sanctorum, & pro commemoratione Beatæ Virginis, dicitur ℣. *Poſt partum*, cum oratione, *Deus qui ſalutis æterna, &c.* vſq; ad Purificationem. Ad Primam dicitur ℣. *Qui ſedes ad dexteram Dei Patris*. color viridis.

2 Feſtum ſancti Hilarij, fuit die tertia Ianuarii, & trãsfertur in diem decimumquartum propter octauam Epiphaniæ, celebratur ſemiduplici ritu, cum commemoratione ſancti Felicis Præsbiteris, & martyris. In miſſa ſecunda oratio de ſancto, tertia, *Deus qui ſalutis, &c.* & non dicitur *Credo.* color albus.

3 Si occurrat die dominico, transfertur in primam diem non impeditam, commemoratio tamen ſancti Felicis fit eodem die dominico, & nona Lectio erit de Sancto.

De ſancto Paulo Primo Eremita.

4 Die 15. celebratur feſtum ſancti Pauli Primi Eremitæ, quod fuit die 10. Ianuarii, tranſlatum verò in hanc diem, propter Octauam Epiphaniæ, & celebratur ſemiduplici ritu, eodem modo quo dictum eſt de Feſto ſancti Hilarii, ac pariter, vt illud ſi in die Dominico occurrat, transfertur: in primis Veſperis pro commemoratione ſancti Mauri dicitur Antiphona, cum Verſu de Laudibus. In ſecundis Veſp. à Cap. de ſancto Marcello, color rubeus.

De S. Marcello Papa, & Mart.

5 Die 16. celebratur feſtum ſancti Marcelli Papæ, & martyris, pariter ſemiduplici ritu, in miſſa verò ſecunda oratio, *Deus qui ſalutis*, &c. tertia *Eccleſiæ*, vel pro Papa, color rubeus. Veſperæ de ſancto Antonio, cum commemoratio S. Marcelli. color albus.

De Feſto Sancti Antonij Abbatis.

6 Die 17. Ianuarii celebratur feſtum ſancti Antonii Abbatis duplici ritu, & vbi ex præcepto ſeruatur iuxta conſtitutiones celebratur miſſa ſollemnis eſt autem celebris hæc dies tam apud Græcos, quam

cum *Gloria*, & *Credo*; & prima die non impedita fiat officium de sancto Fabiano de communi vnius martyris Pontificis, oratio *Infirmitatē, &c.* Lectio quarta, vt in die: quinta, & sexta de communi. Missa de communi, *Statuit, &c.*

De Sancta Agnete.

12 Die 21. fit officium S. Agneris duplex, color rubeus, non tamen cātatur missa, nisi venerit in Dominica. In secundis Vesperis commemoratio sanctorum Vincentii, & Anastasij. color rubeus.

De Sanctis Vincentio, & Anastasio.

13 In propria ecclesia S. Vincentij, officium est duplex primę classis, omnia ex communi vnius martyris, exceptis oratione quę dicitur in numero singulari, & Lectionibus secūdi Nocturni, videlicet quarta, & quinta, nam sexta erit pariter de cōmuni. Missa verò de communi cū *Gloria*, & *Credo*; & in secundis Vesperis fit commemoratio S. Anastasij tātū. In sequenti verò die celebratur officium S. Anastasij, semiduplici ritu ex cōmuni vnius martyris, Lectiones secundi, & tertij Nocturni de cōmuni vnius martyris, excepta quarta, quæ erit, *Anastasius, &c.* Sexto loco assignata in die, & nona quæ erit de sancta Emerentiana, cuius fit commemoratio in Laudibus, & missa, quæ pariter erit de communi vnius martyris. Tertia oratio, *Deus qui salutis, &c.* Quod si in ecclesia ex consuetudine fit octaua, non dicuntur suffragia, ad Laudes, & Vesperas, nec præces ad Primā, & Cōpletorium, sed tātum fit commemoratio S. Vincentij, & sanctæ Emerentianæ, in missa verò secunda oratio erit de sancto Vincentio, tertia de sancta Emerentiana, & dicitur *Credo*.

De sancto Timotheo.

14 Die 24. Ianuarij festum sancti Timothei, celeberrimi Apostoli Pauli discipuli, semiduplici ritu celebratur, dñr suffragia, & in missa secunda oratio, *Deus qui salutis*, tertia *Ecclesia*, vel pro Papa, non dicitur *Credo*, color rubeus. Vesperæ de Cōuersione sancti Pauli, cum commemoratione sancti Petri, & sancti Timothei. color albus.

De Festo Conuersionis S. Pauli Apostoli.

15 Conuersio sancti Pauli Apostoli die 25. ex antiquissima ecclesiæ traditione celebratur, & iuxta rubricas missalis emendati, est duplex maius; non cantantur missa nisi venerit in Dominica, altare tamen decentius ornatur cum flosculis, & accenduntur lampades, in Officio, & Missa, fit commemoratio sancti Petri, & dicitur Pręfatio de Apostolis. In secūdis Vesperis Antiphona, *Ego plantaui*, cum Psalmis de communi Apostolorum commemoratio sancti Petri, & S. Policarpi martyris.

16 In nostra ecclesia S. Pauli maioris, ex voto à Neapolitanis in memoriam Apostoli Pauli constructa, ob insignem victoriam hac ipsa die de Saracenis partam Anno Domini 798. in locum vbi hostes fuerāt fugati, qui dicebatur Palatium Imperatoris, & vbi Castor, & Pollux gentium Idola, olim colebantur, aduenienteq; Apostolo Petro, post Christi Dñi Ascensionē, fuerūt prostrata.

Hæc dies est sollemnis, officiumque propterea est primæ classis, ac per totam Octauam ex consuetudine celebratur.

17 In primis igitur Vesperis in ea ecclesia nulla fit cõmemoratio sancti Timothei, sed tantum S. Petri, sequentibus verò diebus, semper fit commemoratio Conuersionis, & sancti Petri, & si officium fit semiduplex non dicuntur suffragia Sanctorum ad Laudes, & Vesperas, nec preces ad Primam, & Completoriũ; in missa verò semper dicitur *Credo*, & *Præfatio de Apostolis*.

18 Officium infra Octauam est sicut in die, exceptis Lectionibus, quę in primo Nocturno erunt de scriptura occurrenti, in secundo verò, ex illius ecclesiæ cõsuetudine, legantur, primo sermo sancti Augustini, qui incipit, *Apostolus Paulus, &c.* & habetur in die commemorationis eiusdem die 30. Iunij 2. sermo sancti Ioannis Chrisostomi, qui incipit, *Cum Paulus*, & habetur die sexta infra octauam Apostolorum Petri, & Pauli. Tertio sermo sancti Augustini super Psal. 118. qui incipit, *Fundamẽta, &c.* & habetur in communi Apostolorum. Quarto sermo sancti Gregorii Papæ *Scriptum est*, ex eodem communi. In tertio verò Nocturno pro homilia ad Euangelium alternatim leguntur, primò homilia ex Beda quæ incipit, *Duo sunt ordines*, & habetur sexta die infra Oct. Apostolorum Petri, & Pauli. Secundo ex sancto Hieronymo, quæ incipit *Grãdis fiducia*, & habetur in communi Apostolorum.

19 In Dominica infra octauã officium fit de Dominica cum cõmemoratione sancti Pauli, & sancti Petri, sine precibus, & suffragiis, & color albus; & si Dominica fit Septuagesimæ color paramentorũ erit violaceus, nec in missa dicetur *Gloria*, sed *Præfatio*, semp erit de Apostolis.

20 In die autem octaua omnia sicut in die, exceptis Lectionibus primi Nocturni, quæ dicũtur de script. currenti, & festum S. Ignatii ea die occurrens transfertur in primam diem non impeditam. Quod si dicta dies octauæ venerit in Dominica Septuagesimæ, Sexagesimæ, vel Quinquagesimæ, de ea fit tm̃ commemoratio in officio, & missis, quæ celebrantur in paramẽtis violaceis. Secundæ Vesperæ de Purificatione cum commemoratione sancti Pauli, & sancti Petri.

De sancto Polycarpo.

In secundis Vesperis diei Cõuersionis S. Pauli, fit commemoratio S. Polycarpi episcopi, & martyris discipuli S. Ioãnis Apostoli, eius dies festus semiduplici ritu celebratur. In missa secunda oratio, *Deus qui salutis, &c.* Tertia *Ecclesiæ*, vel pro Papa; post communio nõ erit, *Hæc nos &c.* ne concurrat cum postcommunionẽ B. Virginis, sed pro sancto dicetur, *Refecti participatione, &c.* color rubeus. Secundas non habet Vesperas, nã ad Vesperas officium est de sancto Ioanne Chrisostomo duplex, cum commemoratione S. Polycarpi, in paramentis albis.

De festo S. Ioannis Chrysostomi.

22 Celebrat ecclesia Romana festum S. Io. Chrisostomi duplici ritu hac die. Ad Magnificat in vtrisq; vesperis dicitur aña, *O Doctor optime, &c. B. Io. Chrysostome, &c.* Octauũ Rñsorium ad matutinum. *In medio ecclesiæ immissis*, dicitur *Credo*, nõ tñ

can ta-

cantatur missa, nisi venerit in Dominica in secūdis Vesperis fit commemoratio sanctæ Agnetis secūdo.

De sancta Agneta Secundo.

23 Hac die quæ est 28. Ianuarii, & octaua Natalis sanctæ Agnetis, eius apparitionis festum, simplici ritu celebratur.

De Festis Mense Februarij occurrentibus. Cap. VIII.

De Sancto Ignatio.

1 Die prima celebratur festum sācti Ignatii semiduplici ritu, color rubeus; ad Laudes fiunt cōmemorationes consuetæ. In missa secūda oratio, *Deus qui salutis, &c.* tertia ecclesiæ. Ad Vesperas nulla fit commemoratio de Sancto.

De Festo Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.

2 Hoc festum iuxta Rubricas Breuiarij est secundæ classis, & tali ritu officium celebrari debet, quo ad occurrentiam, & concurrentiam: tamen quoad ornatum ecclesiæ, & sollemnitatem celebrari debet, ac si esset festum primæ classis tertij tamen ordinis ob reuerentiam Beatæ semper Virginis Mariæ, quā præcipuè colimus, maximè ex vetustissima ecclesiæ consuetudine, vt notat Durandus, in quatuor eius sollemnitatibus, Natiuitatis videlicet, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis, quæ non sine mysterio quatuor anni temporibus occurrunt, & sicut Annuntiationis communis est matri cum filio, ita & ista, ac propterea maiorem requirit cultum.

3 Si Præpositus fuerit impeditus, officium, & missa ab aliquo ex senioribus in hac die celebrari poterit; Benedictio tamen sollemnis cum distributione candelarum, & processione fiat à Præposito, postquam senior poterit celebrare missam.

De benedictione, & distributione candelarum.

4 Pro benedictione candelarum, & processione, parentur in Sacristia præter paramēta celebrantis, & Ministrorum, quæ violacea esse debēt, quemadmodum, & palliolum super imponendum altari, dum fit benedictio, ac processio, Crux processionalis, thuribulum, cum nauiculam; vas aquæ benedictæ, cū aspersorio, liber processionum, paramenta item alba pro missa cantanda, si de festo cantari debet. Quod si in Dominica Septuagesimæ, Sexagesimæ, vel Quinquagesimæ occurrat, & Ecclesia non sit Beatæ Virgini dedicata, missa cantanda erit de Dominica, ac pro ministris parentur dalmatica, & tunicella, violacea tamen. In altari verò à latere epistolæ paretur mensa, seu credentia mappa linea cooperta supra quam ponuntur per Sacristam candelæ benedictæ; desuperque extendatur mappa, seu velum quo cooperiantur, donec tempus benedictionis aduenerit.

5 Tertia dū sollemniter cantabitur paramenta erunt alba, si officium de quo celebratur sit de festo, quod si sit Dñica Septuagesimæ, &c. erunt violacea; quod & respectiuè seruari

debet, si in aliqua particulari Ecclesia, ratione patroni, seu titularis occurrentis, officium Purificationis transferri debeat, nam tunc paramenta in officio, & missa erunt conuenientia officio quod celebratur, semper tamen in processione, & benedictione, erunt violacea, & quocunque festo occurrente nunquam benedictio, & processio transferuntur.

6 Dum dicitur Tertia, cerei in altari accendũtur, acolythi suprà credentiam disponunt omnia pro benedictione facienda, & circa finem tertiæ cooperiunt altare pallio violaceo, & supra altare à latere epistolæ librum apertũ cum puluino violaceo accomodant.

7 Finita Tertia, & dato vltimo signo, celebrans cum ministris procedit ad benedictionem candelarum eodẽ modo, quo ad missam sollemnem induti paramentis violaceis; Sacerdos quidem pluuiali, ministri verò planetis plicatis; acolythi qui alios præcedunt, deferunt, alter quidem thuribulum cum nauicula, alter verò vas aquæ benedictæ cum asperforio, post quos sequuntur ceroferarij cum candelabris accẽsis, deinde ministri ordine suo, vltimo celebrans.

8 Si sit dies dominicus, thuriferarius non defert thuribulum, sed tantum vas aquæ benedictæ, cum ante benedictionem immediatè fieri debeat aspersio aquæ benedictæ more solito.

9 Statim ac celebrans peruenerit ante gradus altaris, facta ibi genuflexione, vel si sit dies Dominicus, facta aspersione, ac dicta oratione, *Exaudi nos Domine, &c.* ascendit ad altare, quo in medio osculato, factaq; cruci profunda inclinatione, ad cornu epistolæ accedit, ac stantibus ministris retro vno post alium, incipit competenti voce in tono feriali benedictionem dicens, *Dominus vobiscum, &c.* cum orationibus prout in missali, interim stans manibus iunctis. Cærem. episc.

10 Finitis orationibus ministrante nauiculam Diacono, celebrans imponit incẽsum in thuribulum, ac benedicit more solito, deinde accepto asperforio de manu eiusdem Diaconi aspergit, in medio, à dextris, & à sinistris ter ipsas candelas dicens, *Asperges me Domine, &c.* sine Psal. & sine cantu, & ab eodem capiens thuribulum simili modo illas thurificat.

11 Facta benedictione, Vicarius, vel senior in choro, stola violacea indutus cãdelã benedictã accensam cũ osculis celebrãti porrigit, quã celebrans accipit, non genuflectens, nec manum illius osculans, poterit tamen illam tradere tenendam acolytho, donec fiat distributio.

12 Diaconus, & Subdiaconus assistunt, fimbrias pluuialis celebrantis, hinc, inde eleuatas tenẽtes, acolythi verò candelas accensas continuè porrigunt; Celebrans porrigit candelas, primo digniori à quo ipse accepit, deinde ministris paratis, mox alijs clericis per ordinem, omnibus genuflectentibus, ac candelam, manumq; osculantibus celebrantis, interim in Choro cantatur Antiphona, *Lumen, &c.*

13 Si adsint Prælati, non genuflectunt, nec manum celebrantis osculantur, quibus, si non accedunt ad altare, per aliquem Sacerdotem cũ osculis, & debitis inclinationibus, candela tradi potest.

14 Vbi ex laudabili consuetudine, Populo candelæ distribuuntur

Sacer-

Sacerdotes superpelliceis induti, mi nistrātibus acolythis superpelliceis indutis, illas, viris ex vna parte, alij verò ex altera mulieribus distribuēt.

De processione candelarum.

Cap. IX.

1 Circa finem distributionis cādelarum parentur omnia pro Processione, celebrans verò finita distributione, in altari lauat manus, & cantores in Choro cantant Antiphonam, *Exurge Deus*, *&c.* qua dicta celebrans ad altare conuersus, astantibus retro post eum ministris, dicit, *Oremus*, & si sit tempus infra Septuagesimam, & non in die Dominico, Diaconus dicit, *Flectamus genua*, & eo primum genuflectente, omnes genuflectunt; Subdiaconus verò primus omnium surgens dicit, *Leuate*, & tūc omnes surgunt, & celebrans cantat orationem, *Exaudi*, *&c.* cum sua conclusione.

2 Deinde accedente thuriferario cum thuribulo, ministrante Diacono, imponitur, ac benedicitur incensum more solito. Subdiaconus verò accipit crucem, & accedentibus ceroferarijs cum candelabris accensis, stat medius inter illos, & Diaconus cōuertens se ad Populum dicit, *Procedamus in pace*, & Chorus respondet, *In nomine Christi amen*, Ordinatur Processio, in qua præcedit thuriferarius cum thuribulo fumigāte, sequuntur duo acolythi cum cādelabris, & cereis accensis, mediū habentes Subdiaconum, qui paratus planeta plicata ante pectus, defert crucem, post crucē alij de clero per ordinem bini superpelliceis induti, candelasq; accensas in manibus gestantes, illi quidem qui à dextris, dextera, qui vero à sinistris, sinistra, vltimus omnium procedit celebrans pluuiali indutus, Diaconum habens à sinistris, omnes cum candelis accensis. Vel quod magis decet vbi sufficiens ministrorū numerus adest, alio Subdiacono parato deferente crucem, Diaconus, & Subdiaconus ministrantes, planetis plicatis induti, hinc inde celebranti assistēt, & per angustiorem locum trāseuntes, primo ministri, & inter ipsos Subdiaconus, deinde Diaconus, vltimo verò celebrans semper procedet.

3 Vbi est congregatio Oratorij, sodales congregationis ante nostros clericos bini candelas in manibus gestantes procedunt.

4 In principio processionis ab assignatis cantoribus inchoantur Antiphonæ, quas Chorus prosequitur ordine in proprio loco Processionum præscripto.

5 Dum Processio ingreditur Ecclesiam, vel cum redit, Cantores inchoant Responsorium, *Obtulerunt*, *&c.* & Chorus prosequitur, Versus verò dicuntur à cantoribus, Choro respondente.

6 Post Processionem remouetur mensa in qua fuerant candelæ, & si celebranda sit missa de festo, amotis paramentis violaceis, alba remaneāt in altari; celebrans verò, & ministri, in chorum redeuntes, deponunt paramenta violacea, & alba quilibet sui ordinis accipit.

7 Si Festum Purificationis occurrat in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, vel Quinquagesimæ paramenta altaris non mutantur. Celebrans verò in choro deposito pluuiali, accipit planetam, & ministri depositis planetis plicatis, ministra-

tur in Missa, quæ est de Dominica, accipiunt Dalmaticam, & tunicellam, coloris tamen violacei, & tunc procedunt ad missam, quæ in isto casu non à Prælato, sed ab hebdomadario cantabitur.

8 Eodem modo si hac die occurrat Festum sollemne, alicuius loci Patroni, vel Titulares, missa erit de Patrono, vel Titulari imediatè post Processionem cum paramentis conuenientibus.

Cærem. episc. l. 2. c. 16.

9 In ecclesijs Beatæ Virgini dicatis, & si Festum occurrat in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, vel Quinquagesimæ, in quibus iuxta rubricas officium fieri debet de Dominica, de qua, & missæ pariter celebrari debent; In huiusmodi tamen ecclesijs, missa sollemnis cantabitur de Festo in paramentis albis cum commemoratione Dominicæ cuius etiam Euangelium dicetur in fine missæ.

10 Post processionem cādelæ extinguuntur, & si missa sollemnis erit de Festo tenentur accensæ dum legitur Euangelium, & iterum ad eleuationem Sacramenti vsq; ad communionem.

11 Et si festū Purificationis transferatur, semper tamē Processio hæc ipsa die sollemniter fit.

12 Si officium terminetur ad Vesperas, in fine dicetur Antiphona, *Alma, &c.* post Completorium verò dicetur, *Aue Regina cælorum*, & si officium Purificationis transferatur.

De Sancto Blasio Martire. Cap. X.

1 Die tertia Februarij officium sācti Blasij martyris est simplex in paramentis rubeis; Dicuntur Vesperæ cum Nocturno, & Laudibus defunctorum; ad Laudes, & Vesperas fiunt suffragia consueta, in missa secunda Oratio, *Fidelium*, tertia verò, *A cunctis, &c.* Quod si festum sancti Ignatij occurrat die Dominica, in hanc diem transferri debet, similiter, vbi celebrata fuit illa die, octaua Conuersionis sancti Pauli, & tunc officium erit de S. Ignatio semiduplici ritu, cum cōmemoratione S. Blasij, & in missa tertia, Oratio, *A cunctis*, officium verò defunctorum dicetur sequenti die.

De sancta Agatha virgine, & martyre.

2 Officiū huius diei iuxta Breuiarij, ac Missalis rubricas semiduplici ritu recitatur, habetq; proprias, atq; antiquissimas Antiphonas, & Responsoria, Lectiones quoque primi Nocturni non sunt de scriptura currenti, sed propriæ, *Confitebor, &c.* quod indicium præcipuæ sollemnitatis est, color rubeus; in secundis Vesperis fit commemoratio sanctæ Dorotheæ.

De S. Romualdo Abbate.

3 Die septima Februarii ex institutione Clemētis Octaui fel. memoriæ celebratur festū sancti Romualdi Abbatis. Pridie eius diei in Martyrologio ad Primam, legatur *Sancti Romualdi Abbatis, fundatoris Ordinis Camaldulensis.* In emendatione noui Breuiarii semiduplici ritu ordinatur, ne Dominicæ, *Si forte eo die occurrat*, officium impediatur, ac propterea sancti Francisci de Paula, sancti Antonii cōfessoris, & sancti Petri martyris, & nonnul

lorum

lorum aliorum Sanctorum duplicia officia, semiduplicia ordinauit.

De cathedra S. Petri Antiochiæ.

4 Hoc festum celebratur die 22. Februarii eodem modo quo supra dictum est de cathedra Romæ, est enim duplex maius.

Si hoc festum venerit in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, vel Quinquagesimæ transfertur in proximè sequentem feriam secundam quæ erit dies vigesimatertia.

De sancto Matthia Apostolo.

5 Festum sancti Matthiæ est secundæ classis, ac propterea sollemniter celebratur; si ante Quadragesimam occurrat, tunc die vigesimatertia officium erit de vigilia, prout in Breuiario, & Missa de Vigilia ex communi Apostolorum, si autẽ occurrat in Quadragesima, nihil de Vigilia, nisi in missa, in qua eius cõmemoratio fieri debet. Rub. gene. miss. III. 5.

6 Quando die Dominica occurrit, in proximam sequentem secundam feriã transferatur, & tunc tantum primæ vesperæ sollemniter celebrabũtur, reliquum verò officium quoad ordinationem erit secundæ classis, non tamen quoad sollemnitatem, non enim dicetur missa sollemnis, nec ad Vesperas thurificabitur altare.

De Festis mensis Martij. Cap. XI.

De Sancto Thoma Aquinate.

1 HOc festum quod die septima Martii occurrit in Regno Neapolitano sollemniter, ac si esset festum Apostolorum celebratur; In ciuitate verò Neapolitana, in qua vt Patronus præcipuus colitur officium erit duplex primæ classis, & vt dictũ est de festis primæ classis tertii ordinis sollemniter celebrabitur. In reliquis verò locis duplici ritu celebrabitur, sine missa sollemni, altare tamẽ prout in festis Doctorum decenter ornabitur cum flosculis.

De Festo S. Gregorij Papæ.

2 Hic die non dicitur missa sollemnis cum non sit festum de præcepto, altare tamen cum flosculis decenter ornabitur.

De Sancto Ioseph.

3 Ob spetialem venerationem B. Virginis cui Ioseph fuit despõsatus, eius dies festus sollemniter celebrabitur in paramentis albis, altare decenter ornabitur, ac missa sollemnis celebrabitur, & ad Vesperas thurificabitur altare.

De Festo Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis.

4 Inter festa secundæ clasis hoc est præcipuum, ratione mysterii, & ob singularem erga Beatam Virginem venerationem illud ac si esset festum primæ clasis, Tertii tamen ordinis celebrare cõsueuimus, quapropter Vicarius, vel aliquis ex senioribus celebrabit. Ad vesperas, & missam sollemnem cerei supra parietes accenduntur, & reliqua omnia prout in festis primę clasis Tertii ordinis fiunt.

5 Si per id tempus, quod est à Dominica Palmarum vsq; ad Domini-

7 De festo Simplici occurrente in aliqua Dominica à Septuagesima vsque ad Pascham, fit quidem de eo commemoratio, non tamen Nona Lectio erit de sancto, sed eo anno omittitur.

Rub gene. Breu. XXXVI 3

8 In missis sanctorum tam votiuis, quam festiuis, toto hoc tempore à Septuagesima vsque ad Pascha post epistolam, & graduale omittitur *alleluia*, cum suo versu, & dicitur *Tractus*, quod si nō habeatur proprius, sumi debet de communi.

De tempore Quadragesimæ. Cap. XIV.

1 QVadragesimalis ieiunij initiū feria quarta post Dñicā Quinquagesimæ sumi debere antiquissima ecclesiæ traditio habet, vt euidenter à Sacramētarijs, & Gradualibus Gregorianis colligit Micrologus, quamuis enim ex prima institutione à Dominica post Quinquagesimam incipiebat, ac feria quinta in cœna Domini terminabatur; postea tamē ad supplendum numerum plenum quadraginta dierum ieiunii, quia in Dominicis diebus, vt Melchiades Papa constituit, non ieiunatur, factum est, vt ieiunii initiū esset feria quarta ante primam Dominicā Quadragesimæ, quibus diebus duobus aliis post cœnam Dominicam immediatè sequentibus ritè peradditis Quadraginta dierum ieiunium integrum ante Pascha habemus, nec hoc recētioribus, vt nōnulli arbitrātur, verum & antiquioribus tribuendum ex Sacramētario, & Gradualibus sancti Gregorii Papæ ex quibus Quadragesimalia officia prædictæ feriæ quartæ assignātur manifestè colligitur.

Microlog. lib. de eccles. obseru. cap. 49.

2 Feria tertia igitur ante diem cinerum in Martyrologio ad primam legitur primo loco post Kalendas. *Dies cinerum, & initium ieiunij sacratissimæ Quadragesimæ.*

De officio feriæ Quartæ cinerum.

3 Hæc dies iuxta Breuiarii, ac missalis rubricas priuilegio gaudet, nā quolibet festo, etiam ex maioribus, occurrente, officium, & missa erunt de feria; propterea altare ornetur paramentis violaceis pretiosioribus sicut in Dominicis diebus Quadragesimæ, præparentur etiam pro cineribus benedicendis vascula argētea, vel chrystallina cineribus mundis ex ramis oliuarum anni elapsi benedictis, & nouiter combustis: parentur etiam pro celebrante paramēta violacea, ac pro ministris planetæ plicatæ; vas item aquæ benedictæ cum aspersorio, & thuribulum cum nauicula.

Rub. par. breu. & miss.

4 Hora congrua cātantur in choro horæ diurnæ omnes simul etiam Nona, quod semper in ferijs Quadragesimæ, & diebus ieiuniorū seruatur, & interim dum dicitur Nona ministri in sacristia paramenta accipiunt, atque planetis plicatis se induunt; Præpositus verò induitur pluuiali violaceo sine manipulo, in altari verò acolythi disponunt omnia, vas scilicet cinerum, quod super altare in cornu epistolæ collocari debet, missale super puluinum pro benedictione facienda ex eodem latere apertum, supra credentiam verò ea omnia quę pro missę sollemnis celebratione requiruntur, more solito, addito etiam vase pro manuum ablutione post cinerum distributionem facienda, pro qua etiam in alio vase sit mica panis; & circa finem

Rub. gen. miss. XV. 3

Nonæ tandem supra altare accenduntur sex cerei.

5 Post Nonam in choro, non dicitur Antiphona, *Aue Regina cælorum*, cum non sit discedendum, sed immediatè celebrante cum ministris procedente per ostiolum à latere Euangelii, præcedentibus Acolythis altero cum thuribulo, altero verò cum vase aquæ benedictæ sequuntur ceroferarii portantes cãdelabra accensa, & post eos Subdiaconus, atq; Diaconus vnus post alium more consueto, vltimo celebrans pluuiali violaceo indutus, iunctis manibus, atque capite cooperto, qui omnes ante altare genuflectunt.

Rub.par. Breu.

6 Cantores in choro statim inchoant, Antiphonam. *Exaudi nos Domine*, *&c.* celebrans verò osculato altaris medio, accedit ad cornu epistolæ, vbi astantibus Diacono à dextris eius, & Subdiacono à dextris Diaconi legit summissa voce Antiphonam, *Exaudi*, *&c.* qua lecta ministri recedunt, & stant vnus post alium, &c.

7 Antiphona in choro cantata, atq; repetita, celebrans eodem loco stans, neq; se ad populum conuertens dicit. *Dominus vobiscum*, & *Oremus*, subdens quatuor orationes pro benedictione cinerum in missali assignatas, quibus absolutis ministratur incensum à Diacono more solito, mox accepto ab eodem Diacono aspersorio ter cineres à celebrante asperguntur, qui interim summissa voce dicit Antiphonam, *Asperges me*, *&c.* sine Psalmo, deinde ter eos thurificabit Acolythi verò statim deponentes thuribulum, & vas aquæ benedictæ accedant, vt ministrent celebranti.

8 Omnes interim à choro procedunt per ostiolum à latere Euangelii; Vicarius verò, vel eo absente senior stola violacea supra superpelliceum indutus, facta altari reuerentia, ante celebrantem in cornu epistolæ stantem accedens eius capiti cineres imponit, dicens. *Memento homo quia puluis es, & in puluerem reuerteris*, quo facto celebrãs in medio altaris ad populum conuersus, ministris pluuialis fimbrias hinc inde eleuantibus, & Acolytho pariter à dextris vas cinerum tenente, primo ei à quo cineres accepit ante cũ genuflexo cineres imponit dicẽs similiter, *Memento homo, vt supra*, tũ ministris pariter genuflexis ante medium gradum altaris, mox aliis binis ex ordine accedentibus, singulis genuflexis cineres imponit, post Sacerdotes clericis, postque clericos laicis Religiosis, deinde sodalibus Oratorii si adsint, postea aliis de populo, & interim in choro cantabitur Antiphona, *Immutemur habitus*; quod si frequens sit populus poterunt, & alii Sacerdotes designari, qui stolam violaceam supra superpelliceum habẽtes Acolytho pariter superpelliceo induto à dextris tenente vase cinerũ in aliis sacellis eos ministrabunt.

9 Si forte aliquis adsit Prælatus postq̃ celebrãtis capiti à seniore cineres fuerint impositi, omnium primus stans à celebrante cineres accipiat, tum senior, ac reliqui ordine præscripto: quod si in choro, vel sacello, vel alio in loco commorãs cineres petat, senior vel alius ex patribus stola, vt supra, indutus illi stanti eas ministret.

De Missa sollemni feriæ quartæ cin.

10 Datis cineribus, celebrans lauat manus, ac tergit, deinde ad la-

tus

tus epistolæ conuersus, ministris vno post alium stantibus, dicit *Dominus vobiscum*, & orationē, *Concede, &c.* qua completa deponit pluuiale, ac ceptoque manipulo induit casulam, tunc cum ministris ante infimū gradum descendens genuflectit; statimque surgens facit confessionem, inter ea cantores in choro cantant Introitum, & reliqua fiunt more solito.

11 Ad orationes in principio, & fine missæ, omnes in choro, & Acolythi in altari genuflectunt, similiter dicto *Sanctus*, vsq; ad *Pax Domini*.

12 Cum cantatur ℣. *Adiuua &c.* omnes, etiam ipse celebrās genuflectunt versus altare.

13 Ad orationem super populum Diaconus dicens, *Humiliate capita vestro Deo*, vertit se ad populum, omnibus interim genuflexis manentibus, atq; capite inclinato excepto tantum celebrante.

De Dominicis, & ferijs Quadragesimæ.

14 Sabbatho ante primā Dominicam Quadragesimæ, & deinceps in omnibus ferijs vsq; ad Pascha vesperæ celebrantur ante prandium, ēt si officium sit Duplex, vel ex sollemnioribus, tantum diebus Dominicis exceptis, quibus hora consueta celebrantur.

15 Diebus Dominicis (excepta quarta) quæ est lætitiæ nullo sollemni ornatu aptetur altare, & ministri planetis plicatis, prout proprio loco dictum est vtantur. Sup. l. 2. c. 11. n. 11

16 Quarta Dominica cum sit dies lætitiæ altare ornabitur flosculis, & ministri in missa sollemni Dalmaticā, & Dunicella vtantur.

17 Ferijs Quadragesimæ, ne passim missæ votiuæ dicantur, q. si rationabili aliqua ex causa dici debeant, ne in ipsis Euangelium feriæ in fine dicatur. Rub. gen. mis. XIII. 2.

18 Qualibet secūda feria Quadragesimæ, non impedita officio nouem Lectionum, dici debet offitium defunctorum, videlicet post Vesperas dici Vesperæ defunctorū, & post orationem mentalem vespertinā primum Nocturnū cum Laudibus; vel etiā pro opportunitate, & cōsuetudine locorū, maximè vbi concio vespertina habetur, dici poterant Vesperæ cū Nocturno post orationem mentalem. C.N.

19 Psalmi Graduales assignati à Rubrica quartis ferijs Quadragesimæ non impeditis officio nouē Lectionum, dici poterant feria tertia, vt consueuimus post Completorium, vel etiā, si videbitur, post mētalem orationem vespertinam.

20 Similiter Psalmi pœnitentiales cum Litanijs sextis ferijs non impeditis assignati, dicuntur iuxta nostrā consuetudinē feria quinta post orationem mentalem, nec est contra rubricā, cum in ea quoad hoc plurimum cōsuetudini locorū tribuatur.

21 Sextæ feriæ Quadragesimæ, & præcipuè mensis Martij deuote ob memoriam Christi Iesu passionis à populo celebrātur, ac sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum in eius memoriam Passionis institutum, frequentius à fidelibus percipitur, idcirco eo tempore altaria ad Sacram communionem designata decenter, sicut in diebus Dominicis ornentur, atq; in ipsis primo mane à deputato prout diebus festis sanctissimū Sacramentum reponatur, & reliqua p cōicandis necessaria præparentur.

22 Sabbatho ante Dñicam Passionis post Vesperas cruces in ecclesia

cooperiuntur velo violaceo, similiter Icones altarium,

23 In aspersione aquæ benedictę, quæ fit ante missam sollemnem, dicitur Antiphona, *Asperges me, &c.* cum ℣. *Miserere*, sine *Gloria Patri*, idcirco cantores in choro aduertãt, vt præfata Antiphona morosè, ac grauiter cantetur, quo celebranti aspergendi tempus concedatur.

De officio, missa, benedictione, & processione in Dominica Palmarum.

Cap. XIV.

1 OFficiũ huius diei celebratur more solito ab Hebdomadario; ad benedictionem tamẽ, & processionẽ celebrabit Præpositus. Pręparentur propterea apud altare mẽsa in cornu Epistolæ, in qua collocẽtur rami oliuarum benedicendi benè aptati cũ paruis crucibus ex palmarum folijs compactis, qui pro clero, & populo sufficiant, pro celebrãte verò, ac ministris, atq; etiam pro aliquibus magnatibus palmæ benè compositæ perquirantur, atque flosculis ornentur.

2 Hora opportuna pulsantur campanæ prout in sollemnioribus festiuitatibus, Tertia sollemniter in choro cantabitur, & interim Acolythi omnia necessaria in altari præparabunt, ac cereos accendent.

3 Completa Tertia celebrans indutus pluuiali violaceo, & ministri planetis plicatis, præcedẽtibus Acolythis, quorum alter defert vas aquę benedictæ, post quos sequuntur etiã ceroferarij more solito, ante altare ad aspersionẽ prout in reliquis Dominicis faciendam procedunt; qua peracta, & dicta oratione, *Exaudi, &c.* celebrans ad altare ascendens illud in medio osculatur, deinde accedens ad cornu epistolæ adstantibus ministris, Diacono videlicet à dextris celebrantis, & Subdiacono à dextris Diaconi legit summissa voce Antiphonã, *Osanna, &c.* quæ interim à choro cantatur.

4 Expleta Antiphona ministri recedunt post celebrantem, qui statim eodem loco nec conuertens se ad populum dicit, *Dominus vobiscum*, & orationem, & interim Subdiaconus cantaturus epistolam deponit more solito planetam plicatam, illamque loco consueto cantat, qua completa manum celebrantis osculatur, librumque Diacono porrigit, & planetam denique resumit.

5 Celebrans verò eodem loco assistente sibi Diacono legit summissa voce epistolam, & Respon. *Collegerunt, &c.* & ibidem dicens, *Munda cor meum, &c.* & *Iube domne, &c.* legit Euangelium, & cantata à Subdiacono Epistola imponit incensum in thuribulum, ac benedicit reliquaq; omnia vt solet ad Euangelium præstar.

6 Diaconus dum cantatur Resp. deponit planetam, & accipit stolam latiorem, ministrat incensum, petit benedionem, & ad Euangelium cãtandum, vt solet procedit Initio ter librum incensat, & in fine celebrantem, quibus omnibus præstitis resumit planetam, & dum cantantur orationes stat post celebrãtem, vertens folia libri cum res postulauerit; reliqui ministri, videlicet Subdiaconus post Diaconum, & Acolythi post Subdiaconum in eodẽ cornu Epistolæ stant.

7 Celebrans postquam fuerit thurificatus in fine Euangelij iunctis manibus in cornu epistolę dicit orationem,& in fine Præfationem, vsq; ad *Sanctus*. quod dum in choro cãtatur, accedentibus ministris, dicit cum ipsis more solito voce summissa, deinde illis recedentibus post eum, dicit pariter iunctis manibus *Dominus vobiscum*,& orationes, in quibus cum manu benedicturus est ramos sinistram super altare collocat,& Diacono eleuante anteriorem fimbriam pluuialis, dextera format crucis signum.

8 Cum dicitur quinta oratio, *Benedic Domine*, *&c.* accedunt duo Acolythi alter cum thuribulo,& nauicula; alter verò cũ vase aquæ benedictæ, & aspersorio, & completa oratione celebrãs, ministrante Diacono,imponit,ac benedicit thus more solito,tum porrecto sibi à Diacono aspersorio cum osculis, aspergit ramos ter aqua benedicta, dicens summissa voce Antiphonam, *Asperges me,&c.*interim Diaconus eleuat fimbriam pluuialis, & eodem modo postmodum porrigit thurribulum, vt eo pariter ter ramos thurificet: quibus omnibus peractis celebrans in eodem cornu epistolæ conuersus ad altare eodem tono quo supra, dicit *Dominus vobiscum*, & orationem *Deus, qui filium tuum, &c.*

9 Completa benedictione, omnes à choro procedunt per ostiolũ à latere Euangelij,Vicarius quidem,seu dignior stolam violaceam supra superpelliceum habens,supra gradum altaris ascendens, deosculatam palmã, sine osculo manus, porriget celebranti similiter stanti,qui facie ad populum conuersa illam sine osculis accipit, stansq; ibidem distribuit ramos, primo quidẽ digniori à quo ipse accepit, tũ ministris, qui genuflexi supra gradum ramum dextera accipiunt, Primo ramum,mox celebrantis manum osculantes.

10 Ministri acceptam palmam reponũt super altare, & celebrans pariter suam; & illi fimbrias pluuialis hinc inde eleuatas tenentes, acceptos ab Acolythis ramos porrigunt celebranti distribuendos.

11 Post ministros sequuntur reliqui Sacerdotes superpellicei induti, primo seniores tum iuniores, & bini accedẽtes ad altare cum debitis reuerentijs,genuflexi,cum osculis, vt supra,accipiunt ramos. Sequuntur post clericos laici religiosi cũ mantelis bini eodem ordine: deinde,vbi est Congregatio oratorii, accedunt sodales. Primo Gubernator cũ Assistentibus, mox reliqui bini prout per Sacristam eis fuerit præscriptũ. Postremo ante cancellos celebrans descendens poterit quibus videbitur ramos distribuere;& vbi concursus populi frequens fuerit,decet, vt per Magistrum cæremoniarum designentur Sacerdotes,qui tam viris, quam mulieribus ramos distribuant clerici designati Sacerdotibus ramos porrigant, non tamen ipsi eos distribuant.

12 Circa finẽ distributionis Subdiaconus pro cruce ferenda induatur amictu,alba,cingulo, manipulo, ac planeta plicata violacea,crux verò ipsa erit velo violaceo tecta, in summitate etiam habens ramusculum oliuæ benedictæ. Cærem. episc.

13 Celebrans peracta distributione reuertitur ad altare, & stans in cornu epistolæ dicit iunctis manibus *Dominus vobiscum*, & orationem, qua completa, ministrante Diacono, imponit thus in

thuribulum benedicendo illud more solito. Tum celebrans, ac ministri accipiunt in manibus ramos: Diaconns verò facta altari genuflexione, vertit se ad populum, & dicit. *Procedamus in pace*, choro respondente. *In nomine Christi. Amen.*

14 His peractis ordinatur processio, in qua præcedit thuriferarius cum thuribulo fumigante, sequitur Subdiaconus paratus deferens crucem, medius inter ceroferarios gestantes candelabra accensa, sequuntur clerici superpelliceis induti, ac ramos benedictos in manibus ferentes, illi quidem, qui à dexteris, dextera, qui verò à sinistris, sinistra, bini, æqualiter semper inter se distantes, ac pari passu grauiter, & maturè incedētes, Vltimus omnium procedit celebrās medius inter Diaconum, & Subdiaconum, qui omnes cantoribus inchoantibus prosequuntur Antiphonas præscriptas: procedunt autem extra cancellos per ostiolum à latere epistolæ, & egrediūtur extra Ecclesiam. Rub. misſ.

15 Vbi est congregatio Oratorii sodales ramos benedictos in manibus ferentes bini suo quisque loco, ante clericos procedunt.

16 Egresso celebrāte Ecclesiæ ianuam ingrediuntur quatuor, vel plures cātores à Magistro cæremoniarum pro versibus cantandis assignati, & fores Ecclesiæ à laico custode claudantur: deferens crucem, sistit, ante ostium, reliqui, in girum circūstant: celebrans verò cum ministris in medio ante ostium stat cantores verò intus, facie conuersa ad ostium cantant duos primos versus, *Gloria, laus, &c.* quos chorus extra repetit: prosequuntur deinde cantores alios duos sequentes versus, post quos chorus repetit. Versus *Gloria laus, &c.* & sic deinceps cantores dicunt reliquos versus, choro semper repetente, ℣. *Gloria laus.* Direct. chori.

17 Subdiaconus circa finem, celebrante annuente hasta crucis tangit portam, qua statim aperta ingreditur ipse, præcedente thuriferario, reliquis ordine sequentibus: cantores interim incipiūt. ℟. *Ingrediente Domino, &c.* & chorus prosequitur ij dem cantores dicunt. ℣. *Cum audisset, &c.* choro respondente non tamē dicitur ℣. *Gloria Patri*, & si longior sit processio repeti poterit eadem Antiphona. Cærem. episc. Direct. chori.

18 Completa processione celebrans in Sacristia deponit pluuiale, lauat manus, & casula, atque manipulo pro missa sollemni induitur: deinde cum ministris palmas in manibus gestantibus procedit more solito ad altare, quo cum peruenerint tradunt palmas Acolythis, qui ipsas super altare reponunt, ipsi verò faciunt confessionem, & cætera more solito.

19 Cum in epistola pronuntiatur. *Vt in nomine Iesu, &c.* omnes genuflectunt, donec perficiatur, *Et infernorum.* Rub. misſ. par.

20 Cantata epistola Subdiaconus manum celebrantis osculatur, & librum epistolarum Acolytho tradit, quo facto transfert ad latus Euangelii missale celebrantis, deinde resumit planetam plicatam, ac celebrāti dum summissa voce legit passionem assistit.

21 Tres qui passionem sunt cantaturi induūt se in Sacristia amictu, alba, cingulo, ac stola violacea ab humero sinistro ad dextrū latus pēdente; & interim Acolythi deferunt ad planum altaris tria lectorilia, & collocant illa recta linea in loco vbi cantari solet Euangelium. Cærem. episc. lib. 1. c. 21.

22 Cu-

Cærem. episc.lib. 2.c. 21.

22 Circa finem Tractus præcedētibus duobus Acolythis procedunt prædicti cantores à latere epistolæ portantes librum ante pectus, primo qui Euangelistę personam agit, tum qui turbarum, vltimo qui Christi, & ante altare in medio genuflectentes accedunt ad lectorilia, vbi in medio constituto eo qui Christi personam repræsentat, dexteram Euangelistæ, sinistram verò illi qui turbam agit, tribuent: missalia aperiunt, ac supra lectorilia collocant; acolythi verò palmas in manibus gestantes stant à lateribus, vel post lectorilia, facie tamen conuersa ad cantores.

23 Cum passio inchoatur omnes in choro accipiunt ramos palmarum; & tunc & non prius celebrans legit summissa voce passionem, assistentibus Diacono, & Subdiacono planetis plicatis indutis, ac palmas in manibus tam ipse, quam ministri habebunt.

24 Qui Euangelistæ personam gerit incipit passionem voce sonora, ac tono competenti, ita vt turbarum personam agens altiori, Christi verò humiliori tono correspondere valeát; vnusquisque verò aduertat, quando sibi contingat iuxta missalis characteres.

25 Celebrās legens summissa voce passionem inclinat, ac genuflectit cum opus est, & perueniens ad illa verba, quæ dicuntur in tono Euangelij, conuersus ante medium altaris inclinatus dicit, *Munda cor meum, &c.* & *Iube Domne, &c.* deinde legit vsque in finem illam partem quæ dicitur in tono Euangelij, qua lecta retrocedit ad latus epistolæ facie conuersa ad Cantores, vt fieri solet, cum cantatur Euangelium; ministri verò post eum stant.

26 Ad verba, *Emisit spiritum*, omnes genuflectūt, cātores quidem versus lectorilia, reliqui verò versus crucem altaris, deinde dato signo à celebrante manu super librum, omnes surgunt, & prosequuntur passionem, qua completa cātores cum debitis reuerentijs recedunt in Sacristia ordine quo venerant; acolythi verò remouent lectorilia.

27 Diaconus qui ministrat celebranti, deposita planeta plicata, accipit stolam latiorem, & librum, quē reponit in medio altaris, & more solito ministrat incensum, dicit *Munda cor meum, &c.* ac benedictione accepta ad cantandum Euangelium procedit, in quo non ceroferarij, sed duo acolythi palmas in manibus habentes hinc inde assistant, ipse verò librum in principio incensat, tum iunctis manibus cantat in tono consueto partem Euangelij vsq; in finem, terminando eodem tono quo solet euangelium. Subdiaconus in fine respondet, *Laus tibi Christe*, & librum celebranti porrigit osculandum, quem etiam Diaconus thurificat, ac reliqua omnia, vt moris est fiunt, & tunc oēs palmas reponunt.

28 In fine missæ sollemnis legitur euangeliū S. Ioannis, quia euangelium palmarum, quod in fine missarum priuatarum hac die dici debet, fuit cātatum in prima benedictione. Rub.gen. miss. XIII. 2.

29 Sacerdotes priuatè celebrātes legunt passionem in cornu euangelij stātes iunctis manibus: peruenientes autem ad verba illa, *Emisit spiritum* genuflectunt omnes, celebrans quidē facie conuersa ad librum, alij verò ad altare: & post aliquantulum morā, facto signo à Sacerdote super librum, omnibus surgentibus, prosequitur vsq; ad illam partem, quæ dicitur in tono euāgelii: tunc manibus iunctis ante pectus, in medio altaris

more solito dicit. *Mūda cor meum, &c.*& *Iube Domne benedicere*, deinde accedens ad librum legit Euangelium, non tamen signat librū, neque seipsum; in fine verò osculatur librum in initio illius partis, quæ dicta fuit in tono euangelij, & tunc acolythus respondebit, *Laus tibi Christe*, quod pariter seruatur in ferijs tertia, & quarta sequentibus.

30 Poterit magister cæremoniarū designare per schedulam ministros pro officio huius diei hoc modo.

Dominica Palmarū ad Benedictionem processionem, & Missam.

Celebrans N. Diaconus N. Subdiaconus N. Crucē deferens N.

Thuriferarius N. Acolythus N. Ceroferarij N. & N.

Distribuunt palmas N. N.

Cantores ad benedictionem, & processionem. N. & N.

Cantores, qui in processione ingrediuntur Ecclesiam, & cantat ℣. *Gloria laus, &c.* N. N. N. N. N.

Cantant passionem. N. N. N.

Hac die inter candelabra loco florum hinc inde aptātur rami oliuarum, & palmarum flosculis ornati, & bene consiti.

De præparandis pro celebrādis officijs hebdomadæ maioris Cap. XIV.

1 INstruatur in primis loco congruo pro sāctissimo Christi corpore asseruando feria quinta in cœna Domini, structura, quam vulgo sepulchrum dicunt, cuius ornatus decorus pariter, ac religiosus ecclesiasticam repræsentet pietatē; in medio verò, loco eleuato, ad quem per gradus benè dispositos ascendatur; capsula pro sanctissimo Sacramento ita accommodetur, vt calicem cum patena, clauso operculo commodè capiat, eaque claue obseretur, supra quā tribuna, vel paruum sit baldachinum: circumcirca verò candelabris, atq; Angelorum simulacris pro luminaribus benè dispositis, inter quæ etiam sint vascula cū floribus ecclesiastico tamen, non profano ritu, ornetur: & licet quoad structuram, ac loci ornatum certa regula omnibus tradi nequeat, cum varia, & diuersa sit commoditas, ac loci dispositio, monitos tamen reddimus de eo omnes, quod vnicuiq; seruandum est, vt à secularibus, & profanis prorsus ornamentis abstineāt, & nihil, quoad fieri potest, mutuo accipiant; candelabra quidem in quibus cerei aptantur non secularia, sed ecclesiastica adhibeantur, vel etiam Angelorum simulacra; lampades itē ecclesiastico more, siue pēsiles, siue quolibet alio decenti modo benè aptētur; reliqua item omnia ita sint aptè disposita, vt vndequaque artificiosus ac decorus ab omni leuitate alienus apparatus ad pietatē, ac deuotionem fidelium mentes, his maximè diebus dum talia celebrantur mysteria disponat atq; excitet.

2 Candelabro ligneo triangulari, quod nuceū sit benè, ac politè elaboratum pro quindecim candelis æquali distantia hinc inde septem claui ferrei lucernulis, ex ligno, vel auricalcho opere tornatili confectis aptentur; in medio verò quintusdecimus alijs eminentior configatur.

3 Cerei pro matutinis tenebrarum. non quidem albi, sed ceræ communis sint oēs, similiter in officio missæ, & processione feria sexta in parasceue.

4 Pro officio Sabbathi sancti om-

nes cerei integri parentur: cereus verò Paschalis sit perpulchrè elaboratus, atq; aurifrigiatus, in cuius medio sit signum crucis oblongum, & aptè dispositum.

5 Quinq; incensi grana cereo infigenda sint benè aptata instrumento ligneo forma pinea, ac ferro infixo, desuper granis thuris rotundis atque albis diligenter intecto; ita vt in extrema parte sint acutiora, & si videbitur poterunt etiam auro ornari, ita tamē vt maior pars thuris cōspici possit: neq; hæc quia minima contemnantur, imo in his, & similibus maius studium, diligentior cura, qua Diuino cultui incūbere debemus eluceat; vna autem cū quinque granis, & incensum quantum sufficiat præparetur.

6 Candelæ tres super arundinem Sabbatho sancto imponendæ sint benè ornatæ, ac inter se intortæ, & ita dispositæ, vt æqualiter ad formā trianguli distēt, erunt autem singulæ circiter quatuor vnciarum.

7 Arundo, in qua hæ tres candelę imponi debent decē circiter palmos sit longa, quæ perito viro flosculis ornanda opportunè tradatur, ita vt Sabbatho hora congrua antequā Diuina inchoentur officia sit in promptu, neque prius præparetur, ne flores marcescant: in summitate verò ipsius apponatur orificium stāneum, in quo candelæ commodè infigantur, vel quod fortè melius, cōficiatur cādelabrum triāgulare opere sculptorio ex argēto, vel aurichalcho, aut saltim ex ligno inaurato, ita vt quasi tria cornua copiæ in vno stipite conueniant, in arundinis summitate collocandum: sit autem benè elaboratum, tres habēs cuspides, in quibus candelæ sunt affigendæ, & tunc non sunt candelæ intorquēdæ: pes alicuius candelabri pro arundine sustinenda à latere euangelij accommodetur.

8 Tria lectorilia pro passione cātanda, præter illud quod in choro pro tractu cantando esse debet, præparentur.

9 Crepitaculum, seu tabula cum manubriis ferreis, seu quo visum erit alio modo, ad significādum tempus horarum, cū eo in triduo loco cāpanæ vti opus sit, in prōptu habeatur.

10 Signum crucifixi pede nixum, ac velo opertū nigro in medio altaris feria quinta collocandū post denudationem altaris.

11 Paramenta alba pro officio feriæ quintæ; nigra pro sexta feria: & Sabbatho violacea, atque alba parentur; linteamina omnia munda, ac nitida sint.

12 Instrumenta omnia ecclesiastica tam argentea, quam ex aurichalcho benè purgentur, atque mundentur.

13 Et vt omnia benè prouideantur, atque quilibet de agendis antea instruatur, decet vt à magistro cæremoniarum, eorum, quibus his diebus in Diuino ministerio vti videbitur, nomina in tabella ordine designentur; ipsa autem tabella publicè in sacristia, vt ab omnibus videri possit exponatur.

Forma tabellę eorum, qui in officijs maioris hebdomada ministraturi sunt.

14 *Feria Quarta maioris Hebdomada*. Ad *Matutinum*.
Celebrans R. P. Præpositus.
Cantores. N. & N.
Cantant Lectiones. 1. N. 2. N. &c.
Ad extinguendos cereos assistit N.
Eodem modo designentur in duo-

bus ſequentibus diebus.

15 *Feria quinta in cœna Domini ad Miſſam*. Celebrãs R.P. Præpoſitus. Diaconus N. Subdiaconus N. Defert crucem N. Thuriferarius N. Acolythus N. Ceroferarii N.& N. Cãtores in miſſa,& ꝓceſsione N.& N. Ad mandatum iidẽ qui in miſſa miniſtrant: præparant neceſſaria, ex clericis N.& N. ex Laicis N. & N. Lauant pedes N.N.&c. vſq; ad 13. Cãtores primi chori, N.& *N*. Cãtores ſecundi chori N. & N. Aſsiſtunt ad orationẽ ante ſanctiſsimũ Sacramentum 1 ab hora 17. vſque ad 18. N.& N. à 18. vſq; ad 19. N.& N. Et ſic deinceps per ſingulas horas diſtribuendo Sacerdotes, & Clericos, nec non etiam laicos binos, vel etiã plures iuxta ſufficientiam locorum, procedendo vſq; ad horam proceſſionis faciendæ in ſequenti die.

16 *Feria ſexta in Paraſceue*. Celebrans R. P. Præpoſitus. Diaconus N. Subdiaconus N. Cantat primam Lectionem N. Cantant paſsionem N.N.& N. Defert crucem N. Thuriferarius N. Acolythus N. Ceroferarii N.& *N*. Cãtores ad improperia in primo choro N. & N. in ſecundo choro N. & N. In proceſsione, & Veſperis Cantores N.& N.

17 *Sabbatho ſancto. Ad Miſſam*. Celebrans R. P. Præpoſitus. Diaconus N. Subdiaconus N. Thuriferarius N. Acolythus N. Ceroferarii N. & N. Defert candelam accenſam, & arundinem N. Cantant Prophetias N.& N. vſque ad numerum 12. Cantores ad Litanias, & Miſſam, nec non etiam ad Veſperas N.& N.

18 *In die ſancto Paſchæ*. Celebrans R.P. Præpoſitus. Cantores ad Matutinum, & Veſperas *N*. & *N*. Lect. 1. *N*. 2. *N*. Diaconus *N*. Subdiaconus *N*. Thuriferarius *N*. Acolythus *N*. Ceroferarii *N*. & *N*. eodem modo deſignẽtur miniſtri duobus ſequentibus diebus.

De Matutinis tenebrarum celebrandis Feria Quarta Maioris Hebdomadæ. Cap. XVI.

1 Paretur altare pro officio feriç quartæ maioris hebdomadæ paramentis violaceis abſq; vllo ornatu, & ſuper illud ſint ſex candelabra, & candelæ ceræ communis, ſimiliter ſupra parietes: à latere verò epiſtolç collocetur candelabrũ triãgulare, in quo quindecim figantur candelæ ceræ communis, hæ autem quotidie integræ per totum hoc triduum, apponantur bacilli, cum candelulis pro accendendis cereis, & opercula ad extinguẽdum illos ſint in promptu, duæ aliæ candelæ ceræ albæ cum ſuis candelabris ad Completorium ſuper altare apponantur. Cærem. epiſc. l. 1. c. 21.

2 Sanctiſsimum Sacramentum in aliquo ſacello, dũ hoc officium celebratur transferri conuenit, ibique ſint luminaria, & lampades accenſæ, quæ nunquam extinguantur. Cærem. epiſc.

3 Hora vigeſimaprima campanarum primum ſignum dari poterit prout in præcipuis ſollemnitatibus, & dato vltimo ſigno duæ candelæ ceræ albæ ſuper altare accenduntur, omnibuſque ſuperpelliceis indutis, Completorium more ſolito cantabitur.

4 Verſus finem completorii Acolythus deſignatus, cereos õmnes in altari, & candelabro triangulari accendit, ſimiliter tunc qui ſupra parietes ſunt accendantur, duo verò

cerei

ceiei ceræ albæ in altari extinguuntur, & cādelabra supra credentiam, quæ est in choro asportantur.

5 Post Completorium dicta Antiphona B Virginis, & *Pater noster*, *Aue Maria*, & *Credo*, flexis genibus, superior dat signum incipiendi, & omnibus surgentibus dicunt secreto pro sequētis diei officijs matutinis, *Pater noster*, *Aue Maria*, & *Credo*, tunc muniens se crucis signo à fronte ad pectus, quod semper officij initio est peragendum, incipit alta voce Antiphonam, *Zelus domus tuæ Domine, &c.* quam chorus prosequitur, cātores verò in medio chori more solito incipiunt Psalmos, & dicunt Versus.

Direct. chori Ro. 6 In fine cuiuslibet Psalmi, vtroq; choro vltima verba sumente inflectitur aliquantulum vox, quod in omnibus horis toto hoc triduo seruatur, sic etiam, & canentes Lectiones flectūt, paululum vocem in earum fine.

7 Minister electus ad extinguendūs cereos stans in vltima sede chori inferioris à latere epistolæ, vel extra chorū intra presbyterium à latere pariter epistolæ sub finem cuiuslibet Psalmi extinguit vnam ex candelis, quæ extant in candelabro triangulari, quod præstans accedit cum debitis reuerentijs ante altare, & accepto bacillo cū operculo stanneo extinguit in fine primi Psalmi eam candelam, quæ est in inferiori parte à latere Euangelij, tum remouendo operculum reponit bacillum supra gradus altaris: sic etiam sub finem secundi Psalmi, extinguit eodē modo aliam, quę est in inferiori parte à latere epistolæ, & sic successiuè paulatim ascendendo ex ordine singillatim extinguit omnes candelas ab vtroque latere vnam in fine cuiuslibet Psalmi Nocturnorum, & Laudum.

8 Dum dicitur tertius Psalmus primi Nocturni defert legile cum libro pro Lectionibus cātandis in medio chori, vel si populus sit frequēs, & consuetudo sic postulauerit, intra presbyterum in medio ante gradus altaris, ita vt sit locus pro cantante, & Acolytho, qui post eum stare debet: ipse verò minister dum Lectiones cantantur sedeat, vel in choro in vltima sede, vel intra presbyterum supra scamnum à latere epistolæ. C.N.

9 In choro cum cantantur Psalmi omnes stant cooperto capite, & in fine cuiuslibet Nocturni ad versum caput detegunt donec dicatur, *Pater noster*, ante Lectiones, quo dicto ad Lectiones omnes recto capite sedeant; cum verò inchoantur Antiphonæ secundi vel tertij Nocturni, atq; etiā Laudum, omnes surgunt. C. N.

10 Ad versum ante *Benedictus*, omnes caput detegunt, & sic stantes cantant etiam Antiphonam, & Cāticum: cum verò ventum fuerit ad Versum, *Vt sine timore, &c.* Acolythus extinguit cereos in altari adhibito instrumēto, singillatim ad quēlibet versiculū singulos cereos extinguit incipiendo à cornu Euangelij ab eo qui est remotior à cruce: Interim alij ministri extinguunt cereos, qui sunt supra cancellos, seu parietes, lampades, & alia luminaria si quæ sint in Ecclesia, præter ea, quæ ardent ante sanctissimum Sacramentum. Cærem. episc.

11 Cum repetitur Antiphona dicto *Benedictus*, Acolythus statim remouet ex candelabro triangulari vnicum cereum accensum in cuspide trianguli collocatum, eumque accensum, stans eleuata manu sustinet supra cornu epistolæ altaris, &

cũ inchoatur, ℣. *Christus factus est*, genuflectens illum sic accẽsum abscondit retro altare, vel alio modo occultat, interim in choro omnes genuflexi cantant Versum,& Psalmum. *Miserere,&c.* qui de missa voce cantabitur, quo finito celebrans pariter genuflexus,& capite aliquãtulum inclinato dicet sine *Oremus*. *Respice quæsumus Domine,&c.*& in fine aliquantulum vocem inflectẽs, secreto dicit. *Qui tecum,&c.*

Cærem. episc.

12 Oratione absoluta superior manu scabellum, vel librum percutiens fragorem facit, sic & cæteri omnes, donec Accolythus cereum absconditum in medium proferat; poterit autem ille semel dicere orationem Dominicã, & statim proferre cereum; quem in suo loco, in summitate videlicet candelabri reponens per aliquod spatium accensum ibi relinquet; statim autem ac prolatus fuerit cereus omnes cessare debent à strepitu; nec hac die campanulæ signũ more solito dabitur, sed immediatè post fragorem celebrans, vt moris est aspergit eos, qui in choro sunt aqua benedicta.

13 Hoc officium cum sit tenebrarum circa solis occasum terminari debet; hæc,& alia omnia respectiuè duobus sequentibus diebus ad Matutinum seruari debent, cum tãtum altaris ornatus variari debeat.

De officio Feriæ Quintæ in Cæna Domini Cap. XVII.

1 OMnes cæremoniæ quæ hac die sunt peragendæ præuideantur, præcipuè à celebrante, & ministris; instruantur etiam reliqui omnes quomodo in processione, denudatione altaris, ac mãdato se gerant, maximè clerici, ac nouitij: curet propterea Præpositus, his diebus, vt omnes in Sacristia, vel alio loco congruo coram Magistro cæremoniarum ad id conueniant. Const. p. 1. c. 2.

2 In loco vbi reponendum est sanctissimum Sacramentum omnia opportunè disponantur.

3 Altaria omnia paramentis albis, sic ornentur, vt tempore denudationis omnia facile dimoueantur.

4 Pro missa sollemni præter paramenta celebrantis, & ministrorum, quæ omnia alba esse debeãt, parentur,& pro Subdiacono deferẽte crucem in processione paramenta similiter alba; crux verò ipsa velo albo cooperiatur.

5 In calice duæ hostiæ in missa sollemni consecrandæ apponantur, & præterea alter calix cum patena, palla,& velo, in quo hostia consecrata reponi debet, aptetur.

6 Campanulæ pulsandæ cum intonatur, *Gloria in excelsis, &c.* sint in promptu.

7 Baldachinum album, atq; auro ornatum, funalia, ac cerei pro processione præparentur: similiter pluuiale, velum oblongumq; ac duo thuribula, cum nauicula.

8 Summo mane in aurora primo dabitur signum salutationis Angelicæ cum maiori campana Ecclesiæ, & omnes more solito ad orationem mentalem conuenient, deinde pulsantur campanæ sono sollemni.

9 Et quia populi commodo conducit, vt priuatæ aliquæ missæ celebrentur; id antequam Diuina officia incipiant fieri decet, ita tamen ne ob eas populus à publicis missarum sollemnibus diuertat, quod maxim è dedecet, vt benè ex Augustino notat Bruchardus. Bruch. Decret. l. 2. c. 54.

10 Hora tertia decima,& non an-

tea dabitur primum signum omnibus campanis,& clerici,vt moris est omnia disponant,& post dimidiæ horæ spatium inchoantur horæ à Præposito,qui initia Psalmorū inchoabit,eo verò absente id senior in choro præstabit, in fine verò horarū dicet genuflexus,℣.*Christus*,*&c.* cum Psal. *Miserere.* & oratione, *Respice*, *&c.* eodem modo, quo supra ad Laudes.

11 Dū dicitur Nona Acolythi omnia super altare, & credentiam pro missa sollemni disponunt, atque cereos accendunt, celebrans verò, & ministri in sacristia sacris se induunt vestibus,& interim tertio pulsantur campanæ, & proceditur ad missam more solito.

12 In missa inchoato à celebrante hymno, *Gloria in excelsis Deo*,*&c.* pulsantur campanæ, quæ deinceps silent vsq; ad Sabbathum sanctum, & loco earum adhibebitur instrumentum ligneum,de quo supra. Sup.l.3.c.12.n.9.

13 Post epistolā dicitur Graduale,quòd à cantoribus inchoatur, & ipsum chorus prosequitur,versus verò sequens dicitur à duobus cantoribus,qui aduertant,vt tardè,ac lentè illum cantent, vt Diacono ministrandi incensum, ac petendi benedictionem tempus detur.

14 Ad oblationem offeruntur duę hostiæ,quarum altera assumetur,altera verò in crastinum seruabitur, prout dicetur infra.

15 Præfatio de cruce.Infra actionem assignatur propria, similiter. *Hanc igitur*, *&c.* & *quam oblationem*,& *qui pridie*, *&c.* idcirco prænideantur, & vt in missali habentur dicantur attentè. *Agnus Dei*, dicitur more solito,nō tamen datur pax. orationes verò consuetæ ante communionem dicuntur.

16 Communicato celebrante fit communio generalis Sacerdotū, ac aliorum Religiosorum. Sacerdotes cum ad communionem accedunt stòlam supra superpelliceū habeant; hæc autem, si commodè haberi potest,sit alba.

17 Assumpto sanguine à celebrāte in choro cantatur communio, & Subdiaconus accedens ad credentiam accipit calicem vacuum cum palla, patena, ac velo,eumq; ad altare defert,quem Diaconus detegit, atq; celebranti porrigit, vt in eo alteram hostiam cōsecratam reponat, quo peracto cum debitis genuflexionibus ante, & postea aliquantulum versus latus Euangelij recedit: Diaconus verò calicem tegit primo palla,deinde patena,ac paruo velo, illumq; in medio collocat, calicem verò celebrantis palla coopertum à dextris extra corporalia ponit,deinde inseruit cōmunioni ordine supra præscripto. communio tamen huius Sup.l.2.c.34.n.2 diei hoc habet peculiare, quod Sacerdotes omnes immediatè post ministros stola induti, suo quisq; ordine ad communionem accedunt,post Sacerdotes verò Diaconi,ac reliqui ex ordine.

18 Ministri sumpta sacra communione adhibitis genuflexionibus, in credentia quæ est in choro accedentes sumant purificationem, moxque C. N. ad altare reuersi assistant hinc inde genuflexi donec omnes communicent, & reliqua modo suo proprio sup.l.2.c.34.nu.7. loco præscripto perficiuntur.

19 Interim dum fit communio accenduntur luminaria in loco parato pro recondendo sanctissimo Sacramento,& omnia ibi aptantur, atque altera nauicula, vt post processionē thus in thuribulum pro thurificatione ibi facienda immittatur per

Sacriſtam ibi aſportabitur. Subdiaconus qui crucem pręferat albis veſtibus in Sacriſtia parabitur, atque ignis in thuribula imponetur. Baldachinum verò ante gradus altaris portabitur, viriſq; nobilibus à Magiſtro cęremoniarum, vel à Superiore Cógregationis Oratorij tradetur portandum.

Cærem. epiſc. 20 Sumpta purificatione celebrãs miſſam proſequitur genufleɛtendo cum recedit, vel accedit ante ſanɛtiſſimum Sacramentum, & cum dicit *Dominus vobiſcum*, non vertit ſe in medio, ne terga vertat Sacramento, ſed à latere Euangelij, quod etiam ſeruare debet Diaconus cum dicit, *Ite miſſa eſt*. ſimiliter celebrãs populum à latere Euangelii benedicit, nec perficit circulum, ſed per eãdem viam rediens conuertit ſe ad latus Euãgelii, vbi dicẽs *Initium S. Euangelij*, ſeipſum, non autem altare ſignabit. Miniſtri quoq; vna cum celebrante tranſeuntes ante Sacramẽtum facient genuflexiones.

21 Dum dicitur Euangelium ſanɛti Ioannis, accenduntur intortitia, & cerei pro proceſſione facienda, & cópleto Euãgelio celebrãs deponit caſulã, & manipulũ, atq; pluuiali albo induitur, deinde ſtans in gradu medio altaris immittit thus in thuribula ſibi à duobus Acolythis genuflexis oblata, hoc ordine, celebrãs quidem terga vertens aliquãtulum ad latus Euangelii, Subdiacono verò à dextris eius elauatam tenente fimbriam pluuialis, è regione ſtat Diaconus tenẽs nauiculam, hic nec manum celebrantis, nec cochlear oſclabitur, neq; benediɛtionem petet, celebrans verò nihil dicens, neq; benedicens ter incenſum in vtrumq; thuribulum immittet.

22 Celebrãs impoſito incenſo genufleɛtit in gradu medio altaris, ibique accepto thuribulo à Diacono ſine oſculis ter ſanctiſsimum Sacramẽtum incẽſat, faɛta profunda inclinatione antea, & poſtea, miniſtri verò hinc inde fimbrias pluuialis eleuatas tenentes pariter cum illo inclinant, mox Diaconus accepto thuribulo à celebrante ſine oſculis, Acolytho reddit.

23 Poſt incenſationem Subdiaconus imponit velum in humeros Sacerdotis, Diaconus verò accedens ad altare cum debitis reuerẽtijs, accepto calice cum hoſtia, celebranti genuflexo, vt ſupra, porrigit: ipſe verò celebrans ſtatim accepto calice ſurgit, & tunc Diaconus reuerenter genufleɛtit: mox celebrans ante altare tenens calicem ambabus manibus paululum eleuatum conuertit ſe ad populum, miniſtris hinc inde fimbrias pluuialis eleuatas tenentibus, & cãtoribus inchoãtibus Hymnum, *Pange lingua, &c.* fit proceſſio, in qua proceditur à latere epiſtolæ, præcedente Subdiacono parato, qui crucem defert medius inter ceroferarios cum candelabris accenſis, poſtea ſequuntur ex ordine clerici bini accenſos portantes cereos; vltimo celebrans medius inter miniſtros; ante cancellos ſtant nobiles deferẽtes baldachinum, ibiq; ſanɛtiſſimum Sacramentum expeɛtant: duo verò Acolythi cum thuribulis continuè Sacramentum incenſant, ſimili quidem modo, & eodem tempore ducẽtes thuribula, ſemper incedentes faciebus ad Sacramentum conuerſis: celebrans verò medius inter miniſtros, qui hinc inde anteriores fimbrias pluuialis eleuatas tenent, cum ipſis alternatim voce demiſſa recitat Hymnos, & Pſalmos, ſemper ſub baldachino procedẽtes, vſq; ad gra-

dus

dus loci præparati: Vbi verò est Cõgregatio Oratorij sodales intortitia accensa ferentes, partim præcedunt, partim verò sequuntur processionẽ.

24 Deferens crucem vbi peruenerit ad locum designatum sistit in loco congruo, reliqui verò hinc inde, ordine seruato, videlicet iuniores propè crucem, & seniores propè locum, in quo Sacramentum est reponendum, vbi cum celebrans deferẽs Sacramentum peruenerit omnes simul genuflectunt prosequẽtes hymnum, vel si completus fuerit, plures, cantoribus incipientibus repetẽtes. *Tantum ergo sacramentum, &c.* vel *O salutaris hostia, &c.* vsq; dum Sacramentum repositum, & incensatum: fuerit deferentes baldachinum ante gradus sistant, & fratres laici ex eorum manibus illud accipientes in loco congruo reponunt.

25 Celebrans, & ministri, vbi ad locum, in quo Sacramentum reponi debet peruenerint sistunt: Diaconus cum reuerentijs accipit calicem, & intra capsulam reponit, non tamen ostiolum claudit: Subdiaconus amouet velum ab humeris celebrantis, & genuflectit à sinistris illius, donec per Diaconum fuerit Sacramentum repositum, tunc Diacono accedente surgunt, & imponunt incensum in thuribulo, modo quo supra, deinde genuflectentes triplici ductu cum debitis inclinationibus sanctissimũ Sacramentum eodem modo quo supra incensant. & reddito thuribulo Acolytho, Diaconus claui capsulam Sacramenti claudit, ipsamque magistro cæremoniarum seruandam tradit. iterumque rediens post celebrantem genuflexus aliquantisper orat.

Sup. n. 21 & 22.

Cærem. Bonon.

26 Post breuem orationem celebrante surgente, surgunt omnes, & in chorum, recta via procedunt, ante omnes thuriferarij cum thuribulis, post eos immediatè sequitur deferens crucem cum ceroferarijs, deinde reliqui bini suo ordine, & transeuntes ante altare, si ibi remansit pyxis cum Sacramento genuflectunt, sin minus inclinant.

27 Statim ac ad chorum peruenerint celebrans inchoat Antiphonam Vesperarum, *Calicem salutaris, &c.* & cantores Psalmos; ministri verò in Sacristia deponunt paramenta alba, & expectant, vel ibi, vel in choro, vt vna cum celebrante stolis violaceis induti ad denudandum altare procedunt. Conf. magil. Rom.

28 Deputatus ad communionem stola alba indutus, ac velum oblongum super humeros habens, præcedentibus luminaribus pyxides cum hostijs consecratis ad locum in quo processionaliter calix cum hostia fuit repositus, vel in aliquem remotum, ac decentem locum in quo sint lampades, vel cerei accensi intra Sacristiam asportat, ciborij verò ostiolum ex vtraque parte reserat, quo omnes aduertãt non adesse ibi Sacramentum, quod semper seruatur, quando intra ciborium Sacra hostia non adest.

29 Acolythi, qui missæ sollemni inseruierunt, calicem, ampullas, missalia, ac reliqua omnia in Sacristia reponunt; non tamen cereos in altari existentes extinguunt.

De altaris denudatione.

30 Immediatè post Vesperas, statim, ac celebrans compleuerit orationem, *Respice, &c.* omnes bini per ostiolum à latere euangelij, primo quidem iuniores, deinde seniores ex ordine procedunt ad denu-

dandum altare: vbi verò ante mediū altaris peruenerint, facta ibi profunda inclinatione, hinc inde se distribuunt, vltimus omnium sequitur celebrans medius inter ministros, qui vbi in medium peruenerint, profundèque se inclinauerint, per celebrātem inchoabitur, Antiphona, *Diuiserunt sibi, &c.* quam chorus prosequetur, & cantores inchoabūt Psalmum, *Deus Deus meus, &c.* quē chorus hinc inde alternatim cantabit; & interea celebrans cum ministris ad altare accedens, primo tobaleam superiorem, mox alias, atque etiam pallium amouebit; clerici verò omnia intus in Sacristia asportabunt, alij cereos extinguent, & vascula cū flosculis amouebunt, alij linteamina credentiarum, alij tapetum deferent; alius ciborium conopeo nigro conteget: & tandem relicto ostiolo ciborij aperto, in medio altaris collocabit imaginem crucifixi velo nigro tectā, ac demum completo Psalmo, & repetita Antiphona fiet signū cum tabula, vt in salutatione Angelica, & interim omnes genuflexi aliquantisper orabunt: celebrante tandem surgente omnes ad Sacristiam procedentes paramēta, ac superpellicea reponant atque silendo absq; vlla salutatione recedant, quod semper hoc triduo seruandum erit. Cærem. Pet. de Roys.

De mandato, seu pedum lotione.

31 Pro mādato faciendo designētur à magistro cæremoniarum quatuor ministri, duo videlicet clerici, & duo cōnuersi, qui in Sacristia, vel in alio loco congruo omnia necessaria præparent, atque disponant; altare videlicet albis paramentis ornatū, supra quod sit crux velo operta; cum duo candelabra cū candelis, & puluinus cum missali: à latere verò sit credentia mappa munda apposita, supra quam imponantur duo candelabra cum suis cereis, missale, thuribulum cum nauicula, vas ad abluēdas manus cum pelui, seu lance, peluicula cum mica panis; linteum, quo celebrās præcingi debet, Itē & aliud linteum ad eius manus tergendas; & tredecim mappulæ ad extergendos pedes: Duo vasa, vnum refertum aqua calida, & alterum cōtinens aquam frigidam; peluis pro pedum lotione cum vasculo ad infundendam aquam.

32 Super altare, vel alio loco cōgruo sint paramenta pro celebrante violacea, videlicet amictus, alba, cingulum, stola, & pluuiale, pro ministris verò sint alba prout ad missā. Cærem. episc.

33 Ante altare sternatur tapetum; à latere epistolæ sit scamnum oblongum tectum panno viridi, vel tapeto, vbi sedeant tredecim quorum lauādi sunt pedes, quò Sacerdos dum lauat pedes supra pannum genuflectat. In alio verò loco ab altari remoto sit legile, ac missale supra illud apertum pro cātoribus: locus verò, mensa, ac vasa floribus, atq; herbis odoriferis conspergantur.

34 Omnibus præparatis post prādium, hora nimirum decimanona, si post officium habenda sit concio de passione Domini, sin minus hora vigesima datur signum tabula, & ministri conuenientes in Sacristia induuntur sacris vestibus, reliqui verò omnes superpelliceis; vltimus tādem omnium accedit celebrans, vt suis se induat vestibus: interim accēduntur cerei super altare, & credentiam, & quorum pedes lauāndi sunt, oēs dextero tātummodo nudato pede numero tredecim, clerici quidem superpelliceo induti, ad pręparatum

scamnum accedunt, & tunc datur secundum signum.

35 Thuriferarius dato secundo signo thuribulum cum prunis, Acolythus verò nauiculam ferens, & post eos ceroferarij accensa portantes cādelabra accedunt ad altare post ministros. Diaconus reposito libro euāgeliorum in medio altaris ministrat incensum, dicit *Munda cor meum*, ac petit benedictionem, & reliqua omnia præstat, vt fit ad euangelium, & ita cum Subdiacono, & alijs accedens ad latus euangelij Subdiacono librum apertum tenente cantat euangelium signando, & incensando librum more solito, & in fine Subdiaconus librum osculandū celebranti porrigit, quem Diaconus, vt moris est tandem incensat.

36 Cantato euangelio atq; thurificato celebrante, Acolythi deponūt thuribulum, & candelabra; celebrās verò adiuuantibus ministris deponit pluuiale, ac linteo præcingitur, & tūc cantores inchoant Añam, *Mundatum nouum, &c.* prout in missali.

37 Lauandi omnes sedent in scamno: Acolythi verò peluim ante primum lauandum ponunt floribus, & herbis odoriferis refertam, alius verò vrceum aqua calida plenum pro lotione tenet, & si opus sit frigida temperat: celebrans ante pedes primi genuflectit; à sinistris eius Subdiaconus pedem dextrum denudatum eleuatum tenet; Diacono verò à dextris aquam infundente pedem lauat, linteo tergit, & nullo crucis signo illum muniens osculatur, tum Acolythus trahit peluim ante sequentem, celebrans verò cum ministris eodem modo ante eum genuflectens eius dextrum lauat, tergit, & osculatur pedē, & sic singillatim vsq; ad vltimū deueniēndo peragit; clerici cum opus est peluim mutāt, vrceolos aquam continentes, & mātilia porrigunt.

Cæremon. episc.

38 Post pedū lotionem, celebrans, Acolythis ministrantibus, lauat, ac tergit manus, deponit linteum, ac resumpto pluuiali accedit ad altare, vbi ministris retro post eum stantibus, iunctis manibus, & facie ad altare conuersa dicit clara voce versus, & orationem prout in missali, ac denique his omnibus peractis celebrās, ac ministri sacras vestes exuūt, clerici verò omnia in suis locis benè ordinata reponunt.

37 Hora congrua dabitur tertium signum, ac dicetur Completorium eodem modo quo reliquæ horę fuerunt celebratæ, dum autem dicitur completorium accenduntur duo cerei ceræ communis, & circa finem accenduntur etiam cerei super altare, & candelabrum triangulare, non tamen lampades.

De officio feriæ sextæ Parasceuæ. Cap. XVIII.

1 PRo officijs in parasceue celebrandis, altare sit nudū, vt hesterna die, crucem habeat in medio velo nigro opertam, ita dispositam, vt facile detegi possit, cerei omnes sint ceræ communis, lampades concinnentur, vt suo tempore accendi possint.

2 Paramēta omnia erunt nigri coloris, tam pro celebrante, quam pro ministris, qui hac die planetis plicatis vtuntur: pro ijs ēt qui passionem sunt cantaturi tria paramenta, videlicet, amictus, albę cinguli, & stolæ nigræ præparētur. Præferēs crucem in pcessione vtetur planeta plicata; accipere aūt poterit planetā Diaconi

cum ille stola latiori indutus sit processurus.

3 Pro altari tẽpore quo celebrandum erit præparetur tobalea, necnon & pro credẽtia alia mappa, quæ nulla ex parte dependeant, puluinus nigri coloris, duo missalia; bursa intus habens corporale purificatoriũ quoq; peluicula cũ ampullis, & vasculũ chrystallinũ ad abluẽdos digitos: sit ẽt in prõptu pannus niger sternendus ante planũ altaris, cũ tribus puluinis nigris, cum celebrans, & ministris in principio sint procubituri: Tria lectorilia pro passione cantanda cũ suis missalibus; legile aliud in medio choro cum libro collocandum, omnia sint parata.

Cærem. episc. l. 2. c. 25. 4 Pro adoratione crucis præparetur tapetum, vel aliquis pannus violaceus, puluinus item violaceus sericus, auroque ornatus, & velum auro intextum: quod si pluribus in locis crucem adorandum ob populi frequẽtiã, exponi oporteat, poterũt hæc multiplicari; atq; ob id aliæ etiã cruces præparentur.

5 Pro processione sit in promptu crux processionalis detecta, duo cãdelabra cum cereis, duo thuribula, velum super humeros imponẽdum, atq; etiam baldachinum album, vt die hesterna.

6 Sub horam tertiamdecimam tabula dabitur primum signum, & clerici ad ecclesiam accedentes, adorato primum sanctissimo Sacramento excutiunt puluerem ab altari, à cãcellis, & ab exedris chori, & dimidiatæ horæ spatio dabitur secũdum, ac tertium signum, & tunc omnibus in chorum superpelliceos indutis conuenientibus dicuntur horæ, vt hesterna die; nec ad ipsas adhibentur luminaria.

Cærem. episc. 7 Dum dicitur Nona Acolythi supra credentiam tobaleã, sternũt, quæ eius planitiem nõ excedat: supra verò reponunt missalia, puluinum, bursam corporaliũ; ampullas cum peluicula, & mantili: vas pro ablutione digitorum cum purificatorio; & tobaleam supra altare impo nẽdam: & cum in fine dicitur Psal. *Miserere*, sternunt ante gradus altaris pãnum nigrum, ita vt infimo gradui inhæreat, supraq; imponũt tres puluinos: interea celebrans cum ministris accipiant in Sacristia sua quisque paramenta.

8 Post nonam omnibus dispositis proceditur ad altare, præcedentibus Acolythis sine luminibus, & ministris cum planetis plicatis: & cum ibi peruenerint omnes cruci genuflectunt, quod spetialiter hac die quoties ante crucem quis transit facere debet. Cons. mag. Rom.

9 Celebrans ac ministri æquè inter se distantes in plano supra pannum se prosternunt, caput supra infimum gradum altaris acclinantes: Acolythi verò hinc inde aliquantulum post ministros prostrati dum dicant semel orationem Dominicam iacent: mox surgentes extẽdunt tobaleam super altare, ita tamen ne eius planitiem excedat; deinde missale supra puluinum nigrum apertũ à latere epistolæ collocant, postea celebrantem, ac ministros monẽt, vt surgant; quibus surgentibus statim puluinos, ac pannum amouent, illi verò altare ascẽdũt. In choro interea oẽs genibus nituntur donec inchoetur prophetia, quę dũ cãtatur sedẽt.

10 Celebrãs altare ascẽdẽs illud in medio osculatur, deinde in cornu epistolæ accedens, astantibus ministris, Diacono videlicet à dextris eius, & Subdiacono à dextris Diaconi summissa voce legit prophetiã;

Acolythi verò interim ſtāt in plano retro poſt cantantem prophetiam.

11 Cantaturus lectionem ſtatim, ac celebrans altare aſcenderit, egreditur per oſtiolum à latere Euangelij, ferens librum ambabus manibus ante pectus eleuatum, & facta ante altare cruci reuerentia procedit ad cornu epiſtolę, ibiq; in tono prophetię cantat Lectionem, inflectēdo vocem in fine, qua cātata facit rurſum in medio genuflexionem, & ad chorum per latus epiſtolæ reuertitur. Direct. chori Ro.

12 In choro, dicta Prophetia, cantatur Tractus, tum miniſtri recedunt vnus poſt alium, & celebrans dicit, *Oremus*, Diaconus verò primus omnium genuflectens, & cum eo alijs omnibus, excepto celebrante, dicit *Flectamus genua*, Subdiaconus verò erigens ſe, primus omnium in eodem tono quo celebrans, & Diaconus, dicit, *Leuate*, & tunc omnes ſurgunt. Rit.miſſ. V.5.

13 Subdiaconus, dum dicitur oratio à celebrante, deponit planetam plicatam, ac poſtea loco ſolito epiſtolæ cantat Lectionē, qua completa celebrantis manum nō oſculatur, ſed repoſito libro in manu Acolythi reſumit planetam, ac celebranti aſſiſtit.

14 Cantaturi paſſionem dum dicitur lectio in Sacriſtia induunt ſe ſtola nigra tranſuerſa ſuper albam, & Acolythi ponūt tria lectorilia ad latus Euangelij. Diaconus verò celebranti ſummiſſa voce legenti Lectionem, & Tractum, in cornu epiſtolæ aſſiſtit, vſque ad illam partem quæ dicitur in tono Euangelij, quò cum peruenerit aliquantulum verſus crucem inclinatus, dicit. *Munda cor meum, &c.* cum autem totam paſſionem compleuerit, ſtans iunctis manibus conuertit ſe ad cantores, miniſtri verò eodem modo ſtant poſt celebrantem.

15 Circa finem Tractus cantaturi paſſionem procedunt eodem ordine, & modo, quo Dominica præcedenti, & proſequuntur vſque ad illa verba quæ dicenda ſunt in tono Euangelij, ad quæ cum peruenerint, debita peracta reuerentia, recedunt: Acolythi verò remouent lectorilia. Sup.l.3. c.14.n.12

16 Diaconus cantaturus illā partem, quæ dici debet in tono Euangelij depōſita planeta plicata, accipit ſtolam latiorem, & repoſito libro Euangeliorum ſuper altare, genuflexus in gradu medio dicit *Mūda cor meum, &c.* non tamen petit benedictionem, ſed vt fit in miſſis pro defunctis, aſſiſtentibus duobus Acolythis ſine luminaribus, loco ſolito accedit ad cantandam illam partem, quam nec ſignando, nec thurificando librum cantat, neq; in fine celebranti liber oſculādus traditur.

17 Ea paſsionis parte completa celebrans in eodem cornu epiſtolæ ad altare conuerſus iunctis manibus immediatè cantat. *Oremus dilectiſſimi, &c.* deinde à Diacono dicitur *Flectamus genua*, à Subdiacono vero *Leuate*, illo primum genuflecten te hoc primum ſurgente, & tantum celebrans non genuflectit; ſed extēſis manibus cantat orationem: eadem regula in cæteris orationibus ſeruetur, vt ſcilicet prima oratio qua indicitur quid vel pro quibus eſt orandum, iunctis manibus dicatur, quod verò ſequitur dicatur extenſis manibus: ad orationem pro Iudæis non dicitur *Oremus*, neq; *Flectamus genua*. Rub.gen. miſ.

De crucis denudatione, & adoratione.

18 Abſolutis orationib⁹ celebrās in eodē cornu epiſtolæ deponit caſulā,

& accedens ad angulum posteriorē, facie ad populum conuersa, accipit à Diacono crucem, quam ille asportat ab altari: ministri autem stant hinc inde faciebus ad inuicem conuersis, ponè verò Acolythi: & celebrans, adiuuante magistro cæremoniarum, detegit summitatem crucis vsque ad transuersum, & ambabus manibus illam eleuans graui voce cantat. *Ecce lignum crucis*: quod cū dicit, omnes aperto capite surgunt; ministri verò vna cum magistro cæremoniarum, & Acolythic illis assistentibus eodem tono prosequuntur *In quo salus mundi pependit*. & chorus eodem pariter tono respondet. *Venite adoremus*: ad quæ verba omnes, excepto celebrāte, genuflectūt. Deinde procedit ad anteriorem angulum epistolæ, & vna cū ministris detegit brachium dextrum crucis, & caput crucifixi, eamque aliquantulum eleuans altiori voce dicit, *Ecce lignum crucis*, *&c.* & eadem fiunt, quæ prius. Tertio procedit tandem ad medium altaris, vbi stans, vt supra facie ad populum cōuersa, totam denudat crucem, eamq; eleuans altius dicit, *Ecce lignū crucis*. & ministri, ac chorus pariter altius respondent, atq; vt supra genuflectunt.

Cærem. episc.

19 Acolythi statim extendunt tapetum, vel pannū violaceum in medio ante gradus altaris, & supra infimum gradum ponunt puluinum, & desuper velum sericeum ad hoc vt supra præparatum: tunc celebrās solus deferens crucem ambabus manibus eleuatam sine ministris ad locum præparatum descendens genuflexus, adiuuante magistro cæremoniarum, ipsam supra puluinum reponit, & surgens præcedentibus Acolythis, ac ministris in chorum recedit per ostiolum à latere epistolæ, ibique depositis calceamentis paulo ante ministros, qui planetas plicatas, ac pariter calceamenta debēt reponere, egrediens à latere Euangelij ter genuflectens crucem adorat, Primo quidem in egressu ostioli: Secundo in loco medio: ac tertio ante ipsam crucem, breuiter orans; quod vbi compleuerit pedes crucifixi deuotè osculatur ac surgit; idipsum pariter præstāt ministri, quibus surgētibus, simul cū celebrāte cruci genuflectunt, ac redeūtes in choru per latus epistolæ quilibet sua calceamenta resumit.

20 Si adsint Prælati, immediatè post celebrantem, & ministros eodē ordine crucem adorant, tum Sacerdotes suo quisq; ordine, deinde clerici; ac tandem laici conuersi mantelos deferentes, omnes discalceati ex eodem latere egredientes, ter æquali spatio, vt supra, genuflectentes osculantur pedes crucifixi, deinde surgentes genuflectunt cruci, & per latus epistolæ in chorum redeunt: in hac autem adoratione nulla prorsus mora interponatur, sed cum primi procedunt ad secundam stationem, alij sequētes egrediantur, & primis accedentibus ante crucem, sequentes in loco medio genuflectant, & sic deinceps, cauentes ne orationem nimium protrahant. C.N.

21 Post conuersos sequuntur seculares, & inter ipsos primū vbi est Congregatio oratorij sodales ex ordine, tum reliqui omnes: pro mulieribus verò, si videbitur, poterit expandi aliud tapetum eodem modo cum puluino, & velo, crucem verò illuc defert Diaconus ministrans, vel Sacerdos stola nigra indutus supra superpelliceum: pariter si visum fuerit crux exposita extra, cancellos C.N.

aspor-

asportari à Diacono poterit, & tunc Acolythi tapetum aptabunt loco congruo.

22 Ante crucem decet, vt aliquis Acolythus genuflexus deuotè assistat; & cum res postulauerit arceat tumultuantes, confusionem auertens.

23 In choro, statim ac celebrans ad adorandam crucem procedit, cãtores incipiunt improperia, quæ à quatuor designatis, duobus videlicet in primo choro, & duobus in secundo, vsq; in finem cantantur, atq; etiam, si non sit completa adoratio poterũt sæpius, si opus sit, repeti ab Hymno *Pange lingua, &c.*

De processione, & reliquo officio.

24 Circa finem adorationis Subdiaconus ad deferendam crucẽ designatus induit se sacris vestibus, planeta nimirum plicata eaq; nigra super albam: crux processionalis detegitur, ceroferarij verò cereos accendunt; pariter in altari cerei, ac lampades accenduntur.

25 Diaconus ministrans, accepta stola latiori, acolytho præcedente, per latus epistolæ egrediens, accipit bursam corporalium à credentia cũ purificatorio, eamq; eleuatam defert super altare, vbi cum debitis reuerentijs accedens, expandit corporali in medio; Acolythus verò interim trãsfert librum cum puluino ad latus Euãgelij, cuius folia à Diacono voluuntur, ac congruè disponũtur. Interim celebrans, ac Subdiaconus planetas resumunt, ac tandem Diaconus expanso corporali accedit ad crucem, eamque cum debitis reuerentijs vtraq; manu accipit, & super altare reponit, atq; deniq; ad celebrantem redit. Acolythi interim tapetum cum puluino remouent: sic etiam si alia crux sit exposita ab aliquo Sacerdote stola induto resumitur reuerenter, clericis tapetum remouentibus.

26 Interea in sacello, vbi Sacramentum repositum est disponuntur candelabra, vt commodè adiri possit, præparatur ibi velum super humeros celebrantis imponendum, & baldachinum.

27 In choro distribuuntur candelæ, quæ non accenduntur, nisi vbi ventum fuerit ad sacellũ Sacramenti, ordinatur tamen processio, in qua præcedunt thuriferarij cum duobus thuribulis, immediatè post sequitur Subdiaconus deferẽs crucem paratus, vt supra, medius inter ceroferarios cum candelabris accensis, sequuntur reliqui ex ordine, bini more solito deuotè cum silentio incedentes, vltimo sequitur celebrans medius inter ministros, qui omnes ante altare transeuntes cruci genuflectunt, quod hac die semper præstandum est. In altari aliquis custos remaneat, qui vt ibi in regressu processionis nauicula prę stor sit curabit nec non etiam vas cum prunis pro Thuribulo. Consul. magist. Rom.

28 Vbi processio peruenerit ad sacellum prædictum, deferens crucem sistit medius inter ceroferarios, reliqui ordinatè hinc inde per girũ, iuniores quidem propè crucem, seniores verò propè Sacramentum, ibiq; omnes cereos accendunt, atq; genuflectunt: celebrans cum ministris, & post eos Acolythi deferentes thuribula ascendentes ad locum, genuflectunt supra gradus, & postquam aliquantulum orauerint per Diaconum aperitur capsula, deinde celebrans surgit, ac ministrante Diacono, vt die hesterna immittit incen-

sum

non in vtraque thuribulo, non tamē benedicit, neque Diaconus eius manum osculatur, deinde ter Sacramētum incensat profundè antea, & postea inclinans, & reddito thuribulo Diacono per Subdiaconum velū super humeros celebrantis imponitur; & Diaconus, debitis adhibitis reuerentijs acceptum Sacramentum celebranti adhuc genuflexo porrigit. & extremitatibus veli tegens, & ipse genuflectens adorat, tunc celebrans surgens, & ambabus manibus calicem ante oculos eleuatum tenens conuertit se ad populum; & cantoribus inchoantibus Hymnum, *Vexilla Regis prodeunt, &c.* omnes surgentes procedunt, ordine quo venerant: & ad altare thuriferarijs Sacramentum continuè incēsantibus: celebrās, medius inter ministros eius brachia sustinentes sub baldachino summissa voce alternatim cum ipsis Hymnos, & Psalmos recitando, vltimus omnium procedit.

Consul. magist. Rom.

29 Cum intra presbyterium ante altare peruenerint Subdiaconus deferens crucem, cum iam sit completa processio, eam reponit, ceroferarij pariter candelabra supra credētiam collocant: crux verò vel in Sacristiam ab aliquo Acolytho transferri poterit, vel loco congruo collocari Subdiaconus verò cum Acolythis propè altare genuflectat, reliqui verò ex ordine facta prius cruci ante altare genuflexione, hinc inde circumcirca, ita tamen ne locum credentiæ impediant, se collocabūt, & ita cereos accensos in manibus tenentes vsque in finem assistunt.

30 Celebrans Sacramentum portans cum ante cācellos peruenerit, vel vbi non sunt cancelli ante gradus presbyterij, remouetur baldachinum, & tunc omnes circumcirca genuflectunt: vbi verò peruenerit ante gradus altaris Diaconus ante celebrantem genuflectens de manu eius calicem accipit, & tunc statim celebrans genuflectit, Diaconus verò reponit calicem super corporale cum debitis reuerentijs; & interim thuriferarius infundit prunas in alterum thuribulum.

31 Reposito calice super altare Diaconus accedit ad celebrantem, qui surgens assistentibus ministris, immittit incensum in thuribulo sine benedictione, & Diacono ministrāte sine osculis, quod in toto hoc officio seruari debet, genuflectentibus celebrante cum ministris in infimo gradu altaris, ter Sacramentum incensat, profundè ante, & postea inclinans. Cærem. episc. lib. 2. c. 25.

32 Incensato Sacramento celebrās cum ministris ascendit altare, & ibi reuerenter genuflectentes adorant; tum Diaconus calicem detegit, patenamque ambabus manibus tenet; celebrans verò deponit hostiam ex calice super patenam, si fieri potest non tangendo illam, quod si tetigerit, abluit statim digitos in vase sibi à Subdiacono in cornu epistolę porrecto, deinde accipit patenam cum hostia, quam à Diacono sine osculis porrectam, nihil dicendo, neque signum crucis cum ipsa formando super corporale reponit: Interim Diaconus immittit vinum in calicem, & Subdiaconus in cornu epistolæ stans aquam infundit, sine benedictione, celebrans nihil dicens eodem modo ipsum super corporale collocat, & Diaconus palla tegit.

33 Tum ministrante Diacono, celebrans, nihil dicens, immittit incensum in thuribulum, & assistentibus ministris hinc inde incensantur oblata, & interea celebrans dicit. *In-*

Rub.par. missl.

censum istud,&c.& *Dirigatur,&c.* & reddens thuribulum Diacono dicit. *Accendat,&c.* ipse verò non incensatur;neque alius quispiam ; sed extra altare ad latus epistolæ lauat manus nihil dicens.

34 Post manus lotas celebrās rediēs ad medium altaris genuflectit, & Subdiacono recedente in medio post infimum gradum, Diacono verò ad librum accedente, inclinatus, iunctisque manibus super altare dicit, *In spiritu humilitatis,&c.*deinde genuflectens vertit se ad populum in cornu euangelij, & dicit. *Orate fratres, &c.* nec complet circulum,ne terga vertat Sacramento, sed per eandem viam reuertitur ad medium, vbi nemine respondente. *Suscipiat, &c.* atque omnibus alijs omissis, immediatè dicit. *Oremus. Praeceptis, &c.* & hoc more solito iunctis manibus ; subdens verò postea,*Pater noster,&c.* extendit manus, & interim Diaconus post eum stat ; & in fine chorus respondebit. *Sed libera nos à malo.* Ipse verò posteaquā secreto dixerit. *Amen,* eodem tono, atque manibus extensis, dicet, sine *Oremus. Libera nos, &c.* & in fine chorus respondebit.Amē.

35 Celebrans deinde facta vsq; ad terram reuerentia supponit ipsemet patenam hostiæ,quam sinistra posita super altare, dextra accipit, & eleuat,ita vt ab omnibus videri possit, & statim deponit,oculis semper in eam intendens : tunc Diaconus discooperit calicem, ipse verò illam diuidit in tres partes, quarum vnam immittit in calicem more consueto, nihil tamen dicens ; & cooperto calice à Diacono genuflectit, ac statim surgens, dicit secretè, vt alias, *Perceptio Corporis,&c.* alijsq; omnibus omissis, rursus genuflectens accipit patenam cum hostia, dicens. *Panem cælestem, &c.* & percutiens pectus ter dicit. *Domine non sum dignus.* & continuat signans se Sacramento *Corpus Domini,&c.* & illud sumit reuerenter : Deinde Diaconus calicem detegit, ipse verò nihil dicens, neque se signans sumit vinum,& aquam, cum particula in calice existente, quo facto omnes surgunt, & recedentes in chorum tunc, & non prius extinguunt cereos, & funalia.

Cærem. episc.lib. 2.c.26.

36 Celebrans interim in altari nō purificat calicem,sed tantum in cornu epistolæ abluit digitos, & in medio altaris inclinatus iunctisq; manibus dicit, *Quod ore sumpsimus, &c.*& nihil aliud : Subdiaconus verò calicem tergit,& descendentes in planum facta altari reuerētia accepto bireto in chorum se rec p[illegible], vbi senior inchoabit pro Vesperis Antiphonam. *Calicem &c.* cantores verò Psalmos : in altari dum dicuntur Vesperæ cerei sint accēsi, & reliqua fiunt, vt hesterno die : Acolythi altare denudātes omnia in Sacristiam asportant; & dicta oratione, *Respice,*&c.tabula datur signum,vt fit in salutatione Angelica,& cerei in altari,& parietib⁹ extinguūtur,oēsq; silētio absq; vlla salutatione discedūt. Cærem. Pet. de Roys.

37 Si pyxides cum hostijs consecratis sint in sacello prædicto,reportentur ad aliud sacellum loco remoto adhoc præparatū, ac benè dispositum cum luminaribus,&c.

39 Vesperi hora cōgrua,videlicet circa vigesimam primam,ter tabula dato signo celebrabitur officium, vt die præcedenti, quo completo præparētur necessaria pro officio sequētis diei, ac per magistrum cæremoniarum celebrans, ac ministri de agendis die crastina moneantur.

De Sabbatho Sancto: Cap. XIX.

De præparandis pro officio huius diei.

1 PRo officio Sabbathi sancti vesperi amoto baldachino violaceo imponatur album: locus vbi cereus paschalis est imponendus accommodetur, siue sit candelabrum, siue simulacrum Angelicum candelabrum tenens,& prope candelabrũ aptetur pulpitũ ornatum facie ad populũ conuersa,vel saltim legile panno albo opertum. Lampades argenteæ, vel deauratę sollemniores appendantur,& benè concinnantur, vt suo tempore facilè accendi possint. Altaria, parietes,chorus, & omnia pretiosioribus paramentis ornentur, supra verò altare palliolo violaceo operiatur. Vasa cũ aromatibus propè altare disponãtur: legile pro prophetijs cantandis cum suo libro sit præparatum; scamnum à latere epistolæ panno violaceo pro celebrante,& ministris accommodetur.

2 In Sacristia paramenta duplicia, violacea,videlicet,& alba, eaq; sollemniora parentur, & omnia necessaria pro missa sollemni, crux etiam processionalis,cum vase aquæ benedictæ,& thuribulo. Incensum cum quinq; granis in peluicula argẽtea, cereus Paschalis,& arundo cum tribus candelis.

3 Et si Rubrica missalis mandet, vt ignis benedicatur ante fores, vel in atrio ecclesiæ, inhærendo tamen cæremoniali commodius benedicetur in loco cõgruo extra ecclesiam, vbi Diaconus benedicto igne commodè possit,depositis violaceis, alba paramenta accipere, idcirco intra claustra paretur locus pro igne benedicendo cum sua mẽsa, qui vndequaque flosculis,& herbis odoriferis cõspergatur,similiter, vbi procedendum est extra ecclesiam locus flosculis,& herbis conspergatur.

Cærem. episc.l.2. c.28.

4 Circa horam tertiam decimam habita ratione, ne in sollemnitate Paschali pręueniamus ecclesiam cathedralem ter tabula dabitur signũ, & tertio signo dato hora videlicet, tertiadecima cum dimidio celebrantur horæ sine luminaribus.

5 Dum in choro cantantur horæ, præparentur in loco, quo benedicẽdus est nouus ignis; thuribulum, cũ nauicula; vas aquæ benedictæ cum asperforio, bacile argenteum cũ incenso; missale cum suo tegumento violaceo, à latere verò sit crux processionalis cum hasta,ex altero verò latere arundo cum tribus candelis propè verò mensam sit foculus cum igne recens excuso, & candela cum fomite sulfureo,seu lignis sulfuratis, nec non etiam forcipes ad accipiendos carbones, præparetur etiam in eodem loco cum stola, & manipulo albi coloris pro Diacono.

6 In altari à latere euangelij in plano supra candelabrum aptetur cereus paschalis; à dextris verò sit pulpitum, vel iuxta consuetudinem ecclesiarum legile,velo argẽteo,vel aureo ornatum: ac desuper imponatur puluinus aureus,vel argenteus à latere verò epistolæ supra altare sit puluinus violaceus, & missale apertum cum suo tegumento violaceo; supra verò credentiam aliud pro præconio cantando apponatur. Cærem. episc.

7 Omnibus modo præscripto dispositis, atque ministris à Magistro cæremoniarum benè instructis, habeat Diaconus cantaturus præco-

nium

nium notatum in schedula nomen Imperatoris, & si non sit coronatus dicat. *N. electum Imperatorem*, post quem addat etiam Regis, Ducis, vel Reipublicæ Principis nomen, eius inquam, in cuius ditione officium celebratur, dicens, *Necnõ ad catholicum Regem nostrum. N.* si in ditione Regis Hispaniarũ sit; vel *ad Christianissimum Regem nostrum. N.* si in Regno sit Galliæ, vel *ad Serenissimum Ducem*, vel *Magnum Ducem*, seu etiam *Archiducem*, si in eorum ditionibus sit: subdens postea *Quorum tu Deus, &c.* & in fine concludens semper, *Cum omni populo suo.*

Cõf. proban.

De benedictione noui ignis, & processione.

8 Dum dicitur Nona celebrans, ac ministri paramenta violacea in Sacristiam accipiant, completaque Nona præcedente Clero accedunt ad locum statutum, vt benedicant nouum ignem, vbi cum peruenerint Subdiaconus accepta cruce sistit se à dextris celebrantis; post celebrãtem stat Diaconus, circumcirca verò clerus: tunc Acolytho tenente librum apertum ante celebrantem, ille aperto capite, & iunctis manibus, dicit summissa voce. ℣. *Dominus vobiscum*, & orationẽ, *Deus qui filium tuum, &c.* & cum format signum crucis super ignem Diaconus à dextris eleuat anteriorem fimbriã pluuialis: & dictis tribus primis orationibus pro benedictione incensi, quod Acolythus stãs à dextris eius in vase tenet, dicit sine *Oremus. Veniat quæsumus, &c.* & thuriferarius assumẽs cum forcipe ex carbonibus benedictis ponit in thuribulum: & Diacono ministrante imponit incensum in thuribulum, quod more solito benedicit; deinde, Diacono cum osculis ministrante aspersorio, ter aspergit ignem, & grana, dicens Antiphonam *Asperges, &c.* sine Cantu, & sine Psalmo. eodem quoq; modo ter pariter ministrante Diacono thuribulum adolet incenso; & tunc Sacrista accedit ex nouo igne cum lignis sulphuratis cãdelam, qua Acolytho designato propè Diaconum deferendam tradit: accendet etiam ad cautelam laternã, quam aliquis ex conuersis ante ostium ecclesiæ defert.

9 Diaconus statim peracta benedictione deponit paramenta violacea, & induit se stola trãsuersa, Dalmatica, ac manipulo albis: & tunc proceditur extra ecclesiam per claustra, vel per ostium, vnde patet aditus ad domum: præcedit thuriferarius cum thuribulo fumigante, à sinistris eius Acolythus grana incensi deferens, postea sequitur Subdiaconus deferens crucem, sequuntur reliqui bini ex ordine: vltimus omniũ celebrãs pluuiali violaceo indutus, Immediatè tamen ante eum procedit Diaconus albis vestibus, vt supra indutus, deferens vtraq; manu arũdinem cum tribus candelis, à sinistris habens Acolythum deferẽtem candelam accensam.

10 Ingrediente Diacono ecclesiã, omnes detecto capite sistunt, ipse autem inclinat arundinem, & ex candela, quam defert Acolythus accensam, vna ex tribus cãdelis accenditur, & tunc eleuãs arundinem genuflectit, & omnes alij pariter cum ipso, excepto Subdiacono deferente crucem: tunc Diaconus tono mediocri cantat. *Lumen Christi*, quo audito celebrans, & omnes surgunt, & chorus respondet in eodem tono. *Deo gratias.* eodem modo pro-

Rub.par. miss. Cærem. episc.

cedendo in medio ecclesiæ sistitur, ibique altera candela eodem modo, vt supra accenditur, & omnibus genuflectentibus altiori voce Diaconus cantat. *Lumen Christi.* & similiter per chorum respondetur. *Deo gratias.* Tertio tandem ante gradus altaris accenditur tertia candela, & genuflectitur, atque cantatur altiori voce, *Lumen Christi.* chorusque pariter surgentibus omnibus respondebit, vt supra, *Deo gratias.* & tum clerus recedit in chorum, celebrans verò ad altare ascendens stat in cornu epistolę pariter pluuiali indutus, vt antea.

De præconio, & prophetijs.

11 Diaconus arundinem Acolytho qui candelam accensam gestabat tradit, & accepto libro de manu magistri cæremoniarum accedit ante celebrantem, ab eoque genuflexus petit benedictionem, vt fit ad euangelium, dicens. *Iube domne benedicere.* cui celebrans respondet. *Dominus sit in corde tuo*, prout in benedictione ad euangelium, sed loco *Euangelium suum*, dicit. *suum Paschale præconium.* prout in missali; dicēs verò, *In nomine Patris, &c.* eum benedicit, ipse verò more solito eiusdem celebrãtis manum osculabitur, & cum debitis reuerentijs librum vtraq; manu portans accedit ad pulpitum: præcedit thuriferarius, & cum eo Acolythus deferens grana incensi; sequuntur Subdiaconus cum cruce, & Acolythus deferens arundinem, & vltimus omnium procedit Diaconus, qui vbi peruenerit ad legile, seu sugestum super illud librum aperit, ac ter incensat: Subdiaconus interim tenens crucem facie conuersa ad celebrantem, stat extra sugestum à dextris Diaconi, & eodem latere post Diaconum stat thuriferarius, à sinistris habens Acolythum cum granis: extra sugestum verò à sinistris Diaconi stat is qui fert arundinem. Et celebrans in altari stat iunctis manibus à latere epistolæ, facie conuersa ad latus euangelij, prout quando cantatur euangelium, & cum incipit Præconium, omnes detecto capite surgunt.

12 Diaconus, incensato ter libro, non signans seipsum, neque librum immediatè incipit. *Exultet, &c.* prosequendo manibus iunctis: cum verò grana incensi in cereo figēda sunt accedit ad cereum, qui, si locus non sit cõgruus, portabitur ad pulpitum initio Pręconij ab aliquo Acolytho ad id designatō, & accedente Acolytho cum granis incensi figit ea in modum crucis, primum in superiori parte: secundum in media: tertium in infima: quartum in dextera ipsius cerei; ac quintum deniq; in sinistra. Cum verò accendendæ sunt lampades, aliquantulum moræ facit, & tunc Acolythus adhoc delectus, lumine accepto ex vna è tribus candelis accendit lampades. Cærem. episc.

13 Finito præconio Diaconus claudit librum, & præcedentibus, thuriferario cum Acolytho, qui detulit grana, sequuntur Subdiaconus deferēs crucem, à sinistris verò eius erit Acolythus cum arundine, & vltimus omnium Diaconus, qui in Sacristiam depositis albis paramentis, induet se stola, manipulo, & planeta plicata violaceis, & accedit ad altare, vt assistat celebrãti: Subdiaconus pariter crucem deponit, & qui ferebat arundinem figit eam in aliquo pede firmo à latere euangelij præparato: celebrans interim stans in altari deponit pluuiale, & induit

se casula violacea, atq; manipulum accipit: Acolythus legile nudum ante altare in plano pro prophetijs cantandis collocat.

14 Cātaturus prophetiā egreditur è choro per ostiolū à latere euangelij,& procedens in medium, debitis peractis reuerentijs, illam cantat voce quidem intelligibili,& sonora,sed expeditè:Interim celebrās summissa voce illam legit in altari à latere epistolæ astantibus Diacono à dextris eius,& Subdiacono à dextris Diaconi:finita prophetia lector cū debitis reuerentijs recedit per ostiolū à latere epistolæ,ꝙ si sit dicendum *Flectamus genua*.non ante recedit,quā per Subdiaconum fuerit dictum.*Leuate*. eodem quoq; modo ad prophetias cantandas alij designati successiuè procedunt.

15 Dum celebrans dicit orationē post prophetiam,Diaconus,& Subdiaconus stant ponè, & dicunt cum opus est,*Flectamus genua*, & *Leuate*.eodem modo,quo supra.

Sup.c.18 nu.12.

16 Licebit celebranti,post lectam prophetiam vna cū ministris operto capite in scamno à latere epistolæ præparato sedere ,& tunc circa finem prophetiæ ad altare rediens, facta ibi in medio profunda inclinatione accedit ad librum.

17 Vltimam prophetiam à Sacerdote cātari decet,quem Acolythus comitabitur;eaq; completa amouetur legile, & celebrās cum ministris oratione dicta, depositis planetis se ante altare prosternūt,ibiq; ab Acolythis prius supra infimum gradum aptantur tres puluini violacei: & in choro omnibus genuflectentibus à designatis cantoribus in medio genuflexis cantantur statim Latiniæ, vtroq; choro idem repetēte. Versus verò: *Per sanctam Resurrectionem tuam* geminatur , ac lætiori voce cantatur.

Cær.em. Paris de Crassis l. 2.c.48.

18 Dum dicuntur Litaniæ Sacrista,vel deputatus ad communionem stola alba indutus, ac velo pretioso, super humeros imposito,præcedentibus quatuor Acolythis cum intortitijs accensis,acceptum sanctissimū Sacramentum è sacello, in quo fuerat reconditum, reportat ad tabernaculum altaris.

19 Interim Clerici iuniores in Sacristia accipiunt omnia paramenta alba, eaq; pretiosiora pro celebrante,& ministris,singuli, singula accipientes, & præcedente magistro cęremoniarum, à quo ducuntur procedunt in choro; primo quidem thuriferarius cum thuribulo , post ipsum deferens missalia cooperta integumēto pretiosiori cum velo oblongo super humeros Subdiaconi imponendo. alius defert ampullas cum peluicula, alius calicem; alius stolas cum manipolis; duo alij tunicellam,ac dalmaticam ; vltimus casulam;& cum in medio chori peruenerint,deferētes missalia, & reliqua quæ ad missæ celebrationem deseruiunt singula suis locis supra credentiam,& altare adaptant ; reliqui verò in choro expectant celebrantem cum ministris.

20 Celebrans cum ministris vbi peruentū fuerit ad illa verba *Peccatores* surgunt, & cum debitis reuerentijs chorū per latus epistolæ ingrediuntur,vbi depositis violaceis, alba indumenta accipiunt: interim Acolythi amouent ab altari palliolum violaceum, accendunt cereos super altare,& parietes,& omnia pro missa cantanda adaptant.

21 Sub finem Litaniarū,ministris indutis , & omnibus benè dispositis celebrans aspergit ministros,ac mo-

re solito, sollemniter ad altare procedit, præcedentibus thuriferario, ac ceroferarijs, & in plano ante gradus altaris facit cum ministris cõfessionem, ac dicit Psal. *Iudica me Deus, &c.* cũ ℣. *Gloria Patri*: in choro verò dictis Litanijs omnes surgunt, & cantant *Kyrie eleison*, nouies lentè, vt celebrans thurificare commodè possit altare, quo præstito, & ipso à Diacono incẽsato in cornu epistolæ vna cum ministris dicet alternatim voce summissa, *Kyrie eleison*, quibus à choro completis stãs in medio intonabit Hymnum, *Gloria in excelsis Deo, &c.* & tunc campanæ omnes pulsantur.

22 Post epistolam ter celebrãs cãtat, *Alleluia*, semper eleuans vocem gradatim, choro post quamlibet vicem idem, eodem tono respondente, deinde Subdiaconus eius manum osculatur; Diaconus verò ministrat incensum, dicit *Munda cor meum.* & subdens, *Iube domne benedicere*, benedictionem petit; non tamen ad euangelium deferuntur luminaria, sed Acolythi sine cereis assistunt, medium habentes Subdiaconum. In principio Diaconus librum incensat, & celebrantem in fine postquam osculatus fuerit librum, quę omnia vt moris est peragi debent.

23 Post euangelium non dicitur, *Credo*, neq; *Offertorium*, sed Subdiaconus proximè defert calicem cum bursa corporalium, quæ à Diacono explicãtur. Ad Psal. *Lauabo*, dicitur ℣. *Gloria Patri*. In Præfatione, dicitur. *In hac potissimum nocte*. Dicto *Pax Domini*, nõ dicitur *Agnus Dei*, neq; datur pacis osculum, dicuntur tamen tres consuetæ orationes ante communionem.

24 Si qui pro suæ pietatis studio communionem petant, quod præcipuè contingere solet, cum hæc dies in Annũciationem incederit, in alio altari extra missam Sacramentum percipiant.

25 In choro post sanguinis sumptionem senior, annuẽte magistro cæremoniarum, inchoabit añam. *Alleluia*, quã chorus persequitur, & cantores in primis sedibus chori inferioris inchoabunt Psal. *Laudate Dominum omnes gentes, &c.* In altari verò celebrãs sumpta purificatione dicit voce summissa in cornu epistolæ, assistente Diacono, loco cõmunionis, Añam, & Psalmum. Repetita verò aña à choro stans ibidem inchoat añam. *Vespere autem Sabbathi, &c.* quæ à choro exequitur, ipse verò voce summissa eam complet; deinde ministrante Diacono ponet thus in thuribulum, ac benedicit, & altare incensato, ipse stans in cornu epistolæ à Diacono incensabitur, qui thuribulo tradito assistit celebranti dum summissa voce in altari legit Cãticum *Magnificat*, & antiphoam *Vespere, &c* Subdiaconus verò interim incensat chorum, & rediens etiã Diaconum, Acolythos, & populum. Cærem. Pet. de Roys.

26 Repetita aña à choro celebrãs osculato altari in medio conuertens se ad populũ dicit, *Dominus vobiscum.* & in cornu epistolæ cãtat orationę. *Spiritum nobis.* & reliqua; Diaconus dicens *Ite missa est*, addit bis *Alleluia.* & Chorus respõdens. *Deo gratias*, pariter iterabit *Alleluia*, & in fine dicto Euãgelio S. Ioannis redeunt præcedentibus ceroferarijs in Sacrarium.

27 Post missã in altari extinguuntur cerei, etiam Paschalis, & quæ in arundine sunt candelæ asportantur; duæ saltim in altari candelæ accensæ remaneant: ecclesiæ fores hodie ne claudantur, nam Paschalis sollemni-

lemnitas à missa Sabbathi sancti initium sumit.

28 Si quis ex æqua causa hac die vellet priuatè celebrare, poterit iuxta doctrinam Dominici à Soto, quã recentiores sequentur, & Franciscus Suarez practicè tutam, excluso scandalo, existimat, ab ea hora, qua incipit, vel incipere potest sollemne Paschale officium; nec tamẽ sine rationabili causa fieri debet, videlicet, vt ait Azor, si multi sint, qui eo die cõmodè sacrificio publico, & sollemni interesse non possint, tunc potest superior facultatem cõcedere, vt vnus Sacerdos priuatim sacrificet in aliquo sacello. In quo casu Sacerdos priuatim celebrans congruum esset vt à Litanijs inciperet; nã Micrologus post baptismum suis tẽporibus presbyteros priuatim celebrare hac die cõsueuisse innuat, nõ.n. à Lectionibus, sed à Litaniis incipere consueuisse affirmat. post Litanias verò quæ flexis genibus dici debent Sacerdos surgens facit confessionẽ cũ Psal. *Iudica me Deus, &c.* & altare ascendens illoq; in medio osculato dicit nouies *Kyrie eleison.* & reliqua prout in Missali prosequitur, & pro cõmunione dicit Añam, *Vespere aũt Sabbathi*. De hac aũt priuata missa qũo hac die dici possit potius videãtur Suarez p. 3. tom. 3. disp. 80. sect. 2. Azor in sum. p. p. lib. 10. cap. 34. & Microlog. de ecclesiast, obser. c, 53.

Soto.

Suarez. to. 3. disput. 80. sect. 2.

Azor. sum. p. p. l, 10. c. 24

Micrologus lib. de eccl. obserua. c. 53.

29 Vesperæ si dicantur extra chorum, dici debet secreto *Pater noster*, & *Aue Maria*, deinde ℣. *Deus in adiutorium, &c.* cum *Gloria Patri, &c.* & *Alleluia*, postea aña *Alleluia, &c.* cum Ps. *Laudate, &c.* & reliqua prout in Missali, & Breuiario, & in fine loco, *Ite missa est*, dicitur *Benedicamus Dño, alleluia, alleluia*, & cõtinuo *Fideliũ animæ*, & *Pater noster* secreto æquum enim est, vt huic officio suum sit principium, & finis.

Cær. em. Pet. de Roys.

30 Ad Completorium bis pulsantur campanæ dicitur Capitulum, fit confessio, cum ℣. *Cõuerte*, & *Deus in adiutorium*, & dicto *Alleluia*, immediatè cantore inchoante dicuntur quatuor Psalmi consueti, post quos celebrãs immediatè inchoabit añam *Vespere autem Sabbathi*, quæ nõ iteratur in principio; sed cãtor inchoabit canticũ. *Nunc dimittis*, & in fine à choro cantabitur añã, *Vespere aũt Sabbathi, &c.* quo facto celebrãs dicit ℣. *Dominus vobiscum*. & oratio nem, *Visita, &c.* & in fine altiori tono inchoabit añam, *Regina cœli, &c.* & interea omnes stant etiam dum datur signum campanæ, quod toto tempore Paschali seruabitur.

Cærem. episc.

De Festo sancto Pascha, & tempore Paschali. Cap. XX.

1 IN die sancto Paschæ ad Matutinũ pulsatur paulo ante aurorã hac enim hora Dñicam cõtigisse resurrectionẽ cõis est sensus ecclesiæ: celebrabitur igitur matutinũ sollemniter à Præposito induto paramẽtis albis, & oẽs cerei altaris, ac parietũ ẽt Paschalis à principio vsq; ad finẽ laudum accẽduntur. & reliqua vt in proprio loco de Matutinis sollemnibus dictum est supra præstantur: habet tñ speciale hęc dies, ꝙ non dicũtur Hymni in principio post Inuitatorium, neque ad Laudes, sed post Psalmos ad Laudes loco Capituli dr̃ alta, ac sonora voce aña. *Hæc dies*, quam celebrãs inchoabit, & chorus prosequetur, quod in aliis quoq; horis diurnis seruandum erit per totam octauam Paschæ.

Suarez. 3. p. to. 2. disp. 46. sect. 2.

Sup. l. 2. cap. 22.

2 In fine Laudũ, & Vesperarũ ad ℣. *Benedic. Dño*, dr̃ bis *Alleluia*, hoc aũt

tantum ad Laudes,& Vesperas,non autem ad alias horas faciẽdum erit.

3 Ad Primã,& ad reliquas horas nõ dicũtur Hymni,Antiphona,neq; Capituli,nec Versus:sed immediatè post Psalmos,qui solẽt dici in duplicibus, celebrante inchoante chorus prosequitur; loco Cap. Añam. *Hæc dies, &c.* antequam autem pronuntientur Kalendæ Lector cantaturus Martyrologiũ in tono sollemni annuntiabit festiuitatem Paschalẽ, dicens. *Hac die quam fecit Dominus, sollemnitas sollemnitatum,&c.*prout in Martyrologio, & interim omnes stant detecto capite, deinde cũ pronuntiantur Kalendæ, & Martyrologium sequentis diei caput tegũt, ac sedent, post Martyrologium dicitur *Pretiosa*,cũ reliquis:pro absolutione verò ad Cap.dr̃ *Si cõsurrexistis,&c.*

4 Ante missã sollemnẽ fit aspersio aquæ benedictæ,& dicitur aña *Vidi aquam, &c.* quæ toto tpe Paschali dici debet, & dum fit aspersio celebrans cum ministris alternatim recitabit Psal.*Confitemini.* Datur Pax, & fit generalis cõmunio Religiosorum,& in fine Diaconus dicens, *Ite missa est*,geminabit *Alleluia*: similiter chorus,Respõdens. *Deo gratias*: idem per totam octauã vsq; ad Sabbatum in Albis inclusiuè in omnibus missis etiam priuatis seruabitur.

5 Ad vesperas,nõ dicitur Hymnus, sed loco Capituli celebrans inchoabit tono sollemni Añam, *Hæc dies, &c.*quam chorus prosequetur,vt dictum est supra ad Laudes.

6 Ad Completorium dicto post versum *Gloria Patri*, in principio *Alleluia*, immediatè cantor inchoabit Ps.*Cũ inuocarem,&c.*& reliquos successiuè,& in fine vltimi Psalmi dicũtur pro aña quatuor *Alleluia*,quibus à choro cãtatis,cantore incipiẽte chorus prosequitur Canticũ,*Nũc dimittis*. & in fine loco capituli celebrans inchoabit, & chorus prosequetur,vt sup.añ1m.*Hæc dies*, postquam per celebrantẽ dicaur oratio, *Visita quæsumus,&c* & tandem aña B.Virginis, *Regina cœli*. & sic ordinabitur officium vsque ad vesperas Sabbathi in Albis exclusiuè.

De duobus sequentibus diebus.

7 Feria secunda, & tertia post Pascha officium erit sollemne primæ classis tertij ordinis, & celebrabitur à senioribus ex ordine;ad Matutinũ cantantur Lectiones, non tamen ad Laudes incensabitur altare;paramẽta,& reliqua ornamenta omnia erũt quidem alba, atq; pretiosa, parcius tamen quam in die Paschæ:supra parietes in missa sollemni, & ad vesperas accenduntur cerei.A feria quarta vsq; ad Sabbathũ inclusiuè officium ordinatur vt supra. In missa tñ post orationẽ diei dicitur *Ecclesiæ*, vel pro Papa,nec dicitur tertia oratio,ꝙ si occurrat festum simplex.Secunda oratio erit de Sãcto,nec tunc dicenda erit tertia oratio.

De cereo Paschali.

8 In Sabbatho sancto cereum magnum benedici sanctum Zasimũ Papam constituisse legimus, quẽ Diaconus teste Micrologo accepta benedictione ab aliquo Sacerdote debebat benedicere, antea igne benedicto illuminando, ꝙ postea Tolosani Cõcilij auctoritate firmatũ reperimus.eius autem benedictionis,quę sollemniter hodie in omnibus Christianorum Ecclesijs decantatur,auctor fuit Gregorius huius nominis primus antiquissima autem hæc cæremoniam ad hæc vsq; tẽpora Patrũ traditione perdurat, vnde consuetudine firmatum est, vt toto tempore Paschali vsq; ad Ascensionẽ Dñi in

Microl. de eccleſiaſt. obſeruat. cap.53. Vuilfredus de rebus eccleſiaſt. c.30. Conc.Toleſanũ 4. c.8.

cande-

cādelabro à latere euangelii infixus maneat. Accenditur autem cum sollemniter celebratur officium, videlicet Sabbatho sancto ad Missam vsq; in finem, ad Completorium: In die sancto Paschæ ad Matutinum totū, & Laudes ad missam sollemnē, Vesperas, & Cōpletorium; duobus verò sequentibus diebus, ad Laudes, missam sollemnem, Vesperas, & Cōpletorium, eodem prorsus modo accendi debet Sabbatho, & Dominica in Albis, atq; in alijs Dominicis, ac festiuitatibus omnibus tēpore Paschali occurrentibus, in quibus vesperæ, ac missa sollemniter celebrantur; in die autem Ascensionis ad Vesperas, Completorium, Laudes, & Missam, vsq; ad Euangelium nam cū dicuntur illa verba Euangelij, *Et Dominus quidem Iesus assumptus est, &c.* statim extinguitur, & completa missa asportatur in Sacristiam: Hæc adnotasse ex antiqua traditione, necnō Ecclesiæ S. Petri vsu peritorum cōsilio non erit incongruum, cū in nullo alio ecclesiastico codice aliquid de hoc cereo, & tempore quo accendi debeat scriptis sit traditum, nec mirū, nā cęremoniæ potius ad traditionem, quā ad scripturā pertinent.

Conf. Mag. Ro.

De Dominica in Albis.

9 Hæc dies inter Dominicas primæ classis in tabula rubricæ Breuiarii annumeratur, & officium duplici ritu celebrari debet, quia est dies octaua sacratissimæ Paschæ Dominicæ Resurrectionis; non tamen sollemni apparatu celebratur, nō enim est festum primæ, imò nec secundæ classis, prout ex rubricis Breuiarii patet: hoc enim festo Circumcisionis, & sanctissimę Trinitatis tribuitur, nō autem huic Dominicę, quare quoad ordinationem officium erit duplex, & quocunq; festo occurrente, ēt Patroni, vel Titularis, ipsa Dñica nunquam omittitur, non tamē ad Matutinum cantātur Lectiones, neq; alia quæ in sollemnitatibus requiruntur adhibenda sunt.

De Tempore Paschali.

10 Tempus Paschale, vt bene ex Augustino habemus beatitudinē, in qua post Resurrectionem erimus significat, sicut passionis pręsentis sæculi erumnas; propterea illud in ieiuniis, & orationibus exercemus; hoc verò relaxatis ieiuniis in laudibus agimus, & hoc est *Alleluia*, ꝙ cantamus, ꝙ latinè interpretatur Laudate Deum: & hoc est ꝙ dicimus omnes, qñ dicimus *Alleluia*. Laudate Dñm dicis tu alteri, dicit ipse tibi, & sic cū se omnes exhortātur, omnes faciūt, ꝙ hortantur. Toto igitur hoc tēpore, ꝙ est Diuinæ laudis exultationis, & lætitiæ, altaris, & ecclesiæ ornatus, ac paramēta omnia alba sint, in festis verò sanctorū martyrum, quæ hoc tempore celebrari contingunt, & in particularium celebratione officiorum, aliis quoq; coloribus pro officii ratione iuxta missalis rubricas vti oportet.

D. Aug. in enaratione in Ps. 148.

Rub. gen. miss. XVIII.

11 Toto hoc tempore cum sit vt diximus lætitiæ non dicitur, vt solet in principio mensis officium defunctorum: in die verò obitus præsente corpore quacunq; die ēt Duplici, & ex sollemnibus ratione exequiarum dici potest: pro absentibus verò officium depositionis quocunq; pariter die, dummodo officium non sit duplex dicitur: à Dominica in Palmarum, vsq; ad Dominicam in Albis inclusiuè, nō nisi pręsente corpore dicatur: pro absentibus verò post octauam sanctissimæ Paschæ differatur.

12 Officium paruum B. Virginis cū dicitur mutatur tantū antiphona ad *Benedictus. Magnificat, & Nunc*

Rit. S. Seuer.

dimittis.quæ toto hoc tempore erit *Regina cæli*,prout in Breuiario.

13 In Dominicis ad aspersionem aquç benedictç ante missã sollemnẽ dicitur añã.*Vidi aquam*.& toto hoc tpe omittitur añã *Asperges*, *&c.* & ad Versum,*Ostende*, *&c.* additur *Alleluia*,prout in missali.

14 In festis Sanctorum hoc tempore occurrẽtibus ad Inuitatorium, Antiphonas, Versus, & Resp. tam breuia, quam alia semper additur *Alleluia*, quod si alicui Antiphonæ sit assignatum,nihil vltra addẽdum: per singulos autem nocturnos tres Psalmi dicũtur sub prima Antiphona illius nocturni.In missa verò siue sit festiua, siue votiua in fine Introitus dicuntur duo *Alleluia*, & in fine Offertorij, & communionis dicitur vnum *Alleluia*, post epistolam non dicitur Graduale, sed dicuntur duo Versus cum quatuor *Alleluia*: duo videlicet immediatè lecta, vel cantata epistola ante primum versum: Tertium post primum: & quartum post secundum versum: quod si in missa non sint assignati versus, primus erit, qui habetur post Graduale, & secundus ex communi desumi debet.

De sanctorum festis mense Aprilis occurrentibus. Cap. XXI.

1 TOto Paschali tempore in officio siue de tempore, siue de sanctis Hymni terminantur. *Gloria tibi Domine, qui surrexisti à mortuis:* excipiuntur tamen illi qui nõ sunt eiusdem metri, & qui propriam habent cõclusionẽ; Ad Primã ℣.*Qui surrexisti à mortuis*.Ad Laudes, & Vesperas in feriis atq; etiam diebus Dominicis,& semid. non dicuntur suffragia, sed loco eorum fit commemoratio de cruce prout in Breuiario,ẽt in diebus Dominicis.

De Festo S.Francisci de Paula.

2 Die 2.Aprilis celebratur Festum S.Francisci de Paula Ordinis Minimorum institutoris, quod auctoritate fel.mem. Sixti PP.V.ann.1586. duplici ritu celebrari præcipitur; in Breuiario verò à Clemente Octauo nuper recognito semiduplici ritu celebrãdum proponitur: si hoc festum occurrat tẽpore Quadragesimæ fiat in eo cõmemoratio feriæ in officio, in quo nona Lectio erit homelia Euangelij feriæ currentis: & in missa secunda oratio de feria. Præfatio propria de tempore, & in fine legitur Euangelium feriç currentis:post horas dicuntur duæ missæ loco missarum Conuentualium, quæ iuxta rubricas missalis in ecclesijs collegiatis dici debent, quarum prima erit de sancto absq; vlla commemoratione feriæ: sed in ea secunda oratio erit *A cunctis*,tertia verò ad libitum: altera verò erit de feria cum assignatis orationibus,absq; vlla cõmemoratione sancti. Reliquæ verò omnes erunt de sancto çum commemoratione feriæ: & si occurrat festum infra hebdomadã passionis, in qua duæ tm̃ orationes dici debẽt,nõ dicitur tertia oratio; si verò antea erit,*A cunctis*,*&c.*& in fine dicetur euangelium feriæ currẽtis. quod si tempore Paschali celebrandum occurrat, tunc seruatis omnibus, quæ supra de festis tempore Paschali occurrentibus sunt adnotata, secunda erit *Concede*.tertia verò *Ecclesiæ*, vel pro Papa,& Præfatio de tempore.

De festo S.Leonis Papæ.

3 Festum S. Leonis Papæ, quod die 11.Aprilis occurrit duplici ritu

celebratur: & quia poteſt tempore Quadrageſimali, & Paſchali celebrari, eadem reſpectiuè ſeruentur, quæ ſupra de feſto ſancti Franciſci de Paula ſunt dicta.

De ſanctis Sothero, & Caio.

4 Semiduplici ritu hoc feſtũ die 22. Aprilis celebratur, ſeruatis omnibus quæ de ſanctis tempore Paſchali occurrentibus ſunt adnotata; Ad veſperas à Capitulo de S. Georgio mar.

Eodem modo S. Georgij feſtũ ſemiduplici ritu die 23. celebrabitur.

De feſto S. Marci, & Litanijs maioribus.

5 Feſtum ſancti Marci, quod die 25. Aprilis occurrit eſt duplex ſecũdæ claſſis, & à nobis, qui Apoſtolicã vitam profitemur præcipua pietate celebrandum eſt; debemus enim SS. Apoſtolis, & Euangeliſtis ſpetialem venerationem, ac propterea hac die miſſa ſollemnis celebrabitur; ante tamen miſſam ſollemnem de die, immediatè poſt Primam fit proceſſio, pro qua apponatur in altari pallium violaceum; & deferens crucem medius inter ceroferarios candelabra accenſa deferentes præcedit omnes, ſequuntur reliqui ex ordine: Vltimo celebrans indutus pluuiali violaceo, duo cantores dicunt Litanias prout in Breuiario Romano; egrediuntur autem ex oſtiolo à latere epiſtolæ, procedentes circa atrium eccleſiæ, vel tantum circa ipſam eccleſiam, prout viſum fuerit; regredientes autem, intrant per cancellos à latere euangelij, & procedunt in chorum, vbi quilibet in ſuo loco genuflectit; cantores verò in medio chori, & celebrãs pluuiali indutus in prima ſede ſecundi chori; poſt Litanias dicit Preces, & Orationes prout in Breuiario, quibus dictis, celebratur Miſſa de Rogationibus cum paramentis violaceis, & in ea non fit commemoratio S. Marci, dicuntur tamen tres orationes quarum ſecũda erit, *Concede*, tertia verò *Eccleſiæ*, vel pro Papa, in ea autem non dicitur *Gloria*, neque *Credo*, & Præfatio erit de tẽpore. Immediatè verò poſt Miſſam Rogationũ amouetur ab altari pallium violaceum, & dicitur *Tertia*, poſt quam cantabitur miſſa ſollemnis de ſancto Marco in paramentis rubeis. Rub. par. miſſ.

6 Si feſtum S. Marci venerit infra octauam Paſchæ, ac propterea ſit transferendum, non tamen transfertur proceſſio, in qua dicuntur Litaniæ, & in fine miſſa Rogationum ſine commemoratione diei currẽtis, & ſine *Gloria*, & *Credo*, & abſq; *Ite miſſa eſt*, cum *Alleluia*. Præfatio tãtum, & communicantes erunt de octaua. Rub. par. miſſ. XII. 3. & 4.

De SS. Cleto, & Marcellino.

7 Die 26. feſtum ſanctorum Cleti, & Marcellini ſemiduplici ritu, prout in communi martyrum tempore Paſchali celebrabitur.

De S. Petro martyre.

8 Feſtum S. Petri martyris Ordinis Prædicatorum, atq; Chriſtianæ fidei propugnatoris acerrimi. Sixtus Quintus Pontifex Maximus anno Domini 1586. Duplici ritu celebrari mãdauit, in Breuiario tamẽ Rom. nuper à Clemente VIII. recognito ſemiduplici ritu ordinatur, cũ cõmemoratione in primis veſperis, & lau-

dibus,

dibus,& missa S. Catherinæ Senẽsis Virginis eiusdem ordinis.

Rub.par. Breu. 9 Si aliquod ex dictis festis,vel ex sequentibus occurrat feria secunda Rogationum, vel in vigilia Ascensionis, officium fit de Sancto, & Lectiones primi Nocturni sumuntur ex communi illius sancti extra tempus Paschale, nisi propriæ assignentur, vel ponendum sit initium alicuius epistolæ præcedentis Dominicæ.

De festis mensis Maij. Cap. XXII.

De festo sanctorum Apostolorum Philippi, & Iacobi.

1 Kalendis Maii festum sanctorum Apostolorum Philippi, & Iacobi celebratur, antiquitus autem hac ipsa die vna cum eis omniũ Apostolorũ festiuitas celebrabatur, nam vt ait Micrologus de sanctis tempore Paschali communiter cantare solebant,quia vniuersalis resurrectio,cuius typus eo tempore agitur cõmunis est lætitia, & festiuitas iustorum,& quia est tempus lætitiæ, & exultationis, & si omnium Apostolorum festa vigilia præcedat,hoc tamen caret vigilia officium, verò sollemniter celebratur, vt proprio loco dictũ est de festis secundæ classis. Accẽditur ad vtrasq; Vesperas, Laudes, & Missam quæ sollemniter celebrari debent cereus Paschalis, & in secundis Vesperis fit commemoratio de S.Athanasio.

Microlog. c.55. Durand. in rõnali lib.7.c.10

De S.Athanasio episcopo.

2 Festum S.Athanasii episcopi,& confessoris duplici ritu celebratur die 2. Iunii Antiphona *ad Magnificat. O Doctor optime.* octauum responsorium, *In medio ecclesiæ.* & in missa dicitur *Credo.* Præfatio de tẽpore,&c.non habet secundas vesperas ratione sequentis festi, quod est secundæ classis,sed tantum de eo in primis Vesperis Inuentionis sanctæ Crucis fit commemoratio prout in Breuiario.

De festo Inuentionis S.Crucis.

3 Hoc festũ, quod die tertia Maii ab ecclesia Catholica ex antiquissima traditione celebratur est iuxta Romani Breuiarii rubricas Duplex secũdæ classis, ac propterea sollemniter, vt in proprio loco supra de festis secundæ classis dictum est celebrandum erit. Sup.l.1. cap.10.

4 In Hymno vesperarum ad illa verba. *O crux aue spes vnica, &c.* genuflectitur, & vbi habetur. *Hoc passionis tempore,*dicitur.*In hoc Paschali gaudio.* & in fine. *Te summa Deus Trinitas, &c.* non variatur, nã specialia generalibus præferuntur.

5 Antiphonæ Vesperarum, Laudum,& Horarũ. in Breuiario à Clemente Octauo recognito desumuntur,quæ in festo Exaltationis mense Septembris habentur. *O magnum pietatis opus.*

6 Ad Matutinum nona Lectio erit de sanctis *Alexandro, Euentio, &c.* quorum commemoratio fit in Laudis,& missis priuatis tantum. In secundis Vesperis fit commemoratio S.Monicæ viduæ.

De S.Ioanne ante portam Latinam.

7 Hoc festum,quod die 6.Maii celebratur est iuxta Breuiarii nuper recogniti rubricas duplex Maius. Omnia de communi Apostolorum

tempore Paschali præter illa quæ propria in Breuiario habentur;in secundis Vesperis commemoratio de sancto Stanislao.

De sancto Stanislao.

8 Festum sancti Stanislai episcopi, & martyris die 7. Maij sanctiss. Pont.Clemens Octauus hac die duplici ritu celebrari præcepit, quod dies natalis ipsius, qua passus est octaua Maij S.Michaelis Archangeli sollemnitati sit dedicata.In Breuiario viro nuper emendato semiduplici ritu ordinatur.

De apparitione S. Michaelis Archangeli.

9 Festū Apparitionis S.Michaelis Archangeli, quod die 8. Maij celebratur iuxta rubricas Breuiarii nuper emendati est Duplex maius, quæ minoribus duplicibus præfertur. In lectione octaua ad benedictionem Respondetur, *Quorum festum colimus*,vna enim cum ipso,& alios Angelos colit ecclesia. In missa dicitur *Credo*. Præfatio de tempore.

10 In secundis Vesperis quia iuxta rubricas Breuiarii nuper recogniti duplicia maiora minoribus præferuntur,fit tātum commemoratio sequentis duplicis.

11 In propria ecclesia officium sollemniter celebrabitur, cum octaua prout Sacra rituum Cōgregatio ordinauit, & approbauit anno Domini 1605.

De S.Gregorio Nazianzeno.

12 Hoc festum duplici ritu die 9. Maii celebratur de communi conf.Pōtif.seruatis ijs, quę de sanctis tempore Paschali occurrētibus sunt supra notata, Antiphona ad Magnificat. *O Doctor optime.* & octauum Resp. *In medio ecclesiæ*, & in missa dicitur, *Credo*, est enim festum Doctoris ecclesiæ.

De Rogationibus, & Litanÿs minoribus,Vigilia,et Festo Ascensionis. Cap.XXIII.

1 TRibus diebus ante festum Ascensionis, videlicet feria secunda,tertia,& quarta celebrātur pro Rogationibus Litaniæ, quæ dicuntur minores,ad distinctionē maiorum,quę in festo sancti Marci sunt celebratę ex antiqua enim traditione,non semel tantum, sed pluries in anno solitæ erant fieri Litaniæ pro consuetudine cuiusq; ecclesiæ. Porrò percelebres,& ab vniuersa ecclesiæ receptæ sunt,quæ præcedunt celebritatem Ascensionis Dominicæ, quæ & Rogationes sunt appellatæ de quibus & D. Augustinus meminit,& Concilium Aurelianense; nec non & in Sacris Canonibus de ipsis fit mētio.in his.n.diebus ieiuniis,& orationibus olim fideles vacabant: modo autem in his diebus fit processio,in qua dicūtur Litanię cum Precibus,sine Psalmis pœnitentialibus, & qui non intersunt processionibus priuatim Litanias recitare tenētur.

D.Greg. epis.76.

D. Aug. ser.173. Conc.Aurelianen. 29.c.Rogationes. de cōsec. dist.3.

2 In ecclesia autem recitantur huiusmodi Litaniæ eodem modo, quo in die S.Marci, & post Litanias immediatè dicitur missa de Rogationibus in paramentis violaceis,interea autem altare panno violaceo operiendum est: post litanias verò, & missam Rogationū altaris paramen-

ta erunt conuenientia officio, quod celebratur.

Rub.par. miss. 3 Feria secunda Rogationum, nisi occurrat festum nouem Lectionum, ad officium paramenta erunt alba: At cum missæ omnes dici debeant de Rogationibus celebrantium paramenta erũt violacea, ac propterea per horas missarũ altare maius pallio violaceo operietur. Si verò occurrat festum nouem Lectionum, ad Litanias tãtum, & missam Rogationum, quæ immediatè post litanias sine cõmemoratione sancti dici debet paramenta erunt violacea; ad officium verò, & reliquas missas priuatas, quæ erunt de sancto cum commemoratione Rogationũ, erunt conuenientia festo.

Sup.lib. 2.c.3. 4 In missa Rogationum, quæ dicitur post Litanias, & si non sollemniter celebretur, tamen quia est missa cõuentualis, vt supra adnotauimus, nulla in ea fit commemoratio Sancti occurrentis, neq; in sequenti missa de Sancto, quæ pariter erit conuentualis, & si non cantetur, neque sollemniter celebretur, vlla fieri debet commemoratio Rogationum: in reliquis verò missis priuatis, quæ erũt de Sancto fit commemoratio Rogationum, &c.

Rub.par. Breu. & miss. 5 Feria tertia post Litanias pariter dicitur missa, vt pridie de Rogationibus in paramentis violaceis, & si occurrat festum eodem modo, vt supra procedendum erit.

6 Si verò hac die nullum occurrat festum, officium quidem erit de feria currenti in paramentis albis, & ad Matutinum dicitur Hymnus. *Te Deum laudamus*, & oratio Dominicæ præcedentis; missæ tamen omnes erunt de Rogationibus in paramentis violaceis, & quia hæc erit missa de die à rubrica assignata, per horas missarum altare maius pallio violaceo operietur, post missas verò ad Vesperas paramenta altaris omnia alba erunt, &c.

7 Feria quarta in Rogationibus, & Vigilia Ascẽsionis, si non occurrat festum nouem Lectionum, officium, & missa erunt de Vigilia in paramentis albis; tamen ad litanias, & missam Rogationum, quæ immediatè post dicetur, paramenta erunt violacea; post missam verò Rogationũ dicetur missa de Vigilia in paramentis albis, absq; cõmemoratione Rogationum; reliquę verò missæ priuatæ omnes erũt de vigilia cũ commemoratione Rogationum, & paramẽta celebrantium, & altarium omnia alba erunt. Rub.par. miss.

8 Si in Vigilia Ascensionis occurrat aliquod festum nouem Lectionum, officium erit de festo; & paramenta altaris conuenientia officio. & tunc in ecclesiis collegiatis dicentur tres missæ principales, seu Conuentuales, vna post litanias, quę erit de Rogationibus in paramẽtis violaceis, absq; commemoratione Sancti, & Vigiliæ. De sancto altera paramentis eius officio conuenientibus, absq; commemoratione Rogationum, & Vigiliæ. Tertia tandem de Vigilia absq; vlla commemoratione Sancti, & Rogationum. At reliquæ priuatæ missæ erunt de festo cum commemoratione Vigiliæ, & Rogationum.

De Festo Ascensionis.

9 Quadragesima die post Pascha Festum Ascensionis sollemniter celebramus, quadragesimo enim die post Resurrectionem Christus Dominus cœlos ascendit: celebrabit autem Præpositus sollemniter ad Vesperas, Matutinum, & Missam; ad Laudes verò incensabitur altare, & Sup.lib. 2.c.10.

reliqua

reliqua fiunt, vt dictum est de festis primæ classis, secundi ordinis.

De Vigilia, & Festo Pentecostes. Cap. XXIV.

1 Satis manifestum est Pentecosten exprimere numerũ quinquagesimum; quinquaginta igitur dies post Pascha Domini festũ hoc cum celebretur, septiformis spiritus Aduentum significat, qui quinquagesimo à Resurrectione die supra discipulos in cœnaculo orantes aduenit. Amalari° Rabanus maius.

2 Feria sexta post octauam Ascensionis officium est semiduplex prout infra octauam, in missa tamen non dicitur *Credo*, neque infra actionem de octaua. post Vesperas huius diei omnia ecclesię paramenta mutãtur, alba videlicet in rubea, baldachinũ nimirum, aulearia; altare verò sollemniter ornabitur, ac desuper operietur pallio rubeo.

3 In vigilia Pentecostes si occurrat aliquod festum Duplex, etiã ex maioribus, transfertur post festum sanctissimæ Trinitatis, officium tamẽ huius diei, sicut & alterius præcedentis vsq; ad Nonam inclusiuè erit semiduplex absq; vlla sollemnitate, ita tamen ac dies infra octauã, non enim his diebus dicũtur suffragia, neq; preces ad Primam, & Completorium.

4 Ad Primam hac die in martyrologio post *Kalendas* pronunciatur festum Pentecostes, hoc modo. *Dies Pentecostes, quando Spiritus Sanctus Hierosolymis super discipulos igneis linguis aduenit*.

5 Missa huius diei est sollemnis, nec vllo modo hac die dicatur missa votiua, neq; pro defunctis: In ecclesijs autem maioribus decet, vt post Nonam sollemniter celebretur missa, ac propterea, dum cantatur Nona altare maius operiatur pallio violaceo, ministri verò in Sacristia paramenta sui ordinis accipiant violacea, vtentur enim hac die planetis plicatis, celebrans quoq; casulam violaceam accipiet: Acolythi in altari missalia, & alia necessaria præparant non tamen cereos accendũt.

6 Dicta Nona, præcedẽtibus Acolythis sine cereis, celebrans cũ ministris procedit ad altare, & facta in plano genuflexione ascendit altare, illudq; in medio osculatur; Interea Acolythus defert ad medium plani legile cum missali, & cantores designati procedentes per ostiolam à latere Euangelij cantant vnus post alium prophetias, & reuertũtur per ostiolum a latere epistolæ, accedentes, & recedentes genuflectunt in medio.

7 Dum cantantur prophetiæ celebrans legit eas in cornu epistolæ astantibus ministris, Diacono videlicet à dextris celebrãtis, & Subdiacono à dextris Diaconi. Post Prophetiam celebrans cantat orationẽ, non tamẽ dicitur *Flectamus genua*: Interim ministri stant penè, vnus post alium. Licebit autẽ si celebranti placuerit lectis propherijs ad singulas donec à cantoribus compleãtur sedere supra scamnum à latere epistolæ, prout dictum fuit supra in officio Sabbathi sancti. Sup. l. 3. c. 19.

8 Post secundam, tertiam, & quartam Propetiam in choro cantantur *Tractus*, qui habẽtur in officio Sabbathi sancti: & dicta sexta Prophetia amouetur legile, & dum dicitur oratio Acolythi accommodant tres puluinos violaceos; pro prostratione ad Litanias.

9 Cele-

9 Celebrans finita oratione vna cũ ministris depositis planetis procumbit in plano, & in choro cantantur litaaniæ prout dictum est supra in officio Sabbathi sancti. Acolythi verò interea præparant in Sacristia paramenta rubea, & alia necessaria pro missa sollemni.

10 Cum peruentum fuerit ad *Peccatores, &c.* celebrãs cum ministris surgit, & præcedentibus Acolythis recedunt in chorum per ostiolum à latere epistolæ, ibiq; depositis stolis, & manipulis violaceis accipiunt paramenta rubea, & Acolythi ab altari remouent pallium violaceum, & reliqua tam super altare quam supra credentiam pro missa sollemni disponunt, ac tandem omnibus dispositis, cereisq; accẽsis proceditur more solito ad missam.

11 In choro in fine Litaniarũ omnibus surgentibus sollemniter cantatur nomis *Kyrie eleison*, ita morosè, vt celebranti commodè incensandi altare tempus concedatur; tum inchoabit Hymnum. *Gloria in excelsis Deo*, &c. & pulsantur campanæ omnes.

12 Ad euangelium non deferuntur luminaria, assistunt tamen duo acolythi, non dicitur *Credo*. Præfatio, & communicãtes eadem est per quæ in die Pentecostes, reliqua omnia prout in missis sollemnibus seruabuntur; Hæc autem missa quæ ex sollemnibus erit celebrabitur à Vicario, vel alio ex senioribus, prout in festis primæ classis tertij ordinis. Sup. lib. 2. c. 25.

13 In ipso die Pentecostes altare sollemni apparatu ornabitur prout in die Paschæ, celebrabit aut Præpositus, & omnia fiunt prout in proprio loco dictum est supra de festis primæ classis primi ordinis. Sup. lib. 2. c. 220.

14 Ad tertiam sollemniter cantabitur Hymnus. *Veni creator Spiritus, &c.* & hoc in tota octaua seruabitur.

15 Duobus subsequentibus diebus altare decẽter ornabitur, minus tamen sumptuosè, & celebrabunt seniores, omnibus seruatis, quæ supra de festis primæ classis tertij ordinis dicta sunt. Sup. l. 2. cap. 20.

16 Infra octauam Pentecostes si occurrat aliquod festum nouem Lectionum, etiam ex sollemnioribus transfertur: missæ votiuæ nullo modo dici debent, nec etiam pro defunctis, nisi in die obitus principalis. In Sabbatho nulla alia missa dici poterit nisi assignata pro officio quatuor temporum cũ suis Lectionibus, cũ Præfatione, & communicantes de octaua. Post Nonam explicit tempus Paschale. Rub. gene. breu. X. 1.

De Festo sanctissimæ Trinitatis, & Dominicis post Pentecosten. Cap. XXV.

1 DOminica sanctissimæ Trinitatis est in ordine primæ classis, ac propterea iuxta rubricas nunquã omittitur: & est Festum secũdæ classis, ac propterea sollemniter ordine proprio loco præscripto ab aliquo ex senioribus paramentis albis celebrabitur; & quia post Nonam Sabbathi præcedentis fuit completum tẽpus Paschale, à primis Vesperis huius sollemnitatis, quæ Sabbatho celebrantur incipit tempus, quod iuxta rubricas dicitur post Pentecosten, & ad vesperas fit commemoratio Dominicæ primæ post Pentecosten.

2 Ad antiphonas, & versus dein

ceps non additur amplius *Alleluia*; & ad Completorium dicitur antiphona. *Miserere.* & in fine antiphona B.Virginis, *Salue Regina, &c.* quæ exceptis diebus Dominicis, videlicet à Sabbatho ad Vesperas vsque ad Completorium diei Dominicæ, quando stando dicitur, flexis genibus dicenda est.

3 Feria secunda post festum sanctissimæ Trinitatis altaris, ciborij, & reliqua paramenta erunt coloris viridis, qui huic tempori debetur.

4 Prima autem die non impedita officio nouem lectionum dicentur Vesperæ, & Nocturnum cũ Laudibus defunctorum, pro mense currẽti, & post primam missa principalis pro defunctis.

5 Ab hac die vsq; ad Dominicam primam Augusti exclusiuè leguntur ad Matutinum lectiones libri Regum, si quid verò de ipsis supersit adueniente dicta Dominica omittitur. Lectiones verò tertij nocturni in diebus Dominicis dicendæ habentur post lectiones vltimæ hebdomadæ Nouembris vna cũ orationibus, & antiphonis ad *Benedictus*, & *Magnificat*. Incipiendo à Dominica tertia, nam prima concurrit cum festo Trinitatis, ac propterea de ipsa fit tantum commemoratio ad Vesperas, & Laudes, & loco nonæ Lectionis eius homilia legitur ad matutinum; similiter in missa de ea fit commemoratio tantum, & euangelium legitur in fine: quod si aliquo ex tribus sequẽtibus diebus non occurrat festum nouem lectionum, feria 2. 3. & 4. post Trinitatem officium fiat de feria omnia prout in Psalt. exceptis Lectionibus, & Responsorijs, quæ ea die in Breuiario habentur, oratio verò erit de Dominica, & missa pariter de Dominica, quæ habetur in Missali post festum Trinitatis. Dominica verò secunda est infra octauam Corporis Christi, ac propterea in ea omnia dicuntur de octaua pręter Lectiones, Capitula, octauum Responsorium, & antiphonis ad *Benedictus*, & *Magnificat.* quæ omnia habentur in Breuiario in dicta Dominica infra octauam; missa verò in missali loco proprio cum Præfatione, & commemoratione octauæ.

6 In reliquis Dominicis vsque ad primam Augusti Responsoria semper erunt eadem, quę primo loco assignantur in Dominica tertia post Pentecosten; Responsorium autem octauum, quod est *Duo seraphim, &c.* semper dicitur in omnibus Dominicis post Pentecosten vsque ad Aduentum, atq; etiam in Dominicis post Epiphaniam vsquę ad Septuagesimam, & nunquam mutatur. & quando feria quarta, & Sabbatho resumenda sunt Responsoria tertij Nocturni Dominicæ, eius loco dicitur secundum Responsorium feriæ secundæ, & loco tertij tertium eiusdem feriæ.

De festo sacratissimi Corporis Christi. Cap. XXVI.

1 FEria quinta post octauã Pentecostẽ ex institutione Vrbani IV. festũ sacratiss. Corporis Christi sollemniter celebratur; est enim iuxta rubricas duplex primæ classis, celebrabit autem Præpositus modo supra præscripto, de festis primæ classis secundi ordinis. S.l.2.c. XX.

2 Ad primas Vesperas nõ exponitur sanctiss. Sacramẽtum, idcirco cũ dicitur ℣. *Tantum ergo Sacramẽtũ, &c.* non genuflectitur. Matutinũ sol-

lemniter celebrabitur hora cõsueta, & ad laudes thurificabitur altare.

3 Pro missa sollemni apponantur in calice duæ hostiæ consecrandæ: pręparetur etiam tabernaculum gestatorium, baldachinum albũ, crux processionalis, duo thuribula, & reliqua sacra supellex.

4 In missa vsq; ad communionem omnia fiunt more solito; duæ tamen hostiæ consecrantur, quarum altera sumpta sacra communione à celebrante imponitur in tabernaculum, ministrante Diacono à dextris eius: ipsũ aũt tabernaculũ defertur à credẽtia à Subdiacono; & imposita Sacra hostia in eo, collocatur in medio altaris supra corporalia, deinde Diaconus cum debitis reuerẽtijs extrahens pyxidem ex ciborio facit confessionem, & reliqua pro cõmunione, prout suo loco dictum est. S.l.2.c.34 nu.2.

5 Facta sacra communione celebrans abluit digitos, & vt reliquum missæ compleat, genuflectens Sacramento cum accedit, & recedit eodẽ modo quo supra fer. 5. in cœna Dñi accedit ad cornu Epistolæ ibiq; legit cõionẽ, *Quotiescunq;, &c.* & rediens in medium, atq; ibi osculatus altare genuflectit, & cõuersus ad latus euangelij, ne terga vertat Sacramento, dicit *Dominus vobiscum*, & dicturus orationem in latere epistolæ trãsiens per medium genuflectit iterum. Completa verò oratione eodem modo quo supra altare osculatur genuflectit in medio, cõuersusq; à latere euangelij dicit rursum *Dominus vobiscum*, vt supra, ibiq; stat, donec Diaconus dicat. *Ite missa est*, qui pariter cum celebrante per medium transiens genuflectit, & in eodem latere euangelij conuersus dicit. *Ite missa est.* quo dicto celebrãs in medium rediens genuflectit, ibiq; inclinatus dicit secreto. *Placeat, &c.* & post modum osculatus altare dictoq; *Benedicat vos, &c.* antequam se conuertat, vt benedicat populo genuflectit, & conuersus ad latus euangelij, semel formans signũ crucis supra circumstantes dicit *Pater, & Filius, & Spiritus sanctus*, nec vt moris est complet circulum, sed eadem via rediens facie conuersa ad latus euangelij, dicit summissa voce *Dominus vobiscum.* & subdens. *Initium sancti euangelij, &c.* non signat altare, sed seipsum tantum.

Sup.l.3.c.17.nu.20.fol.180.

Cærem. episc.

Rub.miss.

Statim completa missa celebrans deponit casulam, & manipulum; atque induitur pluuiale; duo verò acolythi cum thuribulis, & nauicula ad celebrantem accedunt, qui stans ante infimum gradum altaris Diacono ministrante nauiculam immittit ter thus in vtroque thuribulo nihil dicens, nec signum crucis more solito formans; Diaconus verò ministrãs nauiculam, & thuribulum porrigit sine osculis. Mox celebrans genuflexus ante infimum gradum cũ ministris, accipit alterum thuribulum à Diacono, & profundè inclinans antea, & postea, & cum eo pariter ministri, qui hinc inde fimbrias pluuialis eleuatas tenent, triplici ductu sacratissimam hostiam incensat. Deinde reddito thuribulo imponitur à Subdiacono velum super humeros celebrantis, qui extremitatibus illius operit manus, stansque vt prius genuflexus tabernaculum à Diacono sibi porrectum accipit sinistra pedem, dextera verò nodum, statimque surgens expectat donec Diaconus genuflectat, deinde vertit se ad populum ante altare, ministris hinc inde assistentibus, & fimbrias pluuialis eleuatas tenentibus. Cærem. episc.

7 Incensato Sacramento cantores inchoăt Hymnũ, *Pange lingua,&c.* quem chorus alternatim prosequitur; & si longior sit processio cantantur alij quoq; Hymni, videlicet. *Sacris sollemnijs*, & *Verbum supernum*, *&c.* & tunc ordinatur processio, eodem modo quo supra feria quinta in cœna Domini.

Sup.l.3.c. XVII.23.

8 Baldachinũ album supra Sacramentum defertur à sex, vel saltim quatuor ex nobilioribus à magistro cæremoniarũ, vel etiam vbi est Congregatio oratorij à Patre, vel Superiore eiusdem Congregationis designatis baldachinum autem deferăt ante cancellos fratres conuersi, ipsumq; ibi designatis tradant.

6 Subdiaconus paratus deferens crucem primus omnium, deinde reliqui bini cum cereis accẽsis incessu graui procedunt prout supra feria quinta in cœna Domini dictum est, semper aduertentes, vt æqualiter se distent, nec à sacramento elongẽtur.

10 Vbi est Congregatio oratorij à sodalibus deferũtur intortitia accensa, quod si nõ adsint, deferantur saltim à quatuor ex nostris senioribus prope sanctissimum Sacramentum.

11 Celebrans vltimus omniũ procedens medius inter ministros sub baldachino sacratissimum Christi Corpus defert, illud intuens continenter, Psalmos, & Hymnos alternatim cũ ministris summissa voce recitabit, quod si adsint Prælati immediatè post celebrantem procedent.

Cærem. episc.

12 Cũ incipit processio continuè pulsantur căpanæ, donec Sacramentum fuerit super altare repositum.

13 In regressu processionis Subdiaconus deferens crucem perueniens ad altare eum deponit, & cerofesarij candelabra; statimq; à latere epistolæ genuflectunt; laici verò cũ intortitijs extra cancellos circumcirca genuflectunt, clerici verò hinc inde diuidunt se genuflectẽtes iuniores quidem prope parietes, seniores verò successiuè vnus post alium circumcirca cancellos.

14 Vbi sanctissimum Sacramentum ante cancellos peruenerit, vel ante gradus altaris iuxta loci structuram deferentes baldachinum sistunt, & fratres conuersi hastilia ex eorum manibus accipiunt, & tunc omnibus genuflectentibus celebrăs ante infimum gradum altaris tradit tabernaculum Diaconi, qui cum debitis genuflexionibus illud accipit, & expectat donec celebrans genuflectens illud adoret, mox super altare reponit imagine hostie semper ad populum conuersa, interim celebrans ante infimum gradum genuflectit, & Subdiaconus velum ab eius humeris prius amato à sinistris pariter genuflectit. Thuriferarius interea ignem in thuribulum infundit, & cum Diaconus sacramentum super altare reposuerit accedens ad celebrantem ministrat incensum, & fit vt supra, Interim cantoribus inchantibus chorus cantabit. *Tantum ergo Sacramentum*, *&c.* mox ijdem cantores dicunt, ℣. *Panem de cælo*, *&c.* & celebrans ministris hinc inde librum apertum tenentibus surgens, dicet orationem. *Deus qui nobis*, *&c.* qua cõpleta solus accedens ad altare ministris suo loco genuflexis, cum debitis reuerentijs ambabus manibus accipit tabernaculum, ita vt imago quæ est in hostia populum respiciat, & vertens se, semel super populũ tabernaculo facit signũ crucis, nihil dicens: deinde illud super altare reponit, & statim

aliquantulum retrocedens ante medium gradum altaris genuflectit, & Diac. illud intra ciborium reponēs ostiolum claui obserat; & tunc, & non prius extinguuntur cerei,& intortitia, & clero præcedente celebrans cum ministris recedit in sacristiam capite cooperto, ibique paramenta deponunt.

15 Ad Vesperas ornatur altare cũ luminibus,& flosculis, & antequam detur vltimum signum Sacrista superpelliceo indutus, ac stola exponit sanctissimum Sacramentum: In choro omnes stant aperto capite; & ad Hymnum cum dicitur *Tantum ergo sacramentum,&c.* genuflectũt.

Consult. magist. Rom.

16 Ad *Magnificat* ministratur incẽsum cum osculis, & benedictione more solito, postmodum celebrans in gradu medio genuflexus tripliciductu Sacramentum incensat, facta antea, & postea profunda inclinatione, deinde ad altare ascendens facta prius in medio genuflexione incẽsat ibi reliquias si adsint, & candelabra prout suo loco dictũ est. Acolythi ministrantes vna cum celebrante genuflectunt,ceroferarij verò stant.

S.l.2.c. XIII.

17 Thuriferarius cum populũ thurificat à latere se conuertit, non in mediũ,ne terga vertat Sacramento.

18 Si celebrandũ sit Matutinũ sollemne,vt decet,vbi laudabilis viget cõsuetudo, dũ dicitur Cõpletorium ter pulsantur cãpanæ; & immediatè post Completorium celebrans sacris vestibus indutus, (prout supra dictũ est de Matutinis sollemnib9 in festis primæ classis primi ordinis,)celebrabit,lectioresque designati lectiones, vel in medio chori,vel si populus sit frequens ante altare iuxta locorum consuetudinem cãtabunt. Ad septimam lectionem dum legitur Euangeliũ non deferuntur luminaria,nec illam cantãs pluuiali induitur, neq; librum signabit:celebrans verò pluuiali indutus, astãtibus ceroferarijs nonam lectionem cantabit;similiter laudes sollemniter prout de vesperis dictum est celebrabuntur,& eodem modo quoad *Magnificat*, dũ dicitur *Benedictus*. alatare incẽsabitur.

sup.l.2. c.XXII.

Cærem. episc.

19 Completo officio, dum dicitur Aña B.V. in fine Sacrista stolam supra superpelliceũ habens pręcedentibus duobus acolythis, accedit ad altare,& ambabus manibus accepto tabernaculo sanctissimi Sacramenti ad populum conuersus, cum eo semel signum crucis formabit, tum reponit tabernaculum supra corporalia in altari,& hostiam sacram intra ciboriũ reponit, clauiq; claudit.

20 In choro non datur signũ campanulæ,neq; clerus aspergitur, nisi posteaquã fuerit repositum Sacramentum:quibus omnibus tandẽ cõpletis celebrãs præcedentibus ceroferarijs procedit in Sacristiam, & acolythi cereos in altari extinguũt, atque candelabra, & vasa florum, quæ pro ornatu sanctissimi Sacramenti fuerant præparata ad sua loca reportant.

21 Per totam octauam, Vesperę, siue sint de octaua, siue de aliquo sancto currenti sollemniter celebrantur à Sacerdotibus senioribus ex ordine; sanctissimum autem Sacramentum exponetur ad Vesperas, & Completorium atq; ad Matutinum si sit celebrandum, ac propterea altare decenter cum luminibus,& flosculis erit ornandum magis, vel minus pro dierum qualitate.

22 Cum sollemnis processio sanctissimum Sacramenti ante fores nostræ Ecclesiæ transit, decet, vt construatur ibi altare ornatum cum lu-

minibus,

minibus, & flosculis, in medio verò extendatur corporalia, si fortè Episcopus deferẽs sanctissimum Sacramentum illud ibi reponere velit. & dum præterit processio pulsentur campanæ: nostri extra fores ecclesię ne egrediantur, quod si loci consuetudo aliud postulauerit, non nisi superpelliceis induti, & qua decet grauitate, ac modestia consistant. Ad altare verò aliquis Sacerdos secularis maturitate insignis sacris vestibus indutus modestè assistat, is secularium colloquia cohibeat, alij verò nullo modo accedant.

23 Die octaua Corporis Christi Vespere sollemniter celebrantur à Præposito, & post Completoriũ decet vt fiat processio per ecclesiam, eodem modo, quo in die: quod si æqua ex causa non sit facienda, post Completorium omnes cum cæreis accensis ex ordine ante altare accedentes in medium genuflectunt bini, & hinc inde per girum genuflexi assistunt. Vltimus omnium celebrãs pluuiali indutus medius inter duos assistentes, pluuialibus indutos, vel saltim stolam supra superpelliceum habentes, quos præcedent thuriferarius, & alter acolythus, & facta genuflexione ante infimum gradum postquam aliquantulum orauerint, surgente celebrante cum assistentibus ministrabitur incensum, sine benedictione, & osculis: cantores interea inchoabunt Hymnum. *Pange lingua, &c.* quẽ chorus prosequetur. & pulsantur campanæ.

24 Vbi celebrans imposuit incensum genuflectit, & triplici ductu Sacramentum incensat facta antea, & postea profunda inclinatione.

25 Completo Hymno cãtores dicunt ℣. *Panem de cælo, &c.* & celebrans surgens, dicit orationem, postea accepto tabernaculo cum Sacramento benedicit populo, vt dictum est supra in die. & reposito Sacramento intra ciborium datur signum campanulæ prout in salutatione Angelica, ac denique recedẽtes in choro ibi fit asperlorio, vt solet post Completorium.

26 Sacerdos, cui sacræ communionis cura fuerit demãdata postridie mane sacram hostiam, posteaquam communicauerit in sacrificio missæ ante purificationem assumet, nec communicandis ministrabit, lunulam verò tabernaculi in qua hostia extiterat diligenter purificabit; atq; etiam si videbitur vino lotam purificatorio abstergẽt, suisq; armarijs intra tabernaculum cũ alijs sacris vasis asseruabit. Syn. Mediol.

De festis mensis Iunij. *Cap. XXVII.*

1 PRima die huius mensis nõ impedita officio nouem Lectionum dicuntur Vesperæ defunctorũ cum nocturno, & laudibus, & mane post Primã missa principalis: quod si omnes dies fuerint impediti, quod tũc maximè contingit quando Festum Corporis Christi occurrit die 16. Iunij, eo anno omittitur.

De sancto Barnaba Apostolo.

2 Festum sancti Barnabæ, quod iuxta robricas Breuiarij nuper recogniti est duplex maius, non quidem sollemniter celebratur, neq; missa sollemnis nisi venerit in Dominica dicitur; officium tamen est ex communi Apostolorum, & in missa dicitur *Gloria*, & *Credo*, & Præfatio de Apostolis.

3 Si hoc festū occurrat feria sexta post octauam Ascensionis ante festum Pentecostes, officium erit ex communi Apostolorū tempore Paschali. Missa autem erit propria additis *Alleluia*, prout supra de festis tempore Paschali occurrentibus dictum est; post epistolam non dicitur Graduale, sed quatuor *Alleluia*, cū duobus versibus, quorum prior erit ex communi vnius martyris tempore Paschali. *Confitebuntur cæli, &c.* posterior verò, qui in proprio loco habetur. *Ego vos elegi, &c.* quod si aliquo die à vigilia Pentecostes vsque ad Festum sanctissimæ Trinitatis occurrat, transfertur ad primam diem non impeditam post festum Trinitatis.

4 Si in die corporis Christi occurrat transferatur in sequentem diem, in qua de eo officium celebrabitur cum cōmemoratione octauæ in officio, & missa, similiter si infra octauam occurrat officium fit de eo cū commemoratione octauæ, & altaris ac celebrantium paramenta erunt rubea; si autē in ipsa die octaua occurrat transfertur in sequētē diem, & in secundis vesperis octauæ fit tantum de eo commemoratio nam & si sit duplex maius, non tamē est ex sollemnioribus, quæ solummodo in rubrica de commemorātibus excipiuntur, similiter si in immediatè sequentem diem occurrat. In secundis vesperis fit commemoratio SS. Basilidis, & Sociorum, quòd si transferatur, sanctorum commemoratio non transfertur.

Rub. ge. Breu. c. IX. 4.

Rub. par. in octau. Corpor. Christi.

De festo S. Antonij de Padua.

5 Hoc festum, quod ex præcepto sanctissimi Pōtificis Sixti Quinti duplici ritu celebrabatur, in Breuiario nuper recognito semiduplici ritu ordinatur, ex communi confessorum non Pontificum. In secundis Vesperis officium est de sequenti festo S. Basilij duplex cum commem. S. Antonij, quod si occurrat intra id tempus, quod est à Vigilia Pentecostes vsq; ad festum sanctissimæ Trinitatis trāsfertur, similiter si infra octauam Corporis Christi, in qua semiduplicia occurrentia transferuntur.

De Festo S. Basilij Magni.

6 Hac die, quæ est 18. Iunij celebratur duplici ritu festum S. Basilij Magni, est autem dies ordinationis eius, nam ex hac vita eum kalendis Ianuarij migrasse, ex latinis martyrologijs, & Græco Monologio satis constat, officium autem est ex communi confessorum Pontificium. *Ad Magnificat*, in vtrisq; vesperis Antiphona, *O doctor optime.* Octauum quoque responsorium ex communi Doct. erit. *In medio ecclesia.* Missa erit propria, in qua dicitur. *Credo.* In secundis autem vesperis fit com. SS. Viti, & Sociorum. quòd si infra octauam Pentecostes, vel in die, vel etiam in die octaua Corporis Christi occurrat transfertur eius officiū, non tamen SS. commemoratio, quæ iuxta rubricas, vel est facienda, vel omittenda.

Martyr. Rom.

De Vigilia S. Ioannis Baptistæ.

7 Die 23. Iunij celebratur vigilia S. Io. Baptistæ, altaris paramenta, si officium sit de vigilia, erunt violacea. missa, propria secunda oratio *Concede.* Tertia *Ecclesiæ*, quod si occurrat die Dominica officium vigiliæ fit in Sabbatho, cum commemoratione sancti Paulini, & in missa ter-

sa tertia oratio erit, *Concede*.

Rub.gen. Breu. VI. 2. Rub.gen. miss.III.2

8 Si in die Corporis Christi occurrat, nihil eo anno fit de Vigilia. si infra octauam fit tantum commemoratio in officio, & missæ omnes erũt de vigilia cum commem. octauæ, & Præfatio de octaua. In die verò octaua tam ad laudes, quam in missa fit commemoratio Vigiliæ, cuius euangelium legetur in fine, & nona lectio ad matutinum erit de vigilia. Prima tamen missa post horas erit de octaua absq; vlla commemoratio vigiliæ, postquam dicetur altera de vigilia absq; vlla commemoratione octauæ.

Rub.ge. miss.III. 1.

De Festo S. Ioannis Baptistæ.

9 Sancti Io. Baptistæ Natiuitas, tã à Latinis, quam à Græcis sollemniter die 24. Iunij celebratur, & olim tribus missis eiusmodi celebritatem Patres agere consueuerunt, vt ordo Rom. Albinus Flaccus, & Amalarius testantur. Nunc iuxta Breuiarij rubricas est Duplex primæ classis, & vt suo loco adnotauimus in tertio ordine collocatur, ac propterea aliquis ex senioribus celebrabit. In missa non dicitur *Credo*, nisi fortè occurrat infra octauã Corporis Christi, vel die Dominico, vel in propria Ecclesia, vel Ciuitate in qua vt Patronus colitur, nam tunc dici debet iuxta missalis rubricas.

Baron. Mart.

sup.l.2. c.XX.

Rub.gen. miss.XI.

10 Si hac die occurrat Festũ sanctissimi corporis Christi, festum sancti Ioannis transfertur in sequentem diem, quæ erit feria sexta 25. Iunij, non tamen trãsfertur octaua; de sancto tantum commemoratio eo anno fieri debet, & in secundis Vesperis sacratissimi Corporis Christi fit tãtum commemoratio sancti Ioannis, cuius primæ Vesperæ concurrunt cum illis.

Rub.gen. bren. X. 1.

De SS. Ioan. & Paulo.

11 Antiquissima auctoritate firmatur sanctorum Ioannis, & Pauli festiuitas, quæ die 25. Iunij semiduplici ritu celebratur, qui enim vt ait Ambrosius Nascendi lege consortes, fidei societate coniuncti, passionis æqualitate consimiles, in vno semper Domino gloriosi, iure eodẽ pariter cultu ab vniuersa venerantur ecclesia. In primis Vesperis officium à Cap. de sanctis cum cõmemoratio octauæ S. Ioannis; quod si hoc festum inciderit in Dominicam transfertur in sequẽtem diem; si verò infra octauam Corporis Christi transfertur post octauam Apostolorum.

D. Ambr. in Præf.

De S. Leone Papa, & vigilia Apostolorum Petri, & Pauli.

12 Festum S. Leonis Papæ secundi, quod die 28. Iunij semiduplici ritu signatur, à capitulo incipit, cuius officium erit ex communi confess. Põt. cũ commemoratione octauæ S. Ioannis. ad Matutinum nona Lectio de Vigilia, & ad Laudes post commemorationem octauæ S. Ioannis fit commemoratio Vigiliæ cum aña & versu de feria currenti ad *Benedictus*, prout in Psalterio, & missæ priuatæ erunt de sancto cum cõmemoratione octauæ, & vigiliæ. In nostris autẽ Ecclesijs, quæ sunt collegiatæ, & in quib⁹ plures Sacerdotes celebrant post horas dicuntur duæ missæ, altera de Sancto cum com. octauæ, & B. Mariæ. altera de Vigilia in qua secunda oratio erit *Concede*, tertia *Ecclesiæ*. Si autem venerit in Dominica transfertur post octauam Apostolorum: & in Sab-

Rub.Bre. par.

Rub.par. miss.

Rub.gen. miss.III.2

batho

batho, in quo fit de octaua S. Ioannis legitur nona Lectio de homilia Vigiliæ, cuius etiam fit commemoratio ad Laudes tantum, & missæ omnes erũt de Vigilia cum commemoratione octauæ.

De festo sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli.

13 Vt festum sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, quod à Latinis,& Grecis die 29.Iunii, ex vetustissima pietate colitur,quę quia aliquantulum refriguerat,vt Theodorus lector secundo collectaneorũ, & Nicephorus Callistus lib.18.ecclesiasticæ Hist.cap.39.adnotãt Festus senator Romanus, cum apud Anastasium Imperatorem legatione fungeretur,vt maiori reuerentia,& cultu vbiq; celebraretur obtinuit,prout ad hæc vsq; tempora vbiq; terrarum sollemniter celebratur, cum octo sequentibus diebus. In ipsa autem die festum est duplex primæ classis.& vt proprio loco de festis primæ classis tertii ordinis sollemniter ab aliquo ex senioribus est celebrandum. In vrbe verò,à Præposito celebratur;vt de festis primæ classis secundi ordinis dictum est, similiter in propria Ecclesia apparatus, & reliqua omnia erunt prout de Patrono Ecclesiæ proprio loco dictum est.

S.l.1.c. XX.

De festo commemorationis S.Pauli.

14 Olim Romani Pontifices eadẽ die Pontificia munia in vtraq; ecclesia Petri videlicet,& Pauli, vt ex Prudentii Hymno 12.satis expressè colligitur exequi consueuerunt: at cum hoc ob nimiam locorum inter se distantiam non sine magno,ac intolerabili ferè labore perfici posse videretur, Diuo Gregorio Papæ visum est,vt prima die in Basilica Vaticana vtriusq; celebraretur festiuitas,in sequenti autem die 30. videlicet Iunii in Basilica sancti Pauli Sacra commemorationis eius peragerentur sollemnia, & vt vberius quod pridie prætermissum fuerat perficeretur eiusdem officium composuit; & quod initio in sola Romana ecclesia,id postmodum vbiq; lato decreto celebrari sanciuit.

Micrologus.c.42

Ligni vitæ l.5.c.12.

15 Hoc festum non erit in ordine classis; ac propterea ad Laudes, & Missam fieri debet commemoratio octaua S.Io.post commemorationẽ S.Petri, & in secundis Vesperis officium à Capit. de octaua S. Ioannis, & nisi venerit in Dominica non celebrabitur missa sollemnis.

16 In propria ecclesia hoc festum habet primas Vesperas integras, in quibus fit commemoratio S.Petri,nõ autem S.Ioannis,prout in Breuiario Romano, erit autẽ officium in propria ecclesia primæ classis, & celebrabitur à Vicario,vel alio ex senioribus, seruatis omnibus, quæ supra dicta sunt de festis primæ classis tertii ordinis:in Laudibus,& missa tantum S.Petri non autem S.Ioannis fit commemoratio,bene tamen in secũdis Vesperis de eo fit commemoratio. pro qua añã & versus erunt ex primis Vesperis S. Ioannis.

S.l.1.c. XX.

De Festis mensis Iulij. Cap.XXVIII.

1 Kalẽdis Iulii celebratur octaua S. Ioannis duplici ritu, omnia sicut in die, exceptis Lectionibus primi, & secundi Nocturni, quæ erunt propriæ prout in Breuiario. Ad Laudes, & Missam fit com-

memo-

Io.Scultinguis.

memoratio de Apostolis Vesperæ erunt de sequenti festo Visitationis, quòd est Duplex maius. huius autē Natiuitatis octaua dies celebris est, quia in ea Patri loquela fuit restituta, puer circumcisus, nomen aptatū, & gratia filij Pater propheta efficitur.

De Festo Visitationis Beatæ Mariæ Virginis.

2 Hoc Festum ob sedatum schisma ab Vrbano VI. institutum, & à Bonifacio IX. eius successore confirmatum anno Domini 1384. & à Concilio Basiliensi corroboratum ann. 1431. duplici ritu post octauam Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ celebratur, nam cum post Annunciationem statim contigisse ex Euāgelica historia certum sit, & tunc temporis ecclesia circa officium Quadragesimę, aut Passionis sit occupata, in hāc diem huiusmodi officium non incōgruè fuit translatum. Huius diei officium iuxta rubricas erit Duplex maius, quod alijs duplicibus præfertur, & propterea habet primas Vesperas integras; altare decenter ornabitur, & ob venerationem Beatissimæ semper Virginis missa sollemnis celebrabitur, ac si esset festum secundæ clasis.

Io. Scultinguis ... eccles.

De octaua Apostolorum Petri, & Pauli.

3 Ex antiquissima traditione sanctorum Apostolorum in octauā vsq; diem Festiuitas producitur, de ipsa enim in actis sanctorum Martyrum Sebastiani, & sociorum aperta fit mentio. & ex sermone S. Leonis Papæ hac die habito demōstratur hac die populum conuenire consueuisse

Annal. Baron. 20. 2.

ad persoluendas gratias pro liberata Vrbe à furore Attilæ. huius diei officium est dup. ex communi Apostolorum, & missa propria prout in missali.

De sanctis septem Fratribus.

4 Sanctæ Fœlicitatis, & septem eius filijs insigne fuit martyrium, prout ea Patribus & antiquis martyrologijs in omnibus ecclesijs celebris eorum memoria semper fuit; horum dies festus die 10. Iulij semiduplici ritu celebratur, ac ꝓptere si in diem Dominicum inciderit in proximè sequentem diem transfertur. Altaris ac celebrantium paramenta rubea erunt, &c.

De Sanctis Martyribus Nabore, & Fœlice.

5 Ex antiquis monumentis veneranda horum sanctorum memoria habetur, de quibus præcipuè agit D. Ambrosius in Lucā, & Paulinus Nolanus in vita S. Ambrosi Horum pretiosa passio pulchrè in liturgicis Ambrosionis describitur, tamen in Breuiario Romano in quo simplici ritu die 12. Iulij eorum Festiuitas præscribitur, nihil de ijs peculiare nisi tantum oratio habetur, lectiones verò ex communi martyrū desumuntur. Hac die ad primas Vesperas, & Laudes, necnon ad missam commemoratio S. Ioanni Gualberti ex præcepto sanctissimi Pontificis Clementis Octaui, fieri debet, prout etiam ex Breuiario, & missali recognitis habetur.

De S. Anacleto Papa, & Martyre.

6 Die 13. Iulij Festum S. Anacleti

Papæ,& mart.semid.ritu celebratur in paramentis rubeis. Secundæ Vesperæ integræ de S.Bonauentura cũ com.S.Anacleti color paramentorũ ad Vesperas erit albus.

De S.Bonauentura.

7 Festum S.Bonauenturæ Confessoris,& Episcopi, quod antea semiduplici ritu celebrabatur de mãdatu sanctissimi Pontificis Sixti Quinti duplici ritu colitur,omnia ex cõmuni confess.Pont.aña ad *Magnificat*, in vtrisq; Vesperis. *O Doctor optime*. Octauam Responsorium. *In medio Ecclesiæ*. & in missa dicitur *Credo*.

De S.Maria Magdalena.

8 Sãctæ Mariæ Magdalenæ,cuius laudes euangelica narrat historia, festum die 21. Iulij duplici ritu celebratur: in Breuiario à Clemente Octauo recognito non habetur amplius vt in veteribus Hymnus. *Lauda mater ecclesia, &c.* sed eius loco appositus est Hymnus. *Pater superni luminis.*& in Breuiario nouissime Romæ edito est emẽdatus Hymnus nocturni. *Nardi Maria pistiti,&c.* In missa dicitur *Credo*, fuit enim ipsa Christi Domini euangelij prædicatrix,& hac de causa Maguntinenses hac die dicere cõsueuerunt Pręfationem de Apostolis. color paramentorum erit albus. In secundis Vesperis commemoratio sancti Apollinaris.

De S.Apollinare episcopo, & mart.

9 Hoc festum semiduplici ritu die 23.Iulij celebratur. In secũdis vesp. com.S.Christinæ.color rubeus.

De Vigilia S.Iacobi Apostoli.

10 Die 24.Iulij celebratur vigilia S.Iacobi in paramentis violaceis,ad Laudes, & horas dicũtur preces feriales flexis genibus, & de S. Christina fit tantum commemoratio in officio,& missa;quando verò festum sancti Iacobi venerit feria secunda, tũc Sabbatho officium, & missa erit de S. Apollinare cum commemoratione vigiliæ, cuius euangelium legetur in fine missæ, & nona lectio erit homilia vigiliæ, missæ priuatæ omnes erunt de sancto cum cõmemoratione vigiliæ, excepta prima post horas,quæ erit de sancto absq; vlla commemoratione vigiliæ,& secunda quæ erit de vigilia absq; com memoratione sancti. In Dominica verò fit cõmemoratio S. Christinæ.

De S.Iacobo.

11 Festum S. Iacobi Apostoli, q̃ die 25. Iulij celebratur est secundæ classis,ac propterea,vt de sanctis,secundę classis dictum est sollemniter celebrabitur, In officio fit commemoratio sancti Christophori in Laudibus tantum, similiter in priuatis missis,non autem in sollemni, in secundis autem Vesperis fit commemoratio sanctæ Annæ. S.l.1 c. XX.

De S. Anna.

12 S. Annæ, quæ Dei genitricis Mater extitit festiuitatẽ Gregorius XIII.fel.mem.literis Apostolicis datis anno Domini 1584.firmauit,auxitq;;præcipiens, vt perpetuis futuris temporibus die 26. Iulij per totius orbis ecclesias duplici officio quotannis celebretur. & in Breuia-

rio

rio à Clemente Octauo recognito habetur propria oratio, quæ etiam emendatior nouissimè in Breuiario Romæ edito à sanctissimo D.N.Paulo V.reperitur. In secundis Vesperis commemoratio sancti Pantaleonis martyris.

De mense Augusto.

Cap. XXIX.

1 DOminica prima mensis ea dicitur, quę incidit in Kalēdis, vel est proximior Kalendis, ita vt si Kalendæ fuerint secunda, tertia, vel quarta feria, prima Dominica mensis erit, ea quę præcedit Kalendas, si autem quinta, vel sexta feria, vel Sabbato, erit ea quæ sequitur. Adueniēte igitur prima Dominica Augusti, ea videlicet, quæ incidit in ipsis Kalēdis, vel est proximior; omissis lectionibus librorum Regum, si fortè supersint, leguntur libri Salomonis vsq; ad primam Dominicam Septembris: quod si quatuor tātum Dominicæ huic mensi sint tribuendæ, eo anno quinta omittitur, Responsoria verò quæ primæ Dominicæ sunt assignata, etiam in alijs Dominicis, & hebdomadibus sequentibus huius mensis dici debent.

2 Prima die huius mensis non impedita festo nouem lect. dicūtur Vesperæ defunctorum cum nocturno, conuenienti currenti feriæ, & laudes, mane verò post primam dicitur missa principalis pro defunctis.

De Festis mensis Augusti.

De Festo S. Petri ad Vincula.

3 Petri Apostoli Vincula singulariter sacra veneratur ecclesia; Romæ in exquilijs eius nomini Kalendis Augusti dedicata Basilica ad populum à gentilitate reuocādum; annua celebritate omnium etiam ecclesiarum festiua hæc dies colitur, & in Breuiarij tabulis nouissimè emēdati; inter duplicia maiora, quæ omnibus alijs præferuntur ascribitur. In officio omnia ex communi Apostolorum, præter ea quæ propria in Breuiario habentur; in missa dicitur *Credo*, & Præfatio de Apostolis, color albus. In secundis Vesperis post com. S. Pauli fit com. sancti Stephani.

De Festo S. Mariæ Angelorum.

4 Die 2. Augusti frequēs est in ecclesijs fidelium cōcursus, ad Sacramentum pœnitentiæ; necnō sacram commemorationem sumendam ad Indulgentias sanctæ Mariæ dictæ de portiuncula consequendas, ac propterea, nisi sit dies Dominicus, & vbi festum sancti Stephani non sollemniter celebratur, altare erit paramentis albis, vt pridie, decenter ornatum, & missæ priuatæ dici poterūt ob populi deuotionē, & Beatissimæ semper Virginis Marię venerationē, votiuæ de B. Virgine post Pent. sine *Gloria*, & sine *Credo*, in ipsis autem secūda oratio erit de sancto Stephano, & tertia de Spiritu sancto, prima tamen quæ immediatè post horas dicitur quia cum officio semper conuenire debet erit de sancto cum paramentis rubeis.

5 Si quis autem, habita ratione B. Francisci, cui à Domino specialiter huiusmodi Indulgentiæ fuerunt cōcessæ applicabiles etiā fidelibus defunctis, vellet ob sui pietatem addere alias duas orationes, conuenienter

ter quarta erit pro defunctis. *Fidelium,&c.* & quinta de S. Francisco.

De Festo Inuentionis S. Stephani.

6 Festum Inuentionis S. Stephani protomartyris tertia die Augusti semiduplici ritu ex antiquissima traditione celebrat ecclesia. In officio præter ea quæ propria habentur omnia ex communi mart. color rubeus. In secundis Vesperis in quibus officium est S. Dominici, color albus; secus si festum S. Stephani transferatur, nam tunc in secundis Vesperis antiphona erit *Lapidauerunt,&c.*& color paramentorum erit rubeus.

De S. Dominico Confessore.

7 Sancti Dominici sollemnitas die 4. Augusti à sanctissimo Paulo IV. Rom. Pont. in hāc diē quę est pridie eius diei quo ad gloriā transijt Angelorum ob festum B. Mariæ ad Niues, quod in eādem diem incidit relata est: celebratur autem duplici ritu; omnia ex communi confess. non Pōt. præter ea quæ propria habētur, color albus. In secundis autem Vesperis tātum de eo fit commemoratio cum sequēs festum S. Mariæ ad Niues in Breu. nuper recognito inter duplicia maiora, quæ alijs præferuntur sit ascriptum.

De Festo S. Mariæ ad Niues.

8 Festum S. Mariæ ad Niues, quinta die Augusti celebratur est Duplex maius; In missa vna tantum oratio, & dicitur *Credo*, Præfatio de B. Virgine, *Et te in festiuitate, &c.* color albus. In secundis Vesperis, quia concurrit cum sequenti duplici pariter maiori, atque digniori, de ea fit tantum commemoratio.

De Festo Trāsfigurationis Domini.

9 Vetustissima hæc festiuitas apud Græcos,& Latinos extit, de ea Callistus Papa Tertius, vt testatur Platina officium composuit, atq; Indulgentias concessit, nunc officium est duplex, & inter maiora in Breuiarij nuper emendati tabulis ascribitur, vbi autem hoc festum ex præcepto seruatur missam sollemnē celebrare conuenit. In fine Hymnorum dicitur. *Gloria tibi Domine, qui apparuisti hodie,&c.* & ad Primam dicitur ℣. *Qui apparuisti hodie.* In missa Præfatio de Natiuitate. Ad versus, & responsoria Breuia additur, *Alleluia*, est enim festum Dominicum.

De SS. Cyriaco Largo, & Smaragdo.

10 Horum sanctorum Martyrum dies festus octaua die Augusti semidup. ritu celebratur, quod si die Dominica venerit, transfertur in proximè sequentem diem, in qua officiū, & missa erit de sanctis cum commemoratione vigiliæ, cuius euāgelium legetur in fine missæ, & nona lectio ad matutinum erit de homilia vigiliæ; post horas verò prima missa erit de Sancto absq; vlla commemoratione vigiliæ; Altera verò de vigilia in paramentis violaceis absque vlla commemoratione sanctorū, reliquæ omnes de sanctis in paramentis rubeis cum commemoratione vigiliæ cuius euangelium legetur in fine. Eadem seruari oportet, quando festum S. Laurentij feria secunda occurrit, nam tunc in Sabbatho celebrabitur festum sanctorum cum cō memoratione vigiliæ, eodem modo quo supra dictum est,&c.

De vigilia, & festo S. Laurentij martyris.

11 Sancti Laurentij vigilia singulariter celebratur, eo quod in supplicijs S. Laurentij eius nox fuerit cõsumpta, quæ obscurum non habuit: huius diei officium erit de feria cum præcibus ferialibus, quæ dici debẽt flexis genibus, & tam in officio, quam in missa fieri debet commemoratio S. Romani, & paramẽta omnia erũt violacea, quod si Festum S. Laurentij occurrat feria secunda, tunc in Sabbatho præcedenti fit de vigilia modo supra præscripto: sine comm. S. Rom.

Amala. de ordine Antiphonam c. 61.

12 Festum, quod die decima Augusti celebratur est duplex secundæ classis, ipsumq; tribus priuilegijs insignitum sollemniter celebrat ecclesia; solus namq; inter martyres vigiliam habet, Antiphonarum regressum, & octauam, nec immerito ex antiquissima institutione hęc omnia ei debentur, qui alios martyres passione excellit. In missa non dicitur *Credo*, nisi vbi fuerit Patronus, vel Titularis, & nisi venerit in die Dominica. Color paramentorum erit rubeus; similiter infra octauam.

Ex Cornelio Sualtinghio.

De Vigilia, & Festo Assumptionis B. Mariæ Virginis.

13 Die decimaquarta Augusti celebratur Vigilia Assumptionis Deiparæ Virginis Mariæ, qua ieiunatur, officium de octaua sancti Laurentij: Ad Matutinum nona Lectio de homelia Vigiliæ, & commemoratio in Laudibus. missæ omnes erunt de vigilia in paramentis violaceis, in quibus secunda oratio erit de octaua, & tertia de sancto Eusebio.

14 Festum quod die decimaquinta Assumptioni Beatissimæ Virginis est sacrum, inter omnes eius festiuitates est celeberrimum, & ob præcipuam venerationem, quam Dei genitrici debemus, cum sit primæ classis, sollemniter celebratur, vt dictum est de festis primæ classis primi ordinis.

S. l. 2. c. XX.

De octaua S. Laurentij.

15 Die decimaseptima celebratur officium octauæ sancti Laurentij duplex in paramentis rubeis; omnia sicut in die, excepta oratione, & Lectionibus, quæ in primo Nocturno erunt de scriptura occurrente, in secundo verò, & tertio propriæ assignatæ, ad Vesperas, ad Laudes fit commemoratio octauæ Assumptionis, & in missa dicitur *Credo*, & Pręfatio de Assumptione.

De S. Bernardo Abbate.

16 Die vigesima Festum sancti Bernardi Abbatis Duplici ritu celebratur, Ad Vesperas, & Laudes commemoratio Assumptionis; similiter in missa, in qua dicitur *Credo*, & Præfatio de Assumptione.

De octaua Assumptionis Beatæ Virginis.

17 Leo Quartus Romanus Pont. vt octaua Assumptionis Dei genitricis ageretur instituit, anno Domini 847. prout Anastasius Bibliothecarius in eius actis adnotatum reliquit: omnia sicut in die, exceptis Lectionibus, quæ erunt propriæ, & commemoratione Sanctorũ Timothæi Hippolythi, & Sympliciani, quæ in Vesperis, Laudibus, & missa fieri debet.

De Vigilia, & Festo S.Bartholomæi Apostoli.

18 Sancti Bartholomæi festiuitas celebratur die 24. vel 25. Augusti iuxta locorum cõsuetudinem,& pridie officium,& missæ erunt de vigilia,qua ieiunatur,paramẽta altaris, & celebrantium erunt violacea; Officium diei erit secũdæ clasis in paramẽtis rubeis,& Romę & vbi celebratur die 25. nona Lectio ad Matutinum erit de S.Ludouico confessore, cuius etiam commemoratio fieri debet ad Laudes, & Missas priuatas tantum.

De sancto Augustino Confessore.

19 Die 28. Augusti celebratur festum S.Augustini episcopi, & ecclesiæ Doct.dup.ritu:in officio octauum Resp.erit. *In medio ecclesiæ,&c.* prout in Breu.emẽdato: In missa dicitur *Credo:* & tam in officio,quam in missa fit com.S.Hermetis mar. color paramentum, erit albus.In secũdis Vesp.à Cap.de Decollatione S. Io.Baptistæ cum com. S. Augustini, & S.Sabinæ mar.color rubeus.

De festo Decollationis S.Io.Bapt.

10 Tam Græci,quam Latini Decollationem S.Ioannis celebrant,& quoniam hæc imminente festiuitate Paschali contigit, in istam diem 25. Augusti celebritas translata est, qua Edesse venerãdum caput ipsius inuentum fuit, & qua supra directũ Serapidis templum Alexandriæ,Basilica S.Ioannis per Telesphorũ episcopum Alexandrinum Theodosio Imperante fuit extructa, illucq; huius venerabilis sancti,reliquiæ allatæ atq; conditæ: officium est dup.

Baron.in mart.

In missa nõ dicitur *Credo*,nisi vbi sit Patronus, vel Titularis,& nisi venerit in Dominica 1. color rubeus.

De mense Septembri: Cap. XXX.

1 PRima die nõ impedita dicitur Officium defunctorum,vesperæ videlicet cum Nocturno,& Laudibus, & post Primam,missa principalis, quæ erit quotidiana cum tribus orationibus, absque sequentia. Hebdomada prima,& secunda Septembris legitur liber Iob cum Responsorijs assignatis. Tertia verò hebdomada legitur liber Tobiæ cũ suis Responsorijs, & in ipsa celebrãtur quatuor tempora Autumnalia, in quibus officium fit de feria cum precibus, quod si occurrat aliquod festum nouem lectionum, in ipso lectiones primi Nocturni, nisi propriæ assignentur, erunt ex communi, & nona lectio de Homelia feriæ, cuius etiam commemoratio fit in laudibus tantum: si dicenda sit missa sollemnis de Sancto in ea non fit commemoratio feriæ, post Nonam tamen dicitur altera missa de feria absq; vlla commemoratione Sãcti, quod si non sit dicenda missa sollemnis, post Nonam dicitur prima missa de Sancto cum paramentis coloris cõuenientis, absq; commemoratione feriæ, deinde altera feriæ in paramẽtis violaceis absq; cõmemoratione sancti, reliquæ verò missæ erunt de sancto cum cõmemoratione feriæ,cuius etiam euangelium legitur in fine.

2 Si infra octauam alicuius sancti occurrant, Officium erit de octaua cum commemoratione feriæ, vt supra,missæ verò omnes erunt de feria Rub.gen. missa,III, 2.& 5.

nam

nam iuxta rubricas generales missalis, si Vigilia occurrat infra octauã, missa dicitur de vigilia,& si in quatuor temporibus occurrat vigilia,dicitur missa de feria cum commemoratione vigiliæ, si igitur feria quatuor temporum præcedit vigiliam, qua infra octauam currente missa dicitur de vigilia, multo magis dici debet de feria.

De Festo Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis.

3 Festum Natiuitatis Beatissimæ Virginis Mariæ, quod die octaua Septembris celebratur est antiquissimũ in Ecclesia Catholica, ac sollemniter celebratur, & licet iuxta Breuiarij rubricas, quoad officij ordinationem fit secundę classis,tamẽ quoad apparatum& sollemnitatem fiunt prout in festis primæ classis tertij ordinis,accenduntur enim cerei supra parietes,& aliquis ex senioribus sollemniter celebrabit; Ad laudes,& in missis priuatis tantũ fit commemoratio sancti Adriani.Infra octauam omnia sicut in die,in missa tamen secunda oratio erit de Spiritu sancto,tertia verò ecclesiæ.

De Festo S. Nicolai de Tolentino.

4 Die 11.celebratur festum S.Nicolai deTolentino semid.ritu, in primis Vesp.à Cap.de S.Nicolao,cum com.oct.Natiuitatis B.M.& in officio omnia ex communi confess.non Pont.exceptis lect.1.noct.quæ erũt de feria currẽti, & secundi quæ erũt propriæ.in fine Hym. Laud. dicitur *Gloria tibi Domine, qui natus es de virgine.* Præfat.de B.V.cuius etiam fit com.ad Laudes,& Missam.In secundis autem Vesp.à Cap. de octaua cum cõmemoratione S.Nicolai.

5 In propria ecclesia officium erit sollemne primæ classis absq; vlla cõmem.oct.Lect.1. noct. ex communi conf.non Pont. In fine tñ Hymnorũ dicitur *Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine*;& Præfatio erit de Natiuitate.

De exaltatione S.Crucis.

6 Festum exaltationis S. Crucis, q die 14.Septemb.ex antiqua traditione colitur,iuxta rubricas Breuiarij emẽdati est Duplex maius,quod alijs duplicibus pręfertur.Nobis autem, quibus S.Crux est Titularis, & hæc dies sollemnis, atq; anniuersaria primæ nostræ Cõgregationis institutionis,est duplex primæ classis, ac propterea in primis Vesperis, & Laudibus nulla fit com.oct. nihilominus tamen in fine hymnorum dicitur *Gloria tibi Domine, qui natus es de Vergine, &c.* celebrabit aũt P. Vicarius, vel aliquis ex senioribus, & reliqua fiunt vt dictũ est de festis primæ classis tertij ordinis. In secũdis vesperis commemoratio octauæ B.V. non autem S.Nicomedis. S.l.2.c. XX.

De octaua Natiuitatis B.M.V.

7 Octauam Natiuitatis B. Virginis,quam Rodulphus inter maiores octauas recenset Innocentius Quartus instituit anno Domini 1446.& totum officium, vt notat Platina, & Durandus,composuit. In Laudibus,& Missa fit commemoratio sancti Nicomedis,& in secundis vesperis sanctorum Cornelij,& Cipriani, & pro commemoratione sanctorum Euphemiæ Luciæ,&c. dicitur Antiphona, *Gaudent in cœlis*, cum ℣. *Exultabunt,&c.* Bibliotheca ecclesi.

De SS.mart. Cornelio, & Cypriano.

8 Semiduplici ritu SS.Cornelij,& Cypriani festum die 16.Septembris celebratur, color paramẽtorum erit rubeus,quòd si in Dominicam incidat transfertur in sequentem diem, & SS.tum Euphemiæ,&c. com. nõ transfertur,nec tunc añæ, & versus variantur: quod si in quatuor temporibus occurrat, lect.1.noct. erunt ex cõmuni plurimorum mart.& nona lect.erit de Hom.feriæ occurrentis,cuius com.fit in laudibus, atque etiam in missa,in qua in fine legitur Euangelium feriæ.

De SS.mart.Ianuario,& socijs.

9 Festum S.Ian.ex institut.Greg. XIV.fel.mem.semid.ritu vbique, at in Ciuitate,& Regno Neap. duplici ritu celebratur, si in quatuor temporibus venerit lect.1.Noct.sumuntur ex communi plurimorum mart. & nona lect. erit de Hom. feriæ occurrentis,cuius com. fit in laud.atq; etiam in missa, in qua vltimo loco legi debet Euangelium, feriæ similiter, quando in vigilia sancti Matthæi celebratur, nona lectio erit de vigilia cuius commem.fieri debet in laud.& missa.

10 In ciuitate Neapolitana vbi est Patronus præcipuus officiũ est duplex primæ classis ex cõmuni vnius mart.Oratio.*Deus qui nos.* Ad mat. lect.1.noct. *A Mileto,&c.* in secundo Noctur. Lect. propriæ Homelia in euangelium,*Si quis venit ad me, &c.* Missa ex eodem cõmuni vnius mar.*Statuit,&c.* cum *Gloria*,& *Credo*,& in secundis Vesperis fit commemoratio sanctorũ Festi, & sociorum martyrum, pro quibus dicitur oratio,*Deus qui nos annua,&c.*& in sequẽti die,si non sit Dominica, vel feria secũda si sit Dominica officiũ erit de SS.mart.festo,& socijs semidup.ritu:in 2.noct.lect.quę pridie lectæ fuerunt, quia in ipsis fit mentio de eorum martyrio; similiter in 3. noct.legitur Hom.in euang.*Sedente Iesu,&c.*vt die præcedẽti. Missa eadem quæ præcedenti die in missali Rom.assignatur.& quia in ea ciuitate huius S.Martyris celebratur octaua,in laudibus,& missa,fit cõ.oct. in secundis vesp. nihil de sanctis, nec de oct.sed omnia de S.Matthæo.

De S. Matthæo Apostolo.

11 Festũ S.Matthæi Apostoli sollemniter celebratur, prout proprio loco de duplicibus secundæ classis dictum est; quod si in ferijs quatuor temporum occurrat,nona lectio erit de homelia feriæ, cuius commemoratio fit in laudibus, atque etiam in missa, in qua legetur euãgelium feriæ in fine. In missa autem sollemni nõ fit commemoratio feriæ, sed post nonam dicetur missa de feria in paramentis violaceis, absq; vlla com. sancti: in 2.vesp.fit commemoratio sanctorum Mauritij,& sociorum. S.l.2.c. XX.

De Festo Dedicationis S. Michaelis Archangeli.

12 Festũ Dedicationis S.Michaelis inter ea,quæ à mirabili euẽtu originem traxerunt adnumeratur, non vnum autẽ S.Michaelem,sed & oẽs S.Angelos attingit,& in omniũ sanctorum Angelorum honorem est institutum, ac propterea ad octauam lectionem Benedictio erit. *Quorum festum colimus, &c.* officium aũt est sollemne,prout de duplicibus 2.classis dictum est, & in 2.Vesp.fit com. tãtum sequentis festi S. Hieronymi,

In propria autẽ ecclesia est duplex primæ classis, & celebratur cũ octaua, habetur officium proprium ordinatum à sacra rituum Congregatione anno Domini 1605.

De Festo S. Hieronymi.

13 Hoc festum est duplex, omnia de communi doctorum exceptis lectionibus. In missa dicitur *Credo*. & in secũdis Vesp. fit commem. S. Remigij. qui autem sequẽti die officiũ Angeli Custodis à sacra rituum Cõgregatione approbatum recitare voluerint ad Vesp. à Cap. de Angelo Custode, cum cõmemoratio sancti Hieronymi, & S. Remigij.

De mense Octobri.

14 Prima die nõ impedita dicitur officium defunctorum, Vesperæ videlicet cũ Nocturno, ac Laudibus, & post Primã mane celebratur pro defunctis missa, quæ erit quotidiana cum tribus assignatis orationibus, sine sequentia.

15 Leguntur hoc mense ad Matutinum libri Maccabęorum, quod si Dominicæ huius mẽsis quatuor tãtum erũt, feria quinta, sexta, & Sabbatho quartæ Hebdomadæ leguntur lect. Dñicæ quintæ, & feriæ secũdę, ac tertiæ eiusdem Hebdomadæ, q̃ si hi dies fuerint impediti, eo anno omittuntur illæ lectiones, quæ his diebus legi non possunt, quando verò quinq; hic mensis habet hebdomadas, & hæ lectiones in suis ferijs legi nõ possunt, ponantur in sequentibus ferijs eiusdẽ hebdomadæ iuxta ordinem Historiæ, & Martyrij Machabæorum.

De Festis mensis Octobris. Cap. XXXI.

De Angelo Custode.

1 CVm sanctissimus D.N. Paulus Papa V. ad instãtiam Catholici Regis Hispaniarum, & aliorum plurimorum Principum secularium, & virorum ecclesiasticorum concesserit omnibus ecclesijs, vt prima die post festum S. Michaelis non impedita officio nouem lectionum, festũ Angeli Custodis celebretur, & officium à sacra rituum congregatione approbatum recitetur, prout ex decreto edito anno Dñi 1608. apparet. Idcirco qui illud celebrare voluerit, prout in nostris ecclesijs consueuimus, in secũdis vesperis S. Hieronymi à Cap. officium erit de Angelo custode cum com. S. Hier. & S. Remigij. & ad Matutinum nona lectio erit de S. Remigio, cuius etiam commemoratio fieri debet ad Laudes, & missam. Ad octauam lectionẽ Benedictio erit. *Quorum festum colimus, &c.* In missa dicitur *Credo*.

2 Quando festũ S. Hieronymi venerit in Sabbatho, festum Angeli custodis celebrabitur feria secunda, & vesperæ erũt integræ de Angelo duplici ritu, cum cõmemoratione Dominicæ tantum. nam de S. Remigio commemoratio non transfertur, sed die Dominico ad laudes, & missam fieri debet.

De S. Francisco confessore.

3 Sancti Francisci festum, quod quarta die Octobris duplici ritu designatur, celebre quidem est ob specialẽ venerationẽ, qua vbiq; colitur. In missa non dicitur *Credo*. nisi rõne

titulo, vel vbi fuerit Patronus. In secundis Vesperis fit com. SS. Placidi, & Sociorum.

De Festo S. Lucæ Euangelistæ.

4 Hoc festum quod die 18. Octobris colitur est iuxta Breuiarij Romani rubricas duplex secundæ classis, & sollemniter celebrari cõuenit, in paramẽtis rubeis, vbi hoc festum de præcepto. Missa sollemnis seruatur celebrabitur, & ad Vesperas incensabitur altare.

De vigilia, & festo Sanctorum Simonis, & Iudæ.

5 Die 27. Octobris celebratur vigilia Apostolorũ Simonis, & Iudæ, altaris, & celebrantium paramenta erunt violacea, in officio dicuntur preces feriales flexis genibus.

6 Officium diei erit secundæ classis sollemne in paramentis rubeis, omnia ex cõmuni Apostolorũ, præter ea quæ propria in missali, & breuiario habentur.

De mense Nouembri. Cap. XXII.

1 Prima die nõ impedita officio nouem lectionum, dicatur pro mense Nocturnum cum laudibus defunctorum, & præcedenti die post vesperas diei dicuntur vesperæ defunctorum: mane verò post Primam dicitur missa principalis, quæ erit quotidiana pro defunctis, &c.

2 Hebdomada prima Nouembris legũtur ad Matutinũ lectiones Ezechielis Prophetæ, cum suis Responsorijs, tam in Dominica, quam in ferijs assignatis, quæ repetuntur in reliquis Dominicis, & ferijs vsque ad Aduentum. Suo. l. 2. c. XX.

3 Dominica secunda, si Nouẽber habeat quatuor tantum Hebdomadas legitur liber Danielis positus in tertia Dominica, & duabus sequentibus Dominicis leguntur Prophetę minores.

4 Initia Prophetarũ, si eo die quo occurrunt legi non poterunt, eo q̃ fuerint impedita aliquo festo nouẽ lectionum habente proprias lectiones de scriptura, ponantur in sequẽti feria alio simili scripturæ ponẽdo, vel Festo non impedita; alioquin in præcedenti, similiter non impedita, ita vt aliquo modo ponantur. Rub. gen. Br. XXVI

5 Si Dominicæ post Pentecosten fuerint vigintiquinq; Dñica quarta Nouembris ad matutinum legetur homilia Dominicæ sextæ post Epiphaniam, cum sua oratione, & antiphona ad *Benedictus*, & *Magnificat.* si fuerint 26. Dominica tertia legetur homelia Dominicæ quintæ post Epiphaniam, & Dñica quarta Dom. sexta: si verò fuerint 27. Dñica secunda legetur hom. Dom. 4. & 3. Dom. 5. & 4. Dñicę sextę: si verò fuerint 28. Dñica prima Nouẽbris legetur hom. Dom. 3. post Epiphaniã, & reliquæ deinceps ex ordine, semper tñ vltimo loco in quinta Dñicã mẽsis, quæ est vltima ponetur Euãgelium Dñicæ 24. post Pentecosten, similiter 3. & in missa, orationes, epistolæ, & Euangelia erunt post Epiphaniam: Introitus tamen, Graduale, & cõio in prædictis Dñicis semper dñi, vt in Dñica vigesimatertia.

6 Si Dominicæ post Pentecosten fuerint tãtum viginti tres, tũc vigesima quarta ponitur loco vigesimæ tertiæ, & in præcedenti Sabbatho, si non sit impedito festo nouẽ lectionum leguntur tres lectiones de homelia Dñicæ vigesimæ tertiæ, omissis lectionibus scripturæ illius feriæ, Rub. gen. Breu. IV. nu. 4.

& in laudibus ad *Benedictus*, dicitur antiphona, & oratio Dominicæ vigesimætertiæ. similiter missa erit Dominicæ vigesimætertiæ.

7 Si Sabbathũ fuerit impeditum officio nouem lectionum, in præcedenti feria fiat officiũ modo dicto.

8 Si tota hebdomada sit impedita Festis nouem lectionum, vel aliqua octaua, tunc in Sabbatho legitur nona lectio de homilia Dominicæ vigesimæ tertiæ, & de ea fit commemoratio in laudibus cũ antiphona, & oratione propria; & in missa pariter fit commemoratio Dominicæ vigesimæ tertiæ, cuius euangelium legetur in fine.

De Festis mensis Nouembris. Cap. XXXIII.

De vigilia, & festo omnium Sanctorum.

S.L.i.c. XX.

1 Vigilia omnium Sanctorum quæ die 31. Octobris celebratur, & si festum omnium Sanctorum incidat in secundã feriam, Sabbatho die 30. celebrabitur officium vigiliæ, quod ad Matutinum incipit, ac propterea altaris, ac celebrãtium paramenta erunt violacea, & ad officium dicuntur preces feriales flexis genibus.

2 In die verò officium erit sollemne primæ classis secundi ordinis, & celebrabit Præpositus, vt proprio loco de festis primæ classis dictum est supra.

3 Post vesperas diei dicuntur in choro sollẽniter vesperæ defunctorum, ac propterea sint in promptu pro celebrante stola, ac pluuiale nigri coloris, pro altari verò palliolum nigrum, & pro celebrante in choro puluinus pariter niger; cerei verò erunt ex cera communi.

De Commemoratione omnium fidelium defunctorum.

4 In die omnium Sanctorum post vesperas diei, dicto *Benedicamus Domino.* dicũtur vesperæ defunctorum statimque pulsantur campanæ sono funebri tribus vicibus, & in altari aptatur palliolum nigrum, & celebrans deposito pluuiali albo induit se stola nigra, ante ipsum autem apponitur puluinus niger, dum cantantur Psalmi omnes sedent vsq; ad ℣. *Audiui vocem de cælo, &c.* & tunc omnibus surgentibus celebrãs induitur pluuiali nigro, & sic stat iunctis manibus dum cantatur *Magnificat*, postquam repetita antiphona, accedunt ceroferarij cum cãdelabris, & candelis ceræ cõmunis accensis, qui celebranti dum dicit versus, & orationem assistunt; post orationẽ, dicto à cantoribus ℣. *Requiescant in pace*, celebrans præcedentibus ceroferarijs recedit in Sacristiã, & in choro cantatur Completorium diei, & interim ab altari remouetur palliolum nigrum.

5 Si verò immediatè post Cõpletorium dicendũ sit officium defunctorum celebrans ne recedat, sed ad totũ officium assistit, ad Laudes verò eadẽ respectiuè seruentur qua supra ad vesperas: seruando tamen circa horam officij defunctorum, vt rubrica statuit locorum consuetudo.

6 Immediatè post vesperas altaria ciborium, aulearia parietum, & reliqua omnia per ecclesiam paramentis nigris operientur, cerei omnes, & intortitia erunt ceræ communis, altaris verò ornatus erit simplex, inter cãdelabra verò vel nihil apponatur,

vel si aliquid apponere palcuerit sint vascula cum ramis cipressinis, supra verò parietes eodē modo quo in altari candelabra cum candelis ceræ communis apponantur.

7 In medio ecclesiæ præparetur lectica mortuorū panno nigro cooperta, quod desuper crucis imaginē ex auro, vel serico rubeo intextā habeat; quod si non sit in eo intexta aptari poterit ad modum crucis, stola cum manipulo aurea, vel serica: circumcirca verò aptentur candelabra, vel alia instrumenta cum intortitijs pariter ceræ communis acccendendis ad totum officium, & missam sollemnem, atq; etiam absolutionem ad tumulum.

8 Post signum salutationis Angelicæ vesperi tribus vicibus sono funebri campanæ pulsentur, similiter mane in aurora. Missæ priuatæ omnes erunt pro defunctis, excepta prima post horas, quæ erit de octaua conformis officio: summo mane in choro cantentur omnes horæ diei vsq; ad Nonam inclusiuè; interim in altari apponatur palliolū album, & accendantur duæ candelæ ceræ albæ, post nonam verò immediatè dicitur missa de octaua cū papamentis albis, in qua dicentur tres assignatæ orationes cum *Gloria*, & *Credo*.

9 Post horas celebrata missa diei, hora congrua tribus vicis pulsantur campanæ sono funebri; omnibusq; in choro superpelliceis indutis conuenientibus, dicitur officium mortuorum, in quo duplicātur antiphonæ, & cantores in medio chori dicēt Inuitatorium; Psalmos verò in primis sedibus chori inferioris inchoabunt ibique etiam dicent versus; lectiones in medio chori à designatis à Magistro cæremoniarum singillatim cantantur, quarum vltimam cātabit celebrans, interim in altari, supra parietes, & ad tumulum accenduntur omnes cerei: in cæmeterio pariter accenduntur cādelæ, & lampades.

10 Dum dicūtur laudes celebrās cum ministris in sacristia induent se paramentis nigris, & circa finem laudum accedūt in chorum, vbi celebrans stans pluuiali indutus, astātibus ceroferarijs cum candelabris accensis, vt supra ad vesperas dicit versus, & orationem; post quam dicto à cantoribus, ℣. *Requiescant in pace*, procedit ad celebrandam missam sollemnem, in qua seruātur omnia suis loco adnotata. Sup. l. 1. XXVIII.

11 Si habendus est sermo, habeatur statim post missam ante absolutionem, & interim celebrans cū ministris sedeat in scamno à latere epistolę capite cooperto, & post sermonem, vel si non habendus sit sermo post missam deposita casula, celebrans pluuiali induitur, & proceditur ad absolutionem ad tumulū mo do peculiari libro processionū præscripto. Rit. miss. XIII. 3. Sup. l. 1. XXVIII. nu. 15. & c. XXXIX.

12 Post absolutionem ad tumulum, eodem ordine proceditur ad cæmeterium, quo cum peruentum fuerit cantoribus inchoantibus prosequetur chorus, Versus. *Qui Lazarum, &c.* & in fine imponitur, & benedicitur incensum, & circumcirca aspergitur, ac thurificatur cæmeterium modo in peculiari libro processionum præscripto, ac tandem dicta oratione. *Deus cuius miseratione, &c.* dicitur à catoribus, ℣. *Requiescant in pace*, & eodem ordine quo venerāt recedunt in sacristiam, ibiq; paramenta deponunt.

13 Si in ecclesia sint plura loca, quibus facienda sit absolutio, varia-

ri poterunt ad ſingula Reſponſoria, quæ ex nocturnis Defunctorum deſumantur,& poſt ſingula aſpergantur,ac thurificentur ſepulchra,vt ſupra,deinde dicantur verſus, & in fine oratio quæ etiã variabitur,prout in libro proceſsionum adnoratum eſt.

14 Poſt horam miſſarum omnia paramenta altaris erunt alba, conformia officio,de octaua, quod celebratur.

Conſt.p. 1.c.X. 15 Sequenti die quæ erit tertia, vel quarta Nouembris dicitur miſſa ſollemnis cum Reſponſorio ad tumulum pro defunctis fratribus, erit autem Prima miſſa, in qua dicetur Oratio. *Deus veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator, quæſumus clementiam tuam, vt noſtræ congregationis fratres, qui ex hoc ſæculo tranſierunt,&c.* eadem etiam oratio dicetur in miſsis priuatis,& abſolutione ad tumulum.

16 Si tertia die poſt omnium fidelium commemorationem pro benefactoribus,vt decet, & laudabiliter conſueuimus,ſit celebrandum,eadẽ omnino ſeruentur; in oratione verò vbi pridie dictum fuit, *Vt noſtræ cõgregationis fratres*, dicatur. *Vt noſtræ Cõgregationis benefactores,&c.* Miſſa autem his diebus erit ſemper Prima, tum quia ea eſt ſollemnior, tum etiam quia his diebus magis accommodata; ac tandem quia iuxta miſſalis rubricam,liberum eſt celebranti epiſtolam, & euangelium in miſſis defunctorũ permutare, &c.

De octaua omnium ſanctorum.

17 Inter maiores octauas, vt teſtatur Baronius in martyrologio numeratur octaua omnium Sanctorũ, quæ duplici ritu in paramentis albis celebratur,omnia,vt in die,exceptis lectionibus; & cõmemoratione ſanctorum quatuor Coronatorum,quæ in primis Veſperis,& Laudibus fieri debet,pariter,& in miſſa. In ſecũdis veſperis à Capitulo, de feſto Dedicationis Baſilicæ Saluatoris, cum commemoratione octauæ omnium ſanctorum, & S.Theodori mart.

De ſancto Martino.

18 Sancti Martini epiſcopi feſtũ die vndecima Nouembris duplici ritu in paramentis albis celebratur, cum commemoratione S. Mennæ martyris in primis veſperis, laudibus,& miſſa. Si hoc feſtum incidat in Dominicam vigeſimum ſecũdam poſt Pentecoſten, quia eius ſecreta, *Da miſericors Deus, &c.* eſt eadem cum ſecreta Dominicæ, mutari debet cum alia diuerſa ex communi confeſſ.Pont.& eius loco dicetur ſecreta. *Sancti tui,quæſumus Domine &c.* Habet officium huius diei peculiares Antiphonas deſumptas ex eius vita à Seuero ſulpitio cõſcripta.

De Dedicatione Baſilicarum Petri, & Pauli.

19 Die 18.Nouẽbris ex antiqua traditione celebratur feſtum Dedicationis Baſilicarum ſanctorũ Apoſtolorum Petri,& Pauli duplici ritu in paramentis albis: omnia ex communi Dedicationis eccleſiæ,exceptis lectionibus,quæ habẽtur propriè in Breuiario Rom. In miſſa dicitur *Credo*, & in ſecundis veſperis fit cõmemoratio S.Pontiani.

De Feſto Præſentationis B.M.V.

20 Hoc feſtum antiquiſſimum, &

celeber-

celeberrimum fuit in Græca Orientali ecclesia, vt ex Patrum homelijs colligitur. Inde ad Gallicanas ecclesias dimanauit, ibique receptum fuit ex deuotione potissimũ Caroli V. Francorum Regis anno Domini 1375. Tandem a Sixto V. renouatum, qui vt hac die 21. Nouembris duplici ritu celebraretur instituit anno Domini 1585. officium in Breuiario nouissime à Clemente 8. recognito est proprium, ac peculiare huius diei. Missa verò vt in missis votiuis Beatæ Virginis post Pentecosten, cum *Gloria*, & *Credo*, & in Præfatione, *Et te in præsentatione, &c.* In secundis vesperis fit commemoratio S. Ceciliæ.

De S. Cecilia virgine, & mart.

21 Antiquissimum sanctæ Ceciliæ virg. & mar. festum semiduplici ritu celebratur in paramentis rubeis, habet hoc festum peculiare officium, & proprias lectiones quod antiquitatem redolet, & specialem erga hanc sanctam deuotionem indicat. In secundis Vesperis à Cap. de S. Clemẽte, cum com. S. Ceciliæ, & S. Fœlicitatis mart.

De S. Clemente mar.

22 S. Clementis Romani Pontificis festum quod die 23. Nouembris celebratur proprium etiã habet officium, quod pariter antiquitatem indicat, ad Matutinum nona lectio est pro S. Fęlicitate quę est S. Greg. Papæ eius etiam commemoratio fit ad Laudes, & Missam, & in secũdis vesperis fit commemoratio S. Chrysogoni. Color rubeus.

De S. Catharina virg. & mar.

23 S. Catharinæ virg. & mart. festum die 25. Nouembris duplici ritu in paramentis rubeis celebratur. In secundis vesperis fit commemoratio S. Petri Alexandrini.

De Festo Patroni, seu Titularis ecclesiæ. Cap. XXXIV.

1 PAtroni, seu Titularis Festum sollemne est primæ classis, ac sollemniter, vt dictum est de festis primæ classis primi ordinis celebratur; ac propterea ante festum ecclesiæ parietes, laquearia, & pauimentum mundentur, atrium quoque ecclesiæ, & cæmeterium expurgetur, marmores expoliantur, lintea mina omnia pariter sint nitida: Altaris paramenta erunt pretiosiora, ornatus vndequaque sollemnis. Tribuna capellæ maioris, vbi commodè fieri potest paramentis sericeis, vel etiam auro intextis ornatur. reliqua omnia altaria sollemniter accõmodentur. Sup. l. 2. c. XX.

2 Fores ecclesiæ ornentur herbis auro intextis, pauimentum etiam frondibus, myrtis alijsq; his similibus herbis odoriferis conspergatur: supra additum verò ecclesiæ piæ tãtum sanctorum Imagines adhibeantur, quibuscunque profanis insignibus remotis.

3 Si ea die ecclesiæ sint concessæ Indulgentiæ appendatur ante fores tabella inaurata, cum sua inscriptione.

4 Si festum Patroni, seu Titularis incidat in diem, qua iuxta Breuiarij rubricas transferri debeat, officium ea die fiat de feria, seu Dominica currenti, & missa sollemnis post Primam erit de Dominica, dicta verò Tertia celebrabitur missa sollemnis de Sancto absq; vlla commemoratione feriæ, seu Dominicæ, vel diei Rub. gen. miss. VI.

curren-

currentis. Missæ verò priuatæ ob populi concursum dici poterunt de Sãcto cum commemoratione feriæ, seu Dominicæ currẽtis; & si de feria dicantur in ipsis poterit fieri commemoratio sancti.

5 Ad Matutinum Lectiones 1. Noct. nisi propriæ sint assignatæ, erunt ex communi. Rub. gen. Br. XXVI. 9.

6 De Patrono, & Titulari ecclesiæ vel loci, iuxta Breuiarij Rubricas celebrari debet octaua, ac sumi officiũ de communi, seruata tamen forma Breuiarij, nam lectiones primi Nocturni erunt ex scriptura currenti, secundi verò Nocturni sumuntur ex communi, quæ illi Sancto, de quo celebratur conueniant, at tertij Nocturni homelia semper erit ex euangelio, quod in missa legitur, & si in Breuiario variæ homeliæ eiusdem euangelij habeantur variari poterunt: In die verò octaua officium erit duplex, & eedem lectiones, quæ in die leguntur. Rub. gen. Br. VII. 1. Rub. gen. Breu. 1.

7 Si autem festum non sit Titularis sancti Ecclesiæ, sed Capellæ, seu altaris, paretur altare paramentis coloris conuenientis, atq; super altare sex, vel ad minus quatuor candelabra cũ candelis, & inter ipsa vascula cum flosculis aptentur, tota autem die sint in ipso altari ad minus duæ candelæ accensæ: missæ autem etiã si dies sit impedita, & festum iuxta rubricas transferatur dici poterunt in eo tãtum altari de sancto, vel saltim de eo fiat commemoratio.

8 Similiter vbi insignis aliqua sancti reliquia habetur, poterit in altari decenter ornato cum luminibus, & flosculis exponi, missæque in eo de sancto celebren tur cum *Gloria*. est enim illa missa de die, etiã si in missali non assignetur, nam ea dies est illi sancto Sacra.

De Patrono ciuitatis, vel loci.

9 Festum Patroni ciuitatis, vel loci iuxta rubricas est primæ classis, ac propterea sollemniter celebrabitur, vt dictum est de festis primæ classis, tertij tamen ordinis celebrabitur ẽt de eo octaua iuxta loci consuetudinem, cui in hoc standum erit. S. lib. 2. c. XX.

10 Vbi plures sunt Patroni, tantum de principali sollemni ritu officium celebretur primæ classis. Rub gen. Bre. IV. 1

11 De alijs sanctis de quibus in particularibus ecclesijs officium duplex celebratur, & si non sint Patroni principales, tantum quia patroni dicuntur, qui etiam plures iuxta rubricam esse poterunt, eorum officiũ erit duplex; tamen cum non sollemniter celebretur, Lectiones primi Nocturni erũt ex scriptura currẽti. Rub gen. Bre. IX. 3. Rub. gen. Breu. 1.

De Festo Dedicationis Ecclesiæ. Cap. XXXV.

1 PRo ecclesia consecranda præparentur omnia, quæ in Pontificali Romano habentur, ac præterea prout in festis primæ classis primi ordinis dictum est apparatus erit pretiosior, pridie ieiunabitur, & Vesperæ erunt sollemnes de Dedicatione ecclesiæ duplici ritu. Reliquiæ in altari recõdendæ in aliquo sacello extra ecclesiam decenter ornato deponantur in capsula bene disposita cum luminibus; nostri superpelliceis induti ad excubias tota nocte ibi assistentes orationi deuotè vacent, ac per vices mutentur. S. lib. 1. c. XX.

2 Post consecrationẽ episcopi altare sollemniter ornetur prout in festis Paschæ, & Pentecostes, Missa erit sollemnis, totumq; officium, vt

in festis primæ classis primi ordinis celebrabitur: oratio erit propria, *Deus qui inuisibiliter, &c.* quæ etiã per totam octauam dicetur.

3 In die anniuersaria quotannis officium erit sollemne primæ classis, celebrabitur autem prout dictum est de festis primæ classis tertij ordinis.

4 Ad vtrasq; Vesperas, & per Horas missarum ante cruces, quæ in die consecrationis Oleo sancto fuerunt inunctæ, candélæ accendantur.

5 Per totam octauam celebretur officium de dedicatione pariter, & missæ, in quibus dicetur *Gloria*, & *Credo, &c.*


F I N I S.

Impr. Petrus Ant. Ghibertus Locumtenens.

M. Cornelius Tiroboscus Prædicatorum Ordinis Curiæ Archiep. Theol.

N E A P O L I,

Ex Typographia Io. Iacobi Carlini. M. DC. XIII.



INDEX RERVM SECVNDVM ALPHABETICVM ORDINEM DIGESTVS.

In quo primus numerus Librum, secundus Capitulum, tertius Capituli cuiusq;, quartus verò paginæ numerum indicat.

A

B

Manda-

T

Versus

FINIS INDICIS.

Laus Deo, ac Beatissimæ semper Virgini.

Errata grauiora sic corriguntur. Leuiora ex te, Lector, emendaueris.

fol. 5. col. 2. lin. 20. cātatis sollemnib. 9. 2. 32. cātata sollemni, 39. Bursā & velū nigrū Bursa & velo nigro, 11. 1 11. Anitij Aniceti 13. 2. 20. deposita disposita 16. 1. 15. cap. XVI. cap. XV. 25. 1. 21. & 24. cātata sollēni 27. 2. 18. & 20. cātatis sollemnib. 31. 2. 11. cātata sollēni 32. 2. 22. dextris a dextris 34. 1. 15. & 17. cantatis sollemnibus 39. 1. 27. celebrans celebranti 42. 1. 2. cantatis sollemnibus 42. 1. 39. Acille ac ille 48. 1. 1. oblatam oltam oblata oltia, 2. ministra ministrat 49. 2. 28. cum cum 54. 1. 17. Dñe Deus 65. 1. 7. Reueritur reuertitur 32. reperitur repetitur 2. 36. potest post 68. 2. 2. appropinquitatibus appropinquantibus 81. 2. 30. sono concios sono conciso 88. 2. 41. commemorio commemoratio 92. 1. 18. respice, quæsumus respice In seruos tuos 92. 1. 11. miristeriorum ministrorū 94. 2. 24. ex ardiuo se Inclinat ex ordine se Inclinat 98. 2. 29. manebit manebunt 99. 1. 19. cantata cantatur 101. 2. 6. & si videtur & si iusta 32. de missa sollemni de missa priuata 115. 1. 37. sacerdotium sacerdotum 116. 1. 44. Demæ reliquæ 118. 2. 31. post comendans dele est 119. 1. 6. patenam paterne 120. 2. 39. rigore vigore 131. 2. 24. cruci profunde; Inclinat Sacerdos cruci profunde Inclinat; sacerdos 142. 1. 4. tertia de Spiritu sancto tertia de Beata Virgine 7. secunda de Spiritu sancto tertia de Beata Virgine. secunda de Beata Virgine tertia ecclesia vel pro Papa 143. 2. 2. post venerit adde in 144. 1. 7. in pro 145. 2. 2. post ac stolam adde cum 146. 2. vltima thimaterijs thimiamaterijs 152. 2. 28. post prout adde in 158. 1. 29. exoluerat exolcuerat 169. 1. 43. dunicella Tunicella 177. 2. 8. & 13. presbyterum presbyterium 181. 1. 19. Incensatum: fuerit Incensatum fuerit: 182. 1. vltima. Ante duo dele cum 184. 1. 42. superpelliceos superpelliceis 190. 2. 29. post manipulo adde dalmatica 194. 2. 2. Incedit Inciderit 9. persequitur prosequitur 18. eleqquitur prosequitur 198. 2. 7. ministrorum minimorum 200. 1. 40. die 2. Iunij die 2. Maij 206. 2. 24. ministrans ministrat 208. 2. 43. sanctissimum sanctissime 210. 1. 34. commemorantibus commemorationibus 215. 2. 21. commemorationum communionem 232. 1. 10. de Præcepto. Missa sollemnis seruatur celebrabitur, de præcepto seruatur. Missa sollemnis celebrabitur.